
Confeſſor ſit ſacerdos,ſapiens,& diſcretus,q cũ poteſtate ſimul habeat iudiciũ.Sit ẽt ĩ nullo iudicandus, qui alios iudicare eſt paratus.li.4.di.17.§ Nũc priusq̃.

Confeſſor reuelans peccatum deponatur,& omni tempore vitæ ignominioſus peregrinãdo pergat. li.4 di.21.§.Caueat hodie pro peregrinatiõe in arctũ monaſteriũ detruditur,extra de pe.& re.§. Oĩs vtriuſq;.

Confeſſorẽ aliũ eligere poſſe,inteiligit ꝓ ẽptu , vel odio,ſed rõne ignorãtię.li.4.diſt.21.Solet ẽt quæri.

Cõfeſſor abſoluens cõfitẽtẽ ipſum oſtendit abſolutũ eſſe à Deo,q ſolus à pctõ abſoluit.Et ſacerdos. etiã aliqd remittit de pœna ſatisfactionis, & ſic dr̃ abſoluere à pctõ,ligat aũt cũ ei ſatisfactionẽ imponit,quẽ abſoluit li.4.diſt. 18. Ligant Infra Sacerdotes. Infra confiteri poteſt.

Confeſſio ꝓcipitur,& eſt pars pœnitentiæ, qnæ cogit peccatorem omnia libenter ferre ut ſic in corde eius contritio,in ore confeſſio,in opere tota,humilitas.li.4.di.16.perfect.

Cõfeſſio ſoli Deo facta non ſufficit,ſi adſit copia cõfeſſoris. lib. 4. diſtin. 17. Sed quod, Infra , Confiteri oportet.

Confeſſio valet ad hoc, quia eſt quædam punitio peccati propter erubeſcentiam. Et ſacerdos per eam cognoſcit qualiter iudicet de crimine. Et peccator fit humilior,& cautior li.4.diſt.17.§.Cum ergo .

Confeſſio neceſſaria eſt ad ſalutem Vnde Eſaiæ 54. Narra,ſi quid habes,ut iuſtificeris,dic iniquitates tuas ut iuſtificeris. Et Ambroſius,lib de Paradiſo. Non põt quiſquam iuſtificari a peccato niſi fuerit peccatum antea confeſſus. Confeſſio animam a morte liberat, confeſſio aperit paradiſum, cõfeſſio ſpem ſalutis tribuit,quia non meretur iuſtificari , qui in uita ſua non fuit peccatum confiteri.Auguſtinus ſuper pſalmo nõ abſorbeat me profundum,& cętera.Puteus inquit,eſt profunditas iniquitatis , in qua ſi ceciderit non claudet ſuper te os ſuum,ſi tu non claudis os tuum Confitere ergo,& dic, deprofundis clamaui , &c.& euades li.4.di.17.§.Hic oritur.Vbi tñ nõ adſit facultas ſufficit uotũ cõfeſſionis cũ contritione.Ea.§ Quid ergo.

Confeſſio prærequirit contritionem, & peccati diſmiſſionem li.4.diſt.17.§.Hic oritur.

Confeſſio ſit integra, Auguſtinus , Quidam inquit uni celant , quæ alteri manifeſtanda referuant , quod eſt ſe laudare,& ad hypocryſim tendere,& ſemper uenia carere li.4 diſt.16.§.In perfectione .

Confeſſio quanto pluribus fit in ſpe ueniæ tanto facitiùs conſequitur confitens gratiam remiſſionis. fit enim venialę per confeſſionem, quod criminale erat in operatiõe lib. 4.diſt 17 §.Sed q̃,Infra,Erubeſcẽtia.

Cõfeſſio generalis,quæ in eccleſia quotidie fit, delet uenialia peccata.& etiam mortalia,ſecundum Auguſtinum quinta reſponſione cõtra Pelagianos, quorum memoria non poteſt haberi li.4. diſtinctione.21. §.Poſt hæc.

Confiteri tenetur homo ſaltem ſemel ĩ uita omnia peccata mortalia,niſi ſit aliquorum oblitus , tunc illa ſufficit in genere confiteri. Venialia autem non eſt neceſſe,niſi eſſent aliqua frequenter iterata, licet perfectiùs eſſet ualenti etiam venialia exprimere,li.4.di.21. § Poſt hæc Richardus frequẽter,iterata,non ideo dicit,qd̃ neceſſariũ ſit ea confiteri,ſed qa magis,ſecurũ.

Confiteri non poteſt niſi ſuſcitatus. Vnde Lazarus priùs ſuſcitatus eſt,quàm e ſepulchro egreſſus.Ioannis.11.Hinc eccleſiaſtici. 17. a mortuo uelut ab illo q non eſt perit confeſſio.lib.4 diſtinctio 17 §. Hic orit.

Confiteri oportet ſacerdoti, & non ſufficit ſoli Deo confiteri.Iacobi.5.Confitemini alterutrum &c.Auguſtinus libro de pœnitentia. Quem pœnitet omnino pœniteat,& dolorem lacrymis oſtendat, repræſentet uiram ſuam Deo per ſacerdotem , præueniat iudicium Dei per confeſſionem li.4 diſt.17.§.Sed quod Auctoritates uerò,quæ dicere uidentur,quòd non oporteat peccatum publicare, intelliguntur de confeſſione publica,non quæ fit ſoli ſacerdoti.Eadem.§. Cum ergo. Infra.Erubeſcentia .

Confiteri poteſt quis etiam ſocio,vel proximo,ſi tamen ſacerdotem nequit habere. Nam ſolis ſacerdotibus poteſtas tradita eſt ligandi,& ſoluendi. Hinc Auguſtinus libro de pœnitentia tanta eſt uis confeſſionis vt ſi deeſt ſacerdos,confiteatur proximo. Et ſi ille cui confitentur poteſtatem ſoluendi non habeat , ſit tamen dignus venia ex deſyderio ſacerdotis, qui confitetur ꝓximo . Vnde patet Deum ad correſpicere dũ ex neceſſitate prohibentur ad ſacerdotes peruenire, qa læproſi dum irent mundati ſunt Sed miſericordia vbique eſt,qui & iuſtis parcẽre nouit, etſi non tam citò ſicut ſi ſoluerentur a ſacerdote lib 4 diſtinctio. 17 §. Nunc priuſquam uel . Tunc.

Confiteri uolens peccata ſua ut inueniat gratiam, quærat ſacerdotem,qui ſciat ligare, & ſoluere , nec cũ negligens circa ſe extiterit,negligatur ab illo, qui cũ miſericorditer monet,ne ambo in foueã cadant. Qui ergo confitetur ſacerdoti omnino meliori, quàm poteſt confitaetur. Sit ergo confeſſor ſacerdos ſapiens, & diſcretus,qui cum poteſtate ſimul habeat iudiciũ, Sit etiam in nullo iudicandus qui alios iudicare eſt paratus libro.4 d 17 §.Nunc priuſquam.

Confiteri nullus debet peccatum quod ſe ſcit non feciſſe Auguſtinus.

Cum humilitatis cauſa mentiris ſi non eras peccator antequam mentieris,mentiendo efficiens,quod vitaras lib 4 diſt 21 § Sicut autem.

Confeſſio fiat corporali præſentia non per nunciũ ſiue per ſcriptum ſcilicet abſenti lib 4 diſt 17. §. Sed quod §Quem pœnitet.

Confirmationis ſacramentum maius eſt baptiſmo quia maioris eſt uirtutis vel utilitatis , ſed quia a dignioribus datur,& in parte corporis digniori, id eſt, fronte,ideo maiori veneratione tenendum. lib. 4. di. 7 cap 1 §. Virtus.

Confirmationis forma ſunt verba , quę epiſcopus dicit ſignans baptizatos in fronte criſmate. libro 4.d. 7 § Nunc de .

Confirmatio olim à ſolis apoſtolis dabatur, id eſt, manus impoſitio , nec ab alijs debet dari, quam locũ apoſtolorum tenentibus,id eſt,epiſcopis. Nam aliter. factum non reputatur inter ſacramenta eccleſiaſtica, licet ſemel a beato Gregorio cõceſſum legitur a preſbyteris dari, propter ſcandalum euitandum Presbyteri enim pectore tãgere, & ungere poſſunt baptizatos non autem chriſmate in fronte ſignare libro 4 di. 7. §.Nunc de

Confirmationis uirtus,eſt donatio ſpirituſſancti ad robur per impoſitionem manus epiſcopi,qui ſpiritus ſanctus etiam in baptiſmo datus eſt ad remiſſionem, et licet baptiſmus ,plus ad remiſſionem ualeat,in hoc tamen eiuſdem ſeptiformis gratia cum omni plenitudine ſanctitatis , & uirtutis dicitur uenire in hominẽ ad prædicandum alijs, quod ipſe in baptiſmo conſecutus eſt.lib 4 d.ſt 7 Nunc de.

Confirmationis ſacramentũ a ieiunis, & ieiunis rãtum detur,niſi aliud neceſſitas exigat. lib 4 diſtinctione.7. § Scitote.

Confirmationẽ omnes fideles tenentur accipere l. 5 diſt.7 § nunc de.

Confirmationis ſacramentum non poteſt iterari.l. 3 diſt 7.Infra Iterare §.Scitote.

Coniugium eſt,& coniuges ſunt ab ipſa deſpenſatione,ſ de præſenti. Vnde Ambroſius: Cum initiatur coniugium, coniugij nomẽ aſciſcit, cũ cõiungit uiro cõiugiũ eſt,nõ cum uerbi admixtione cognoſcit .Auguſtinus:Cõiunx,inqt, notat ex prima diſpenſationis fide,q̃ cõcubitu non agnouerat,nec erat agnitus, pp q̃ fidele coniugiũ ambo parentes Chriſti uocari meruerũt,ſ.Maria,& Ioſeph l 5 di.27 § Quod enim.

Coniugij ius par eſt viro , & mulieri , ita qd̃ qlibet alteri ſubijcit,& neuter poteſtatẽ hẽt proprii corporis,vñ ſibi inuicẽ tenentur debitũ reddere, nec alter cõtinere põt niſi mutuo conſẽſu,l 6 di.32 Sciẽdũ etiam.

Cõiuges nondũ ſunt ſi contrahentes de futuro ẽt iuramentũ interpoſuerint. Et ſi alter,uel uterq; poſtea alteri nupſerit,uel de præſenti contraxerit , tenet ſecundum matrimoniũ,& promendacio,& periurio priori eſt pœniteniia facienda Secus ſi fuerit deſponſatio de præſenti. Nunc de priora reuocatur , etiam ſi cum ſecunda prolem procreauerit.lib 4 diſtin.33 §. Hic quæri debet In finæ.

Coniugẽ dimittere poteſt, quis non ſolũ cauſa fornicationis corporalis,ſed etiã ſpiritualis,id eſt,infidelitatis,

litatis,lib.4.dist.39.§ potest tamen. Et non solum pro infidelitate, sed pro qualibet concupiscentia,qui per nicioſe,ac turpiter corrumpit, quando illud redūdat in ſcandalum alterius coniugis.eadem.§.Si autem.Richardus dicit, quod potest dimittere coniugem lapsum in infidelitatem,quo ad cohabitationem donec corrigatur. Similiter in ſecundo caſu, quouſque ſcandalum ceſſet,& tunc debet fieri reconciliatio.

Coniugem infidelem cohabitare volentem dimittēs fidelis, illa viuente alteram ducere non potest. Si uerò ipſa in odium fide diſceſſerit,potest fidelis aliam ducere Hoc tamen intelligitur de his,qui in infidelitate coniuncti fuerunt: nec tamen ambo ad fidem conuerſi,quia tunc ratum fuit matrimonium ſi ambo cōuerſi fuerant. Non debet tamen fidelis infidelem comitari, licet illa viuente non posſit aliam ducere. lib. 4.dist.39.§. Attende.

Coniuges ſi ambo vel alter proprium filium de baptiſmo leuauerit, poſſunt nihilominus accepta graui pœnitentia apud inuicē manere,etiam ſi in odium matrimonium ſit factum: poſt mortem tamen alterius ipſe infidiator maneat ſine ſpe coniugij.Idem ſit ad cōfirmandum tenuerit. lib. 4.dist 52. Spirituales.§. Qđ autem.Richardus. Si tamen contraxerit,tenet matrimonium Conſanguinitatis gradus. Infra. Gradus.

Conſanguineis uxoris ſicut propriis cōſanguineis quis æqualiter iungi poteſt.libro.4.dist.41.§.Nunc ſuper eſt.Et habetur.36.q.3.§.Equaliter,& ea.Nullum.

Cōſciētiæ ſingulorū iudicabit eos.Supra Aduērus.

Conſecrat ſacerdos bonus,& malus.Et idem habetur.1.q.prima.Intra enim catholicam eccleſiā in myſterio corporis domini, nihil a bono magis, vel nihil a malo minus perficitur ſacerdote, quia non in merito conſecrantis ſed in uerbo perficitur creatoris, & in uirtute ſpirituſſancti. Gregorius.Putant quidam cō munionem corporis minus eſſe ſanctificatam ſi illorum fiat officio,quorum uita, eorum oculis uideretur ignobilis. Heu in quàm magnum laqueum incidunt, cum diuina,& occulta myſteria plus ab aliis ſanctificata fieri poſſe credunt, cum unus,idemq; ſpirituſſanctus in tota eccleſia inuiſibiliter ea myſteria, & operā do ſanctificet,& ſanctificando benedicat, li.4.dist.13. §.Solet.

Conſecrationis opus excellens, Gregorius.Quis fidelium habere dubium posſit in ipſa immolatiōis hora,ad ſacerdotis uocem cœlos aperiri, & in illo Chriſti myſterio angelorum choros adeſſe,libro 4.dist.11. §.Quidam verò. Et.§.Alii uerò.

Conſecrare uolens oportet, quòd formam ſeruet, & ſacerdos ſit, & intentionem habeat illud faciendi, etiā ſi non rectè credat,ſed intendit illud agere quod ab aliis geritur dum conſecrat, ita nihilominus completur myſterium.li.4.dist.13.§.Solet & §. In huius.

Conſecratio ſiue conuerſio corporis probatur. Infra.Euchariſtiæ conſecratio.

Conſenſus qualis,facit matrimonium. Infra matrimonij cauſa.

Conſenſus cohabitationis, uel copulæ carnalis nō facit coniugium, ſed conſenſus coniugalis ſocietatis expreſſus per uerba de præſenti,ut dicendo. Ego accipio te in meam coniugem,non in dominam, uel ancillam, & econuerſo. Ideo de latere uiri formata eſt mulier.lib.4 dist. 27.§.Hic quæritur. Infra Mulier formata.

Conſenſus coactus non facit matrimonium nec debet conſenſus appellari li.4.dist.29.§.Oportet.Et habetur.31.q.2.de ineptis §. Si uirum.

Conſentire probatur,qui euidenter non contradicit,ſecundum illud. In ſponſalibus eorum conſenſus exigendus eſt quorum in nuptijs deſideratur.lib.4.d. 29.§.Conſentire.

Continentiam tenentur ſeruare presbyteri, diaconi,ſubdiaconi,li.4.dist.27.§.Poſt hæc Infra. Vitæ continentiam.

Continere non poteſt vnus cōiugum ſine alterius conſenſu. Auguſtinus Si dicat vir, iam continere volo nullo autem dicit vxor, non poteſt. Quod enim tu vis illa non vult.Nunquid per continentiam tuam illa debet fieri fornicaria: Non vult tali lucro deus tale damnum compenſari,debitū, & ſi nō exigeris reddere pro ſanctificatione perfecta, deus tibi computabit ſi nō q̄ tibi debeā exigis,ſed reddis, quod debes vxori.li.4.di.32.§.Quod uerò.Si tamen alter alterum licē tiauerit vt continentiam vocat, poteſt licentiam illā reuocare,niſi licentiam huiuſmodi dederit coram ordinatio,vel in facie eccleſiæ, vel licentiatus iam uotū emiſerit, tunc etiam reuocare non poteſt in priuato conceſſam ibidem.§.Si uerò.

Contractus ſeu copula conſanguineorum in gradu prohibito tamen ignoranter, & poſtea cognito impedimento matrimonium fuiſſe aliqui dicunt Alij uero,quod non, ſed excuſantur a fornicatione, filij tū eorum legitimi iudicantur.li 4 di. 41. §. Et ē ſciendū.

Contrariorum regula dialectica fallit in bono,& malo cum malum nō niſi in bono eſſe posſit, cum ibi dicitur contraria non poſſe eſſe ſimul in eodem. li.2. dist.33 §.Ideoque.

Contraria ſimul ſunt in eodem,in illis rebus, quæ mala,& bona vocantur,licet bonum,& malum contraria ſint tamen non ſolum poſſunt ſimul eſſe, ſed ēt mala omnino ſine bonis,& niſi in bonis eſſe non poſſunt.Secus in aliis contrarijs iuxta regulam ſuperiùs poſitam.lib.2.dist.34.§. Ideoque.

Contritio eſt neceſſaria.Auguſtinus. Rectè pœnitens, quicquid ſordis poſt purificationem contraxit oportet vt abluat ſaltem lacrymis mentis. Sed ſatis durus,eſt cuius mentis dolorem oculi non declarant. Sed ſciat ſe culpabiliter durum, qui deflet damna temporalia vel mortem amici, & dolorem peccati non oſtendit in lacrymis.lib.5.di 15.§. Satis.

Contritione cordis deletur peccatum, ſi asſit uolūtas confitendi.Pſalmus Dixi confitebor. Caſſiodorus: id eſt apud me deliberaui,q̄ confitebor, & tu remiſiſti.Magna pietas Dei, quæ ad ſolā promiſſionē peccata dimiſit.Auguſtinus ibidem: Notādum pronunciat ſed promittit ſe pronūciaturū,& Deus dimittit.Ezec. 17. In quacūq; hora peccator conuerſus fuerit, & ingemuerit,vita uiuet.Item læproſi in via mundati ſunt lib.5.dist.17.§.Hic oritur.Et auctoritates,quę dicūt ſi ne conuerſione neminē ſaluari,intelliguntē de confeſſione neminē ſaluari,intelliguntē de cōfeſsione cordis & pœnitentia interiori: vbi tamen adēſt facultas non iuſtificatur nolens cōfiteri eadem.§.Quid ergo.

Contritio poſſet eſſe tanta,vt ab omni vlteriori ſatisfactione liberaret etiam ſerò pœnitentem. lib 4.di. 20.§ Si uerò quæritur.

Contritio plus ualet apud Deū ex vi doloris,quàm menſura temporis.Nec valet tantum abſtinentia cibo rū quantū mortificatio vitiorū.li.4.dist.20 §.Si uerò.

Conuerti ad Deū angelis,fuit ei charitate adhærere, auerti, odio habere vel inuidere, Inuidiæ namq; mater ſuperbia eſt.lib. 2.dist.5.§.Poſt hæc.

Conuerſio ſiue auerſio quid eſt. Ibidem.

Conuerſio,quæ fit in conſecratione euchariſtię nō eſt formalis, qua ſpecies ſiue formæ rerum,quæ ante fuerunt remanent,videlicet ſapor, & pondus &c.Vñ ipſa,eſt ſubſtantialis quia ſubſtantia conuertit in ſubſtantiam vt hęc fiat illa eſſentialiter, de conſecratiōe, diſtin-

dist 2 Panis Ambroſius: Panis eſt in altari uſitatus añ verba ſacra,vbi autem acceſſerit conſecratio, de pane,ſit Chriſti caro. Nec tamen ſit aliqua noua ſubſtātia corporis Chriſti,quę ante nō fuit corpus Chriſti, q̄ nō ea ratione dicitur cōfici corpus Chriſti, quòd ipſum corpus deinceps formetur,ſed quia ſubſtantia panis,quę ante nō fuit corpus Chriſti,fit corpus Chri uerbo cœleſti,lib.4 dist 9.§.Si autē Nec dicimus ſubſtantiam panis vel uini,materiam eſſe corporis uel ſanguinis, quia non de ea ut de materia formatur corpus Chriſti,ſed ipſa formatur illud,& efficitur illud.

Conuerſionis opiniones. Quidam dicūt,quòd ubi panis priùs erat ibi erit corpus, & ſubſtantia panis redigitur in nihilum, uel reſoluitur in præiacentem materiam li.4.di.11.§. Quidam uero ſic. Alii dicunt etiā ibi remanere ſubſtantiam panis ſimul cum corpore Chriſti.§.Alij vero.Tertia,& uera opinio eſt quòd ſubſtantia panis conuertitur in ſubſtantiam corporis uirtute uerbi cœleſtis, & poſt conſecrationē non eſt ibi ſubſtantia panis,& uini, licet ſpecies remaneant, ſicut & ſapor.lib.4 dist 11 §.Si autem.

Copula mēriū religioſior eſt, quàm corporum.lib. 3.dist.30.§ Soler.

Cornelius habuit fidem iucarnatiōis Dei, ſed ignorabat an iam facta eſſet, & ideo per fidē ad bona opera uenit,& per opera,amplius ſolidatus eſt in fide, li. 3 dist.xxv.§ Soler.

Corona clericorum eſt ſignaculum quo ſignantur in partem ſortis myſterij diuini.Corona,regale decus ſignifi cat,& ſeruire deo regnare eſt. Vnde miniſtri eccleſiæ reges eſſe debent, ut ſe & alios regant. libro 4. dist.xxiiij.§. Tales autem.

Corporis Chriſti membrorum ei.ex ipſo momento conceptionis adeo tenuis erat,& praua, quod humano uiſui vix poſſet ſubijci li.3. di 3.§.illi autem.

Corpus Chriſti ſumitur a bonis,& a malis,ſed a bonis ſacramentaliter,& ſpiritualiter, a malis ſolum ſacramentaliter,id eſt,ſub ſpecie uiſibili ſacramenti carnem de uirgine ſumptam, & ſanguinem pro nobis effuſum lib.4.dist.9.§. Hæc uerba.

Corpus Chriſti dupliciter intelligitur, vel duplex eſt ſcilicet,res cōtenta & ſignificata, quæ caro,& ſanguis Chriſti eſt. Alia ſignificata,& non contenta,ſcilicet unitas eccleſiæ in prædeſtinatis.lib.4. diſtinctio.7. Nunc quid.

Corpus Chriſti ueraciter eſt ſub ſacramento, & ſimul in multis locis. Nec obſtat illud Auguſtini pſal. 54.Donec ſeculum formatur ſurſum eſt dominus,ſed tamen etiam hic nobiſcum eſt ueritas dñi. Corpus.n. in quo reſurrexit,in uno loco eſſe oportet,veritas autem eius ubique diffuſa eſt lib 4 di.§. Sunt itē. Quod ſic intelligitur Corpus in uno loco eſt ſcilicet viſibiliter in forma humana: veritas autem eius ubique, id eſt,uerum eius corpus in omni altari, & ubicunq; celebratur,eſt ſed inuiſibiliter in forma panis, & uini,& non apparet viſibiliter in forma humana Et ideo caro eius inuiſibilis dicitur,quia operta ſpecie panis.

Corpus Chriſti eſt in multis locis ſub ſacramento li.3 di.10 § Quæ ex eadem.

Corporis Chriſti materia non eſt panis lib.4. di.11. §.Si autem.

Corpus Chriſti datur ſub ſpecie aliena triplici ex cauſa prima,vt fides habeat meritum,quæ eſt de non viſis.Vnde Gregorius:Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Secunda, ne abhorreret animus,quę cerneret oculus,quoniam uorare Chriſtum dentibus fas non eſt. Tertia ne ab incredulis religion: Chriſtianæ inſultaretur. Auguſtin. Nihil rationabilius eſt quàm ut ſanguinis ſimilitudinē ſumamus,ut ita & ueritas non deſit, & ridiculum nullum fiat a paganis, quia cruorem occiſi hominis bibamus.lib.4.dist.11.§.Sub alia.Et.§. Sed quare.

Corpus tale dedit Chriſtus quale tunc habuit id eſt mortale,& paſſibile, nunc uerò ſumitur a nobis immortale,nec tamen habet maiorem efficientiam.li.4. dist.11 §.Si uero quæritur.

Corpus hominis iudicat,quod ſecundum animam ſit imago dei.quia eſt ſtatura erecta,ſecundum quam corpus animę rationali congruit, quia in cœlum erectum eſt lib.2.di.16 §.Quo circa.

Corpus hominis de limo terræ formauit deus.li.2. di.17.§.Hic de origine.

Corpus primi hominis ante peccatum fuit animale,& potuit mori,potuitque non mori, ſicq; fuit mortale,lib.2 dist.19 §.Solent quæri.

Corpora ſanctorum reſurgent ſine vllo vitio, ſine deformitate ſicut ſine corruptione,onere, difficultate.In quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit propter quod ſpiritualia dicuntur: cum tamen non ſpiritus,ſed corpora futura ſint.lib.4.dist.54.§. Hoc autē.

Corpora damnatorum vtrum cum ſuis deformitatibus reſurgant lib.4 di 54.§ De reprobis.

Corpora damnatorum igne ardebunt, ſed non cō ſumabuntur ſicut animus,cuius preſentia corpus pati poteſt,& corrumpi non poteſt.lib.4.diſtinctiōe 54. §.Si verò.

Creator eſt,qui de nihilo aliquid facit. Et creare eſt de nihilo aliquid facere,facere verò,non ſolum de nihilo aliquid operari,ſed etiam de materia. Vnde & homo vel angelus dicitur aliquid facere,ſed non creare.Vñ factor vel artifex dicitur, non autem creator. li 2.di.1.§.Creationem rerum.

Creator,& initium tēporis,atq; omnium viſibiliū & inuiſibilium creaturarum Deus oſtenditur in primordio ſcripturarū &c.lib.2.di.1.§. Creationē rerū.

Creatoris nomen ſibi ſoli Deus retinuit, quamuis etiam ipſe opifex,& factor dicatur. Hæc tamen nomina aliis communicat. Ibidem ſequen.

Creare pro facere ponitur interdum in ſcripturis, & econuerſo,vt Eccleſiaſtici. 17. Deus de terra creauit hominem.libro.2.di.1.§.Creationem rerum.

Creationem rerum uiſibilium ſolus Deus interiùs operatur.Exteriores tamen operationes, & contemperationes angeli ſiue boni,ſiue mali, uel homines adhibent:ſed tamen difficiliùs ab hominibus adhibentē propter defectum ſubtilitatis ſenſuum, & nobilitatis corporum.li.2.di.§.Sicut ergo.

Creatores non dicuntur angeli.li.2.di.7.§.Nec ſane.Et ſequen.

Creatura triplex conſideratur, ſcilicet merè ſpiritualis,merè corporalis,& ex utroque compoſita, ut documentum habeamus trinitatis increatæ li. 2.d.1. §.Ex præmiſſis.

Creatura tā ſpiritualis quàm curporalis ſimul creata.Vnde Auguſtinus ſuper verbo. In principio creauit Deus cęlū,& terram.i.ſpiritualem, & corporalem creaturam,& tñ angelica primò creata dicitur prioritate ſcilicet dignitatis, non temporis.li. ij. dist.ij §.Videtur.

Creata ſunt ſimul cum tempore, & mundo ſpiritualis,& corporalis creatura.i.materia illa cōfuſa: qa ante hoc tempus non fuit, ſicut nec ante tēpus ipſum dicitur tēpus fuiſſe li.ij.di. ij.§. Ante ea. Similiter cœlum empyreum cum illis creatum eſt. Eodem §. Iam oſtenſum eſt.

Creata eſt materia uiſibilium rerum,& inuiſibiliū natura ſimul,& utraq; informis.quia ſicut materia uiſibilium tunc non habuit formam diſtinctionis,& di-

ctionis,ſed confuſa,& permixta fuit ita ſpiritualis, & angelica natura in ſua conditione,licet ſecũdũ naturæ habitum formata fuit. i. perfectionem ſuorum principiorum habuit:tamẽ forma,quam poſtea a creatore receptura fuerat,per amorem, & conuerſionem non habuit li.2 di.2.§.ſimul ergo.Infra illa.

Creatura rationalis creata eſt ad laudandum Deũ & ſeruiendum ei,& ad fruendum eo,in quibus proficit ipſa,nõ Deus. Quod ergo factum eſt referendum eſt ad creatoris bonitatem, & creaturæ vtilitatem,li. 2.di.1.§ & quæritur. Factus eſt ergo homo,& angelus propter Deum,non quia Deus alterius indiguerit officio qui bonorum noſtrorum non egeat,ſed ut ſeruiret ei,& frueretur eo, cui ſeruire regnare eſt libro ij.di.1. §.Cum ergo quæritur.

Creatura rationalis eſt duplex,ſcilicet corporea ut homo,& incorporea,vt angelus, li.2.di.1.§. & quia.

Creationem hominis ſimul tota trinitas operata eſt li.2.di.16.§. His excurſis.

Creatus eſt homo peccabilis,li.ij.di.23.§.Præterea quærit.Et ſequen.

Creantur homines mali,quia Deus præuidit,quod boni aliquid de eorum malis eſſet facturus. Ibidem.

Creator quomodo relatiuè dicitur ad creaturam, li.1.diſt.30.§.ſunt enim.

Creatura nulla ſimplex dicitur, ſed ſolus Deus,qa nihil ſimplex eſt niſi etiam ſit immutabile li.1. diſt. 8. §.eademque.

Creatura mouetur, vel mutatur duobus modis, ſ.loco vel tẽpore, quæ mutatio longe eſt a creatore, Spiritualis enim creatura per tempus mouetur,corporalis autem,per tempus,& locũ li.1.di. 37.§.Cumq;. Mutari autem ſecundum tempus eſt uariari ſecundũ qualitates interiores vel exteriores, q̃ ſunt in ipſa re, quę mutatur,vt quando ſuſcipit vicisſitudinẽ gaudij, doloris,ſcientiæ,obliuionis, vel huiuſmodi.Vel variationem formę ſiue alicui in qualitatis exterioris,ea §. Mutari.ſecundum locum vero mutari eſt de loco ad locũ tranſire,& hoc conuenit tam corpori,quàm ſpiritui creato,ſed aliter,& aliter, ſecũdum quod aliter, & aliter eſt in loco.Ea.§.vt ſupra. Et ſequen.

Credere nihil aliud eſt, niſi cum mentis aſſenſione cogitare.Et cogitare priùs eſt,quàm credere. Nullus quippe credit aliquid,niſi priùs cogitauerit eſſe credẽdum.lib.2. diſt.26.§. Cęterum.

Credere,uel ſperare nemo poteſt niſi uelit.lib.3.di. 26.§. Voluntatem. Cætera põt homo nolens credere nõ põt niſi uolens:cuius tamen uoluntatem fides ꝓuenit non tempore,ſed cauſa,& natura,cuius uoluntas ab ea præuenta conſentit Eadem.§. Non eſt.

Credere Deo,eſt credere vera eſſe,quæ loquitur, ꝙ etiam mali faciũt. Credere Deum eſt credere quod ipſe ſit Deus,quod etiam mali faciunt. Credere in Deũ eſt credendo amare,credendo in deum ire,credendo ei adhærere,& eius membris incorporari. Per hãc fidem iuſtificatur impius, vt deinde ipſa fides incipiat operari per dilectionem li 3.diſt.23.§. Aliud.

Credunt dæmones ſed ſine dilectione, quod ſolius boni Chriſtiani eſt, qui fidem habet cum dilectione. lib 3.di.23 §.Accipitur.

Credere eſt non apparentium, quia hoc ueraciter dicitur credi, quod non ualet uideri: nam credi non poteſt,quod uideri poteſt Ea.§.Notandum. Et ſequẽ.

Credere oportebat etiam antiquos myſterium trinitatis,& Chriſti natiuitatẽ,mortẽ, reſurrectionẽ,aduẽtũ ad iudicium, & hoc explicitè quantum ad maiores implicitè quo ad ſimplices lib.3.di.25.§. Sed quærit.

Credere oportet quæ nõ uidentur omnia quę pertinent ad religionem Chriſtianam lib 3. di 23 §. Fides

Criſma græcè unctio dicitur latinè,non tamen omne oleum ſanctificatum ad unctionem dicitur criſma ſed illud ſolũ, quod miſcetur cum balſamo, quo capita põtificũ,& regnũ unguntur. Et baptizati in uertice à ſacerdote unguntur. Et pontifex per impoſitionem manus cõfirmandos ungit in fronte.lib.4.diſt.23.§ ꝑter præmiſſa. Richardus dicit,quod in uereri lege reges in capite ungebantur, modo autem in brachio ſiue humero,uel armo.

Chriſmate in fronte fideles, ſoli epiſcopi poſſunt.l. 4 diſt.7 §.nunc de ſacramento.

Crux Criſti fuit muſcipula diaboli lib.3.diſt.§. Nũc ergo.

Crucis ſignum ſecundum Chryſoſtomum deferẽt angeli ante iudicem Chriſtum. Vnde tunc apparebit ſignum filij hominis lib.4.diſt. 58.§.Putant. Richard. Ego credo,quod illa eadẽ crux in numero,ĩ qua Chriſtus crucifixus eſt portabitur ad iudicium, nec uideo inconueniens,quod per diuinam potentiam imperpetuum conſeruetur,propter rationes.

Culpa eſſe non poteſt in re irrationali.li.2.diſt.1.§. Hic quæri,& ibidem.diſt 35.§. Quæri autem dicit.

Cultus adoratiõis duplex,ſcilicet, latria,q̃ ſoli creatori,& dulia,quæ creaturæ debetur.Et hæc duplex eſt lib.3.diſt.9.§.Præterea.

Cultus diſpar.Auguſtinus.Ne nubat,inquit, fœmina niſi ſuæ regiõis uiro,uel ne uir talem ducat uxorẽ, Id enim iubet dominus:Exod 34. Deuteron 7.docet Apoſtolus 1.Corinth.7.utrunque præcepit teſtamẽtũ Item Ambroſius lib. de patriarcha. Caute Chriſtianę Iudęo uel gentili filiam tuam tradere, caue ne Iudęã uel gentilem,uel alienigenam.id eſt,hęreticam uxorẽ accipias tibi. Item Iudę commiſcens carnali copula, excommunicetur.lib.4.diſt.39.§.Poſt hæc.Et habetur 28.q.1.§.His uerbis.§.Caue:§.Siquis.Nec obſtat illud 1.Corinth. 7. Si quis frater habet vxorem infidelem, & hęc conſentit &c.quia ſecundum Auguſtinum,ubi ſupra apertiùs loquitur de illis,qui dum contraherẽt erant eiuſdem fidei,& poſtea alter conuerſus eſt. Sed & uerbum Apoſtoli non eſt hic præceptum, ſed conſilium:unde non prohibuit diſceſſum ab infideli. Eadem. §. Huic.

Cupiditas eſt radix omnium malorũ quemadmodum charitas radix eſt omnium bonorum lib.2.diſt. 42 §.Sed utrunque.

Curioſa quædã non traduntur in ſcriptura ſacra, qa ſaluti non neceſſaria ſpiritus ſanctus auctores ſcripturæ ſacrę dicere nolunt, quamuis etiam ipſi talia multa ſciuerunt.Sed ea tantum dicere eos uoluit,quæ proſunt lib.2 diſt 14 § Quæri.

DAMNATI licet habeant ſemper malam uolũtatem, peccare tũ nõ poſſunt Sed hoc nõ intelligitur,ꝙ illa mala uoluntas nõ ſit peccatũ, ſed illo peccato nõ merentur, quia nemo meretur niſi in hac uita.Sed & pctm̃ illud nõ eſt meritũ ſupplicij,ſed ſupplicium mali meriti,quod in hac vita præceſſit, & eſt eis ad cumulum pœnæ illa mala uoluntas.lib.4.di.15 §. Hic oritur. Non tamen remanebit impunitus ille actus culpæ, quia erit & culpa & pœna acta,non inflicta.

Damnatorũ pœna quando cum corporibus exeũt incipit,quę poſt reſurrectionem quando cum corporibus torquebuntur grauior erit libro 4.diſtinct.55.§. Præterea.

Damnati in inferno habent curam de ſuis charis qui hic uiuunt lib.4.di.51 § Præterea.

Damnatorum ſtatus, & differentia poſt iudicium. Supra.Ciuitas.

Damnatorum cæcitas,& pœnæ aliæ.li.4 di.1.§.Hic quæri.Infra.Tenebræ.

Debitum reddere coniugale nullus eſt criminis Exigere autem ultra generandi neceſſitatem culpę eſt uenialis:fornicari uerò, & mœchari puniendi eſt criminis li.4.di.32.Sciendũ Eadem. Quod uero.

Debitum reddendi,& exigendi par ius eſt cõiugum lib.4 di.32.§.ſciendum. Supra. Continere.

Debitum eſt ſemper reddendum poſcẽti. Nõ licet tñ exigere proceſſionem, & ieiuniorum tempore,& magnis ſolemnitatibus,tempore impregnationis, & partus lib.4.diſt.32.§.& licet. Nec obeſt illud Hyeronimi:Quinque uxori debitum reddit,vacare non poteſt orationi,nec carnes agni edere. Item: Si propoſitionis panis ab eis, &c. quia illud intelligitur de ministris eccleſię,qui debent poſtea abſtinere a celebratione.li.4 diſt.32.§.illi autem Richar. Vbi licitum eſt eis vxores habere ſicut in oriente.

Decimatus nõ eſt Chriſtus in Abraam, licet Leui in eo ſit decimatus, quia licet Chriſtus fuerit in Abrahã ſecundum carnem: non tamen deſcendit ab eo ſecundum communem legem, id eſt,per carnis libidinem. Leui uerò ſic deſcendit lib.3 di.3.§. Cum autem Sup. Chriſtus decimatus.

Declinare a malo ſemper vitat pœnam, ſed non ſemper meretur palmam,quia ubi nõ interuenit cauſa ad malum impellens,non meremur ſi ab eo declinamus.li.2 diſt.24.§.Ad hoc.Infra.Hominum.

Defectus corporis uel animæ,qui dicuntur, & quare.Infra.Senſus omnes.

Defectus quos,& quare Chriſtus aſſumpſit. Supra. Chriſtus aſſumpſit naturam.

Defectus humani multiplices, quos Chriſtus nõ ſuſcepit oẽs lib.3.diſ.15.§.Illud.Et eadem. Tradit.

Defuncto diuiti,& pauperi, cui magis ꝓſunt ſuffragia. Infra.Suffragia generalia.

Defunctorũ ſuffragia. Infra Suffragia.Supra.Animę

Defuncti non merentur poſt hãc uitam. lib.4.diſt. 45.§.Neq; negandum.Supra. Damnati licet,

Delectatio carnalis non eſt ſemper peccatum ſi nõ ſit immoderata.Nam poteſt uir ſanctus delectari regeſcendo poſt laborem,edendo poſt famem. Sic in concoitu coniugum ſi aſſint bona coniugij, ſcilicet fides & proles,& licet ſit mala illa delectatio,qa pœna peccati.lib.4.diſt.31.§.Sed forte. Et auctoritates contrarium ſonantes intelliguntur de concubitu vbi deſunt bona coniugij.Eadem.§ Hoc autem.

Delectatio eſt finis uoluntatis ſiue cogitationibus Infra Finis uoluntatis.

Delictum,& peccatum differunt.Infra. Peccatum, & delictum.

Dęmones alii aliis præſunt,quamdiu durat mũdus, poſtea euacuabitur omnis prælatio creaturæ, & maioritas Prælatura dæmonum eſt ſecundum modum ſcientiæ maioris vel minoris. Quidam uni prouinciæ quidam uni homini,aliqui uni uicio præſunt,ſicut dicitur ſpiritus ſuperbiæ huiuſmodi li.2.diſ.6.§.Et ſicut Infra prelati.

Dæmonum caſus uel lapſus,Supra. Angeli conuerſi.Supra Angelis.

Dæmones habitant in aere.Infra.Lucifer fuit.

Dęmones utrum aliqui ſint in inferno continuè.& alij in hoc aere caliginoſo,an uicisſim hic,& alibi. Relinquitur in dubio.lib.2.di.6.§. Solet.

Dæmones uicti a ſanctis iuſtè, & pudicè uiuẽtibus ſecundũ aliquos ulterius nullum audent impugnare, Alii tamen dicunt, quod de eodem vicio nullũ audẽt impugnare, ſed non concluditur certum quid ſentiẽdum.libro.2.diſ 6.§.Alijs. Alij dicunt, quòd eundem de eodem non impugnant, quia a Deo non prohibentur alioquin grauius eum impugnarent.

Dęmones obdurati ſunt per malitiam,nec bene uel le poſſunt,etiam ſi bonum ſit,quod uelint.lib.2 diſt.7. §.Supra.Supra Angeli boni ita.

Dæmones triplici acumine ſcientiæ vigent, ſcilicet ſubtilitate naturæ,experiẽtia temporum, reuelatione ſupernorum ſpirituum. Idem Auguſtinus aſſerit,addens,quod aliquando nefandi ſpiritus, quæ ipſi acturi ſunt velut diuinando prædicunt.Vnde quamuis obſtinati non ſunt,tamen ſunt penitus priuati ſenſu uiuaci.lib.2.diſt.7.§.Et licet.

Dæmonum uirtute licet artes magicæ fiant,non tamẽ obedit eis materia uiſibiliũ rerum ad nutum, ſed ſolum quantum Deus permittit.lib.2.diſt.7 §.Nec putandum.Infra.Magicæ.

Dęmones poſſent multa per naturæ ſubtilitatem a quibus prohibentur per bonos angelos, uel non permittuntur a Deo,lib.2.diſt.7.§.illud quoq;. Vnde ſecundum Auguſtinum,nec Cyniphes poterãt magi facere.Eadem.§.Quorum ſcientia.

Dæmones non ſunt creatores.Sed quia omnium rerũ,quæ corporaliter naſcuntur, latent quædã ſemina occulta in huius mundi elementis eis originaliter indita,& illa pro ſubtilitate ſui ſenſus nouerunt,& ea ꝑ congruas elementorum temperationes latenter ſpargunt,& ita gignendarum rerum, & accelerandorum incrementorum præbent occaſiones: quod tamẽ nec boni angeli poſſunt niſi quantum Deus iubet,nec mali,niſi quantum ipſe iuſtè permittit.lib.2.diſt.7.§.Nec ſane,& eadem.§.Sicut ergo.

Dæmones poſſe ſcire cogitationes hominũ per aliqua ſenſibilia ſigna in corpore apparentia non autẽ latentia.Auguſtinus libro retracta: dicit ſe aliquando aſſeruiſſe, ſed poſt relinquit hoc ſub dubio,ibidem.

Dæmones non illaquntur animabus hominum ſubſtantialiter,ſed uniuntur eis per applicationem, & poſſeſſionem,& propter effectum maliciæ. Dicuntur autem expelli ab hominibus, cum non ſinuntur nocere.libro ſecundo,di.8.§.illud Infra. Illabi.

Dæmonũ nomina,& interpretationes.Supra. Angelorum nomina.

Dæmões per iudicium non præſunt hominibus ad torquendum.Alijs tamen aliter uidetur.li.4.diſ.57.§. & ſolet.

Dæmones. Infra. Diabolus.

Dæmones ardebunt uno, & eodem igne corporeo quo damnatorum corpora. libro. 4. diſt.44.§. Solet etiam. Infra. Ignis.

Denarii nomine aliquid omnibus electis commune intelligitur,ſcilicet,vita æterna,Deus ipſe,quo omnes fruentur, ſed impariter.li 4.diſt.61.§.poſt reſurrectionem. Infra.ſtella.

Deſperatio eſt,qua quis pœnitus diffidit de Dei bonitate æſtimans ſuam malitiam diuinæ bonitatis magnitudinem excedere ſicut Cain; & eſt peccatũ in ſpiritum ſanctum li.2.di.53.§.eſt ꝓterea.Infra.Peccatum in ſpiritum ſanctum.

Deus non fruitur nobis, quia nõ eget bono noſtro ſed diligit nos,& utitur nobis,quem uſum non ad alium,ſed tantummodo ad ſuam bonitatem refert,& noſtram utilitatem, & non ſuam. libro. 1.diſtinctio.1.§. ſed cum.

Dei bonitas cauſa eſt,quod ſumus.ſupra. Bonitas creatorum,& ſe.

Deus trinus,& unus eſt.Infra,Trinitas.Infra.Vnitas.

Deus,qui natura inuiſibilis eſt,ut poſſet etiam à uiſibilibus ſciri,ideo ſecundũ Ambroſium ſuper illo Ro. 1.Inuiſibilia dei a creatura mundi;& cętera.Opus fe-

cit, quòd opificem sui visibilitate manifestaret, vt deus omnium esse crederetur, qui hoc fecit, quod ab homine impossibile est fieri, lib. 1. dist. 3 §. Apostolus nãq; Nam sicut ait, quantum ad vnitatem Dei, inuisibilia potuit nemo intellectu mentis conspicere, uel cõspexit per ea, quæ facta sunt, id est, p̃ creaturas uisibiles uel inuisibiles. A duobus enim iuuabatur, scilicet a natura: quia rõnalis erat, & ab operibus a Deo factis, ut manifestaret homini ueritas, s. diuinitatis. Vnde Apostolus: Quia Deus reuelauit illis, scilicet philosophus, ut quia nulla creatura talia ualet facere, constat super omnem creaturã illum esse qui talia fecit. Eadem. §. Apostolus namque. Cognouerunt etiam alio modo, & primo unitatem, unde Augustinus: Viderũt, inquit, summi, philosophi nullum corpus Deũ esse. ideo cuncta corpora transcendunt Deum quærentes. deinde viderunt omne mutabile non posse esse nisi ab illo, q̃ incommutabiliter, & simpliciter est: ideo dixerunt eũ omnia illa fecisse, & a nullo alio fieri potuisse. Eadem. §. Alio etiam. Et quia consideraverunt omnem substãtiam esse corpus vel spiritum, sed spiritum meliorem esse, quàm corpus, sed meliorem esse eum, qui utrunque fecit eadem §. Considerauerunt. Et cognouerũt speciem sensibilem esse corporis, & spiritus speciem intelligibilem: multo tamen speciosiorem eum, a quo illa facta sunt speciosa, ideo illud esse incommutabile rerum principium crediderunt, quòd a nullo, & ex quo omnia facta sunt. Tot modis cognoscitur vnitas dei. Ex perpetuitate creaturarum intelligitur æternus conditor: ex magnitudine creaturarum, omnipotens ex ordine, & dispositione, sapiens, ex gubernatiõe bonus: quæ omnia ad unitatẽ diuinitatis pertinent. Eadẽ. §. Intellexerunt. Quantum ad unitatẽ, dei trinitatẽ cognouerunt secundum Augustinum libro 6. de trinitate. c. 28. vbi dicit: Huius trinitatis vestigium in creaturis apparet. Hęc enim, quæ arte diuina facta sũt vnitatem quandam in se ostendunt, & speciem. Nã quoque eorum vnum aliquid est, & aliqua specie formaẽ & ordinem aliquem petit, ac tenet, scilicet, per inclinationem siue tactum. In illa ergo vnitate est summa origo, respondens vnitati: perfectissima pulchritudo speciei, & beatissima delectatio. Origo intelligitur pater, pulchritudo filius, delectatio spiritussanctus, qui est bonitas. Nec tamen per creaturam sufficiens notitia trinitatis haberi, potest sine doctrina, vel interioris inspiratiõe reuelationis. Vñ philosophi de lõginquo viderũt veritatẽ deficiẽtes in cõtuitu trinitatis, vt magi Pharaonis in tertio signo lib. 1. dist. 3. § Nunc restat.

Deus genuit deum, ut in symbolo, deum de deo. Sed tamen nec alium deum genuit, quia vnus tantum deus est, nec seipsum, quia secundum Augustinum libro primo de trinitate, primo capite. Nulla res, q̃ seipsam gignat vt sit. libro. 1. dist. 4 § Hic quęritur. Et genuit deum, qui non est deus, qui est pater, i. qui nõ est pater q̃ deus est, sic est uerus sensus. Sed si intelligitur. i. qui nõ est, q̃ est pater, sic est sensus falsus. Vnus em̃. & idẽ deus est pater, & filius, & spiritussanctus, & ecõuerso ea. §. Sed adhuc. Et q̃a dicit Aug. ad Maximũ, q̃ pater ita genuit de se alterum se, ut totus maneret in se, hoc intelligi potest, id est, de se alterum a se genuit, nõ utique alterũ deũ, sed alteram personam. Vel genuit se alterum se, id est, genuit alterum qui est hoc, quod ipse est. Nam etsi alius sit pater, quàm filius, non tamen est aliud, sed unum. lib. 1. disti. 4 §. Nunc ad præmissam. §.

Deus nec necessitate, nec uolẽs, nec nolẽs est deus, sed natura. lib. 1. distinctio. 6. §. post hæc. Infra. Pater genuit. Augustinus libro 15. de trinitate. capitu. 20.

Deus est substantia, uel essentia', ſm Augustinum lib. 5. de trini. ca. 2. Et propriè dicitur essentia cuius essentia non nouit præteritum, uel futurum. Hieron. ad Marcellam dicit: deus tantum est, qui non nouit fuisse uel futurum esse. Vnde Exod 3 Ego sum, qui sum. Solus ergo deus uerè est, cuius essentiæ comparatum nostrum esse non est. lib 1. dist. 8. §. Nunc de ueritate.

Deus cũ dicitur fuisse, uel fieri, non est intelligẽdũ quòd præteriit uel futurus sit, sed quòd existat simpliciter sine temporali motu. Vnde Hilarius lib. 7. de trinitate: Esse non est accidens deo, quia non cępit esse. li, 1. dist. 8 §. Hic diligenter. Infra. Tempus.

Deus solus immutabilis est, qui nõ cuiusquam gratia, sed natura sua, nec mutari. nec aliqua mutatione peccare potest. lib. 1. di 8 §. dei etiam.

Deus solus uerè simplex est. Infra. Simplex.

Deus simplex, & incommutabilis est. Vñ Aug. 5. de trini. ca. 1. Intelligamus quãtum possumus sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine situ præsidentem, sine habitu omnia continentem, sine loco, vbiq; Totum, sine parte, sine tempore sempiternum, sine vlla sui commutatione mutabilia facientem, nihilque patientem. lib. 1. di. 8. §. Quod autem.

Deus magnus est non mole, sed uirtute. Aug. lib. 6. de trini. ca. 7. lib. 1. dist 8 §. Creatura.

Deo hoc est esse, quod fortem esse uel sapientem uel iustum, sicut Augustinus 6. de trini. ca 4. dicit. lib. 1. dist. 8. §. Hic diligenter.

Deum cogitare debemus. Supra. Cogitans.

Deus dicitur substantia abusiuè, quia non subsistit. Nam a subsistere dicitur substantia. Sed proprie dicit̃ essentia, ita ut fortasse deum solũ oporteat dici essentiam. Est enim uerè solus, quia incommutabilis. iib. 1. dist. 8. §. Vnde nec. Et est. Augustinus libro de trinitate capitu. 5.

Dei simplicitas nõ excludit trinitatem. Infra simplicitas non.

Deus claritas dicitur. Infra. Spiritussanctus amor.

Deus spiritus dicitur. Infra: Spiritussanctus quãuis.

Deus non est in aliquo prędicamento, & quomodo uel in quo. Infra: Prędicamenta artis.

Deo omnia tempora attribuuntur. Supra: deus cũ dicitur. Infra: Tempus quodlibet.

Deus siue spiritussanctus ubiq;, & in omnibus creaturis totus est, non autem omnes eum habent in quibus est. lib. 1. dist. 17 §. Cumque.

Deus est in omni natura præsentialiter, potentialiter, & essentialiter. Est ẽt in oĩ natura sine sui diffinitione, in oĩ loco sine circũscriptione, & in omni tpe sine mutabilitate, lib. 1 dist. 37. §. Et qm̃. In sanctis tm̃ spiritibus, & animabus est excellentius, s. per gratiam inhabitãs. Et in homine Chro excellentissime, in quo ſm Apostolũ plenitudo diuinitatis corporaliter habitat. In eo enim deus habitat non per gram adoptionis, sed unionis. eadẽ §. Et qm̃, Gregorius & in glossa. Can. 5. uer. Quo abijt. Licet deus, inquit, cõi modo omnibus rebus insit præsentia, potentia, substantia tamen familiari modo dicitur inesse per gratiam illis, q̃ mirificentiam operum dei acutius, & fidelibus considerãt. Augustinus. deus æterna stabilitate in seipso manens totus adest rebus omnibus, & singulis totus, sed in quibus habitat, habent eum pro capacitatis diuersitate, alij amplius, alij minus quos ipse sibi dilectis simũ templum suæ benignitatis ædificat, eadẽ §. Et quoniã.

Deus habitat in sanctis, in quibus est per gratiã. Nõ enim ybicunq; est, habitat, ubi uero habitat, ibi est. In solis bonis habitat, qui sunt templum eius, & sedes ei' & ipsi sunt cœlum, in quibus regnat, quia eius uoluntati deuotè obtemperat. Malos uero, qui sunt terra, iudi-

dicii sui discretione calcat. Vnde Isaias: Cœlũ mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Mali ergo, & si ibi sint, ubi ipse est, qui nusquam deest, nõ tamen sunt cum eo lib. 1. dist. 37 §. In sanctis.

Deus ubi habitabat priusquam sancti essent? Aug. lib. 3. contra Maximinũ ca. 22. dicit: In templo suo habitabat Deus, scilicet, in sanctis, qui sunt templũ Dei, modo secundum fidem ambulantes, & templum Dei erũt aliquando secundum speciem qualiter ẽt nunc templum Dei, sancti angeli sunt. Et antequam faceret Deus cœlum, & terrã in se habitabat, Deus apud se habitat, apud se est, Non ergo sic sunt sancti domus Dei, vt ipsa subtracta cadat Deus, sed sic in sanctis habitat, vt si ipse discesserit, cadant. lib. 1. dist. 37 §. Si autem. Supra. Anima tota.

Deus habitat tunc in aliquo secundum Augustinũ. ad Dardanum, cum ita est in eo, ut ab eo cognoscaẽ, & diligatur. Habitat tamẽ in paruulis renatis, licet nõ cognoscant, & non in adultis malis, licet ipsum cognoscat, sed non sicut Deum glorificant. lib. 1. dist. 37 §. Illud quoque.

Deus cum sit in omnibus rebus, non tamen sordibus corporalibus inquinetur: Nec mirum, cum ẽt spiritus creatus, id est, anima sordibus corporis quantũcunq; polluti nũ possit inquinari. Similiter, & solis radij non inquinant, quanto minus Deus? Sapientiæ 7. Attingit omnia propter suj mundiciam, & nihil inquinatum incurrit in eam. libro. 1 dist. 37. §. Solet etiam, sequen.

Deus appropinquare. Augustinus libro Sententiarũ Prosperi inquit: Deus ubiq; est, cui nõ locis, sed actionibus appropinquamus. lib 1 dist. 37 §. Postremò.

Deus est in oĩ loco, & tempore ueraciter, & essentialiter: non tamẽ mouetur per loca, uel tempora, nec localis est, uel temporalis. lib. 1. dist. 37. Cumque diuina natura. Infra Localis non est.

Deus, nec loco, nec tempore mouetur. Supra. Creatura mouetur.

Deus est ubi ante non erat, ex quo creaturę fiunt, q̃ ante non fuerant, & desinit esse ubi ante fuit, sine tm̃ sui mutatione, nec tamen ipse deserit locum, sed locus desinit esse. lib. 1. dist 37 § Ad hoc.

Deus fuit dominus antequã esset tempus lib. 2. dist. 2. § Ante ca. quantum ad præsidentiã secundam habitum, sed secundum actualem præsidentiam respectu seruj, sic incepit esse dominus, non ratione mutationis in ipso factæ, sed in seruo. Nec tamen sic in tempore cępit esse dominus, ut sup. Creata sunt simul.

Deus unus dicitur, & non tres sicut tres personę. Infra. Tres personæ.

Deus non dicit̃ singularis, nec diuersus, nec unicus, nec solitarius, nec multiplex, & ratio singulorum edicitur. lib. 1. dist. 23 §. Et sicut.

Deo sunt omnia præsentia, & in eo sunt oĩa vita, & apud eum. Infra, Esse omnia. Infra Mala non sunt.

Deus qũo scit omnia, & sciuit. Infra, Scientia verò.

Dei sapientia, scientia, præscięti̇a, prædestinatio, pudentia, dispositio quomodo se habent. Infra. Scientia verò, Infra, Scientia sunt.

Dei præscientia est sua essentia, Infra, esse omnia.

Dei cognitio, Infra, esse ex ipso.

Deꝰ quõ cognoscit bõa, & mala. Infra, Mala nõ sunt.

Deus omnia posse, & omnipotens dicitur. lib. 1. dist. 44. §. Nunc illud, & sequen.

Deus creator est omnium. Supra, Creator.

Deus est principium unum omniũ. Infra, principiũ.

Deũ creare, agere, facere, & hmõi locutiones nõ diceñ ita, quòd Deo intelligatur motus, vel passio aliqua in esse operãdo, vel accidere, sicut in nobis solet. sed per ea significamus nouum aliquem effectum eius uoluntatis. i. æterna eius uoluntate aliquid nouiter exĩstere, non quòd in ipso aliquid nouum contingat: sed dicitur Deus aliquid agere uel facere, quia ipse est causa rei nouiter exĩstentis. lib. 2. dist. 1. §. Verum tm̃.

Deus requieuit die septimo ab omni opere. i. cessauit nouã creaturã facere. li. 2. dist. 12. §. Nunc supereſt

Deus apparuit aliquando in formis corporalibus li. 2. di. 8. §. Nec dubitandũ, Augustinus 2. lib. de trini. cap. 10. & tribus sequẽ. Nunquã tamen Deus in specie suæ essentiæ mortalibus apparuit. Vnde Exod. 32. Nõ uidebit me hõ, & uiuet Et Ioannis primo, Deum nemo uidit vnquam. Nã quia immutabilis est, nullo modo uisibilis esse potest. lib. 2. dist. 8. §. Cæterum. Supra. Apparitiones.

Deus est spiritus nec membrorum lineamentis cõpositus. li 2. dist. 17. §. Hic de.

Dei incarnatio, Infra, Filius

Deus utrum assumpsisse dicatur naturam humanã vel personã naturam, uel persona personam, uel natura naturam. lib. 3. dist. 5. præterea.

Deus factus est homo, utrũ uerè dici possit, & quomodo intelligitur. Similiter homo factus est Deus. l. 3. 6. per totum.

Deus potuit aliam animam, & aliam carnem assumere etiam nõ de genere Adam, secundũ Aug libro. 13. de trinitate, ca. 18. quia illa assumptio fuit ex gratia. Sed meliùs ordinauit, ut ex eodẽ genere uinceret, quod priùs victũ fuerat lib. 3. dist. 15 §. Solet etiã q̃r. Potuit. ẽt muliebrẽ sexũ assumere, sed magis cõgruebat in uirili. eadẽ. §. Solet etiam quæri quamuis.

Deus, & homo necesse fuit ut esset, qui hominem redimeret, quia nisi homo esset qui diabolum vinceret, uideretur nõ iustè, sed uiolẽtior ei tolli, sed ut homo uinceret necesse erat vt Deus in eo esset, qui eũ a peccatis immunẽ faceret; quasi solus hõ esset, uel angelus in homine, facile peccaret, cum utramq; naturam cõstet per se cecidisse, lib. 3. dist. 19. §. Factus est.

Deus potuit hominẽ alio mõ liberare, sed maluit per mortem Christi, qua conuentior modus sanandæ nostræ miseriæ nullus fuit. Nihil enim sic mẽtẽ nostram ad spem erigit, quàm quod tãti nos Deus fecit, ut Dei filius immutabiliter bonus in se manens, quod erat, & a nobis accipiens, quod non erat, dignatus nostrum inire consortium, mala nostra moriendo perferret. Alia ratio, quia sic diabolus iustitia, & non potentia superatur. Nam per peccatum diabolo inuadẽdẽte, & Deo iustè permittente sub potestate diaboli eramus, & q̃is diabolus iniustè hominẽ detineret, & Deus iustè per potentiã illũ eruere potuisset, postpoſuit tm̃, q̃ potuit, ut prius ageret, quod oportuit, scilicet, de potentia ordinata. Igitur iustitia diabolum uicit. Et quia diabolus Christum, i quo nihil dignũ morte inuenit, occidit, utique iustũ est, ut debitores, quos tenebat credenter in Christum, quẽ iniustè occidit, liberi dimittãtur. li. 3. di. 20. §. Solet etiã. Ex Aug. 13. de trini. ca. 14. Diabolus quantũ ad se iniustè tenebat hominem, quia potestatem super eum habere nunquam meruit. Homo tamẽ iustè tenebatur, quia per culpam merebatur pati diaboli tyrannidẽ, eadem. §. Si enim.

Deus dicit̃ mortuus, quia caro, eius mortua ẽ, & dicitur passus, quia caro, & anima passæ sunt, quamuis diuinitas exors omnis doloris extiterit, sicut qui dicit̃ passus iniuriam, si uestis eius scindatur, multo magis deus pati dicitur, quod caro eius patit̃, dicitur ergo deus mortuus, & non mortuus passus, & non passus, secundũ aliã, & aliam naturam. l. 3. di. 21. §. Recedente.

Dei dilectio. vtrum augeatur. Infra, dilectio dei

Deus vtrum diligat reprobos. Infra dilexit.

Deus misericors est,& iustus,sicut seruat misericordiã i iustitia, ita & iustitiã i misericordia. Opus enim misericordiæ est peccanti peccata dimittere,sed oportet,quòd iustus miseratur iusti.li.4.di.17.§.Scilicet q. Ex misericordia peccata ignoscit pœnitenti, non reseruans peccatum ad pœnam æternam. Ex iustitia verò non dimittit delictum impunitum. Aut enim homo punit,aut Deus li 4:di.20.§.si uero.

Deus solus dimittit peccata,& per se.Infra. Peccata dimittit.Dei uiæ omnes misericordia,& veritas. Cassiodorus. Hæ duæ inquit, res iudicio Dei semper adiunctæ sunt, ergo in punitione malorum non est iustitia sine misericordia.li.4.dist.xlvi.§.Sed quæritur. Qđ ergo dicitur iudicium sine misericordia ei,qui non facit misericordiam, intelligitur sine misericordia liberante,& saluante: aliquam tamen pœnæ mitigationẽ ipse sentit. Nã & reprobi cruciabuntur minus quàm demeruerunt,eadem §.Sed quæritur. Et quòd misericordia,& veritas dicuntur duæ res, cum tamẽ sit vna eadem essentia diuina, non intelligitur diuersitas rei huiusmodi vocabulis significata, sed monstratur varietas effectum in creaturis. eadem. §. Sed quomodo. Infra. Opera omnia.Infra.Viæ. Dei opera distinguuntur, scilicet misericordiæ, & iustitiæ. Infra. Opera Dei.

Dei misericordiæ,& pietati attributa,Infra Opera quædam.

Dei opus est semper misericordia,& iustitia.Infra Opera omnia.

Deus dixit,fiat,& c.quomodo intelligitur.Infra.dicere.

Diabolus qualis creatus fuit,quando, & quomodo cecidit,cur figmentum dicitur, & draco,cui illuditur. Supra.Angeli omnes boni.

Diaboli potestas arctatur per angelos.Supra,Angelis bonis.Supra dæmones possent.

Diabolus dicitur homicida fuisse ab initio, nõ q malus fuerit creatus, sed quia statim post initium,quãdo sibi Dei æqualitatem promisit,seipsum occidit,vel quia statim vt homo conditus fuit ipsum per inuidiã in mortem præcipitauit.li.2.dist.3.§. Deinde qualiter Aug.deinde.

Diabolus cur tẽtauit hominem,& quomodo, & in qua forma,& quare primò fœminam li. 2.di.21.§.Videns,Infra,Tentauit diabolus,& se:Infra,Tentans.

Diabol⁹ dictus est quasi deorsum lapsus, sed zelo iuidiæ,factus est Sathan,id est, aduersarius,libro.2.distin.21.§.Videns igitur. Supra, Angelorum nomina.

Diabolus triplici peccato tentauit primum hominem,scilicet,gula, in persuasione cibi, inani gloria in promissione deitatis,auaritia, in promissione scientię lib.2.distinctio.21.§. Qui a suam.

Diaboli tentatio interior, & exterior. Infra,Tentatio.

Diabolus non loquebatur per mulierem ad virum, sicut per serpentem loquebatur ad fœminam, quia illa rationalis erat,sed interiùs persuasit,li. 2. dist.22. §. Hic videtur.

Diabolus per mortem Christi debilitatus est. Infra Mors Christi diabolum.

Diabolus victus est per iustitiam, & non potentiã, supra.Deus potuit.

Diabolus.Supra. Dæmones.

Diaconatus tenet sextum locum propter perfectionẽ senarij,qui nomẽ traxit a tribu Leui, vnde & Leuitæ dicuntur:Nam præceptum fuit Moysi, vt post ordinationem Aaron,& filiorum eius, tribus Læui ad diuini cult⁹ ministeria ordinaret li.4.di.24.Diaconorũ.

Diaconi officiũ est assistere sacerdotib⁹,& ministrare in oĩbus,q̃ agunt in sacris Chri. Et sicut lectoribus vetus testamentũ, ita diaconibus nouum testamentũ prædicare præceptum est,& alia plura, Ibidem.

Diaconatus ordo ab apostolis celebratus est,quãdo elegerũt septẽ diaconos. Istis cum ordinant solus episcopus manus imponit,& ponit eis stolam super leuam.Accipiunt etiã textũ euangelij.Hoc officio Chr⁹ usus est, qñ post cœnam sacramentũ corporis, & sanguinis discipulis dispẽsauit, & qñ discipulos dormientes ad orationem inuitauit. Ibidem.

Dicere Dei. Non temporaliter nec sono vocis dñs locutus fuit, cum nec lingua erat,qua loqueretur,nec erat,quẽ oporteret audire, & intelligere: s.ad naturã verbi sibi coeterni referẽ.Vñ dixit Deus fiat,&c.i.verbũ genuit intẽporaliter,in quo erat,& disposuit ab ęterno:vt fieret rpe,& i eo factũ est li.2.d.23.§ ꝓterea.

Dici duplex inuenit in creatura,quia in rebus creatis, atq; mutabilibus,q̃ nõ ſm subſtantiam dr̃,restat ut ſm accidens dicaſ, In Deo aũt nihil ſm accidens dr̃, nec tamen omne,quod dicitur, ſecundum ſubſtantiã dicitur. Nam dicitur ad aliquid,id est,relatiuè, sicut pater ad filium,lib. 1.di.26.§.Quocirca.Infra,Relationes.Infra,Prędicantur.

Dictiones relatiuæ non sibi semper correspondent in diuinis,Infra,Relatiua.

Dicta sacræ scripturæ quomodo intelligi debent Infra.Intelligentia dictorum.

Dies accipitur in scriptura diuersimodè. Vno modo dicitur lux illa,quæ primo triduo tenebras illuminauit. Secũdo dicitur illa illũminario aeris, tertio dr̃ ſpatiũ,24.horarum. Iuxta illud factum est vespere,& mane dies vnus.Et hic est dies naturalis, li. 2.dist. 13. §.Hic notandum.

Dies accipit̃ siue computatur dupliciter.Naturalis scilicet, & mysterialiter. Naturalis ordo est,vt distinguaſ dies a mane vsque ad mane. Postea vero in mysterio computati sunt a vespera vsq; in vesperam, qa homo a luce corruit in tenebras ignorantię, & peccatorum,deinde per Christum a tenebris ad lucẽ rediit. Dies itaque prima a plena luce cepit, & vesperam ex plens mane sequẽtis diei expletus est,& ideo nõ ab aurora cœpit, quia mane scilicet non habuit. Nam tam angelus quàm homo in gratia conditus a luce in tenebras declinauit.li.2.di.13.§.Hic est.

Dies alij mane habẽt,& vespera excepta prima.Ibidem. Diebus sex distinguit Deus genera rerũ Nihilq; postea fecit, quod in aliquo illorum non contineatur,li.2.dist.12.§.Nũc superest,Supra Deus requieuit.

Die prima distinxit Deus lucẽ a tenebris, & diẽ lucem,tenebrasq; congruè uocauit noctem. A luce etiã rectę mundi ornatus cœpit, vnde cętera,quæ creanda erant uiderentur.li.2.di.13 Prima autem.

Die secũda factũ ẽ firmamẽtũ,& diuisit de⁹ aquas q̃ erãt ſub firmamẽto ab his,q̃ erant ſupra firmamẽtũ.li. 2.di.14.§ Dixit quoq; Deus.Supra.Cęlum illud.

Die secunda non est dictum.Vidit Deus,quòd esset bonum quamuis opera eiusdẽ diei sicut aliorũ essent bona,quia binarius est principiũ alteritatis, & signũ diuersionis li.2.dist.14.§.Post hoc.

Die tertia congregatæ sunt oẽs aquæ cœlo inferiores in vnam matricẽ,i.cõcauũ locũ,vt lux,quę primo biduo aquas illustrauerat clara luce in aere purior clarior fulgeat, & appareat terra quę cooperta latebat, & quæ aquis limosa erat fieret arida, & germinibus apta.Eodẽ enim die protulit terra herbam virẽtem,lignumq; faciens fructum li.ij.di.14.§.Sequitur.

Dieb⁹ tribus primis suis locis sũt distincta quatuor elemẽta mũdi,& ordinata, sed sequẽtibus tribus sunt ornata.Quarta igitur die ornatũ est firmamẽtũ. Sole Luna

Luna & stellis.& Quinta aer in uolatilibus & aqua piscibus ornamẽta sumpserunt.Sexta ipsa terra accepit reptilia,iumenta & bestias. Post quæ omnia factus est homo de terra in terra:non tamen ad terram,nec pp terrã, sed ad cœlum & propter cœlũ. Secundus dies & tertius sunt attributi supremæ & infimę parti mundi,scilicet firmamentum aeri,aquæ & terræ.Sed prima die lux ipsa formata est, li. 2.dist.14.§. Sequitur fiant. §.Et ibidem,distinctio.15.§.Dixit etiam Deus.

Dies sex creationis,quas scriptura ponit, intelligũtur interuallis temporum sibi succesſe.& in eis res distinctas esſe,ut supra, Creatio mundi. Alii tamen dicunt,ut Aug.libro 4.super Gene.circa medium,oĩa in ipse temporis initio facta,sed quædã formaliter quædam materialiter.Moysen tamen rudi populo sic locutum fuisse modo humano,li 2.di.15.§.Omnibus autẽ, §.Et quod scriptura loquendi temporibus diuidere potuit, quòd deus operandi temporibus non diuisit, Vnde dicũt sex genera rerũ appellarisex dies, quæ tñ simul facta sunt partim causaliter,ptim realiter.Ibidẽ.

Die septimo requieuit Deus. Vnde dicitur: Cõpleuit Deus die septimo opus suum.id est completum,& consummatum vidit.li.2.di.15.§.Illum autem: Supra Deus requieuit,Infra Requieuit.

Diẽ septimũ domus sanctificasse & benedisse dr̃, qui mystica præ cæteris benedictione & sanctificatione eum donauit.Vnde septẽ dierum repetitione omne tempus voluitur,li.4.di.15 §.illũ aũt,Infra Sabbatũ.

Dies una erit tantũ post iudicium, quia sol,& Luna non mouebuntur,li.4.dist.48.§.Veniente.

Digitus Lazari,infra Lazari.

Dilectio,qua diligimus Deũ & ꝓximũ. s.Charitas, Diligens proximum secũdum Aug.8.de trini. ca.8. præcipuè diligit dilectionem,lib.1.di.17.§.Ne autem, Et intelligitur de gratuita dilectione.

Dilectione nullum domum excellentius secundum Aug.15.de trini.ca.18.Nam ipsum solum est,quod diuinis inter filios regni & perditionis.li.1. dist. 17.§. Tunc enim.

Diligere utrum dicatur pater uel filius per ſpiritum sanctum & magistri opponit ad utramq; partem lib.1. di.32.§.Hic oritur Aug. de trini li.15.ca 5: Postea respondet dicens:Profiteor non ita dictum esſe patrem diligere uel filium patrem,ea dilectione,quæ ab utroque procedit, quæ non est aliquis eorum sed ſpiritusſanctus tantum,tanquam ea dilectione pater sit vel filius,sed sic ea pater diligit filium & filius patrem.ut ẽt pater per se ea, quæ ipse est dilectione diligat,sic & filius:non autem sic vt pater se non diligat & filius,sed per eam tantum. Relinquitur itaq; quæstio lectori.

Dilectio in trinitate est ipsa essentia diuinitatis, & tñ ſpirituſſanctus dilectio est,nec ideo duæ dilectiones sunt in trinitate,quia dilectio quę propriè ſpirituſ sanctus est,est dilectio, quæ est trinitas,non tamen ſpirituſſanctus est trinitas,sic etiam de sapientia.lib.1.di. 32 §.Et sicut.

Dilectionis regula est diuinitus constitutra, ut Deũ propter se,& toto corde diligas,& proximũ sicut teipsum diligere debes. In bono diligẽdus est proximus, non in malo,& propter Deum.li.3.dist.27.§. Consequenter.

Diligere seipsum debet homo in Deo,uel propter Deum.i.quia iustus est,uel ut iustus sit: qui enim aliter se diligit,iniustè se diligit.Sic proximum debemus diligere,id est,ut nos.Ibidem.

Dilectionis præceptum,non impletur ex toto in ꝑsenti vita: impletur tamen ex parte secundum perfectionem uiæ.Nam alia est perfectio currentis,alia peruenientis. Præcipitur homini hoc præceptum,vt sciaſ quò currendum sit,& facit ut curſor;Deum ante oĩa, & præ omnibus diligat eadem §.Sed cur.Et. §. Illud.

Dilectionis præcepta licet duo sint,unũ tamen ſępe pro utroque ponitur,quia non diligitur Deus sine ꝓximo,nec proximus sine Deo.li.3 dist.27. §.Cum autem.Diligenda charitate non sunt omnia,quibus utẽdum est,sed ea solum quæ uel nobiscũ societate quadam referuntur in Deum sicut homo uel angelus. uel ad hos relata beneficio.Dei per nos indigent,ut corpus,quod ita diligi pręcipitur,ut ei ordinatè, prudenterq; consulatur.lib.3 dist.27 §. Sed quæ.

Diligenda sunt quatuor. Vnum quod supra nos est,ſcilicet Deus,alterum quod nos sumus,tertiũ quod iuxta nos,id est proximus,quartum q̃ infra nos,id est, corpus lib.3. dist.28.§.Hic potest.

Dilectio sui & corporis non erat ſpecialiter prædicenda,quia ad eam homo naturaliter ducitur: tamẽ hoc continetur in præcepto de proximi dilectione,cũ dicitur,sicut teipsum.lib.3.dist 28 §. hic potest.

Diligendus pręcipitur totus proximus, qui cõstat ex corpore,& anima,& totũ quod ipsi bene sumus cũ additur sicut teipsum lib.3.dist.28.§ Hic potest.

Diligi præcipiuntur inimici & angeli,quia proximi nostri sunt.lib.3.dist.28.§.Oritur.

Diligere Christum inquantum hominem pręcipimur ut nos,quia proximus inquantum, diligere Deũ prædicimur ſuper omnia.Ibidem.

Diligere inimicos sicut nos præcipimur, quia proximi sunt,quamuis minus diligere teneamur, quàm alios bonos proximos.li.3.dist.29 §.Solet.

Dilectio ordinata non diligit,quod diligendum nõ est,nec ęquè diligit quod minus vel amplius est diligendum.libro tertio.dist 79 §.Post prædicta.

Diligere parentes malos magis, quàm bonos extraneos uel econuerso relinquitur insolutum.li.3.distin. 29.§. Solet Bonauentura dicit, quòd amore complacentiæ,qua facta alicuius approbamus, magis diligimus bonos exteraneos,amore tamen beneficientiæ magis parentes malos, quia magis eis uelle debemus bonum,& facere.

Diligere inimicos iubemur & odisse parẽtes, ut scilicet in illis,id est,inimicis naturam attendamus,& in illis uitium.li.3.dist.29 §.Quęri.

Diligere inimicũ & ei benẽfacere maioris uirtutis est,quàm amicum.diligere, quamuis melius sit amicũ diligere,quia intentus diligitur,licet non sit magis meritorium.li.3.di 30 § Vnico.

Diligere inimicum prǽcipitur per dilectionẽ proximi:tamen perfectè inimicum diligere,id est obsequio exteriori non conuenit omni hominili.3.di.30.§.Hic solet.

Dilectio fortis morti comparatur, quia nimirum mentem,quam semel cœperit,a dilectione mundi funditus occidit.li.3.dist.31 §.Illud quoque.

Dilectio Dei cum sit diuina essentia & immutabilis dr̃ tamen Deus alium minus diligere non quod charitatis mutabilitas significetur,sed quia alium ad maius bonum,alium ad minus bonum diligit.li.3 dist. 32.§. Præmissos.Et ibidem,§ Cum autem.

Dilectio Dei Increata secũdum essentiam non recipit magis uel minus,sed secundum efficientiam tantũ ut magis diligi dicantur quibus ab eterno maiora præparauit,& in tempore tribuit.Vnde aliqui dicuntur incipere diligi,quando conuertuntur,non tamen nouna dilectione Deus diligere potest li.4 dist.42.§.Consideratur.Et sic idem magis diligitur a Deo uno tempore, quàm alio secundum efficientiam. eadem. §. Si verò.

Diligit Deus omnia,quæ fecit,quia omnia placent ei,

ei,& approbat inquantum opera eius sunt: nec tamẽ magis quando facta sunt,quàm ab æterno,placuerũt. li.3.dist.32 §.Cum autem.

Dilexit Deus reprobos ab eterno,nõ simpliciter,sed inquantum eius opus futuri erant,id est, quos, & qua les eos facturus erat:sed simpliciter conceditur quòd eos ab æterno odio habuit,id est,reprobauit.li.3. dis. 32.§.De reprobis.

Discretio circunstantiarum necessaria est in pœnitẽ tia obseruanda, ut scilicet secundum qualitatem & quantitatem culpæ, sit qualitas & quantitas pœnæ.li. 4.dist.16.§.In perfectione.

Diuinitatis supeminẽtia vsitati eloquii facultatẽ ex cedit.Verius eñ cogitaẽ.De⁹,q̃ dr̃ & uerius est q̃ cogi taẽ 51.di.23.§. Qua necessitate,& eadẽ.§.Pater ergo.

Diuinas res uel locutiones intelligere, humana rõ non capit,nec exemplum aliquod rebus diuinis com paratio humana præstabit.li 1.di.19.§.Et inde.

Diuina natura vel substantia non debet dici caro facta sicut verbum dicitur caro factum.li. tertio.dist. quinta §.Sed quæritur.

Diuinitas in morte Christi non fuit separata ab eius carne uel anima secundum Aug.omelia.47. super Io. li.3 di.21.§.Sicut Augusti.

Diuisit Deus lucem a tenebris.i. angelos bonos a malis,& lucem appellauit diẽ, tenebras uero noctem, quia bonos angelos gr̃a sua illuminauit, malos uero excœcauit,scilicet permissiue.51.dist.5.§. Habebant.

Diuortium pro sola fornicatione, nulla alia causa uel infirmitate celebreẽ lib.4.dist.34.§.Illud etiam.Et ibidem dist.35 § Hoc etiam.

Diuortii par ius est mulieri sicut uiro: præcipit eñ dominus vxorem non dimitti, nisi causa fornicatio nis,& si dimissa fuerit manere innuptam.Quicqũid ui ris præcipitur,hoc consequenter redundat ad fœmi nas.Non enim adultera uxor dimittenda est,& uir me chus tenendns.Nam apud nos,quod non licet fœmi nis,æq; nõ licet uiris,& eadẽ seruitus pari conditione cẽsetur.li.4.di. 35 §.hoc ẽt Et habeẽ 32.q.5.Præcepit.

Diuortii quamuis par ius sit, mnlieres tamen non sic facile viros de adulterio accusant, sicut econtra viri liberiùs faciunt. Ibidem.

Diuortio causa fornicationis celebrato,neuter poteſt altero uiuente alii nubere, sed vterque continere tenetur,uel dimisso reconciliari.Et idem est in uiro sicut muliere.libro tertio.dist.35.§.Si quis.

Diuortiorum in lege permittebatur dato libello re pudii, & quod alia duceretur,& hoc propter duritiã cordis.Non ut concederetur discidium,sed ut tollere tur homicidium.li.4.dist.31.§.si quis.

Doctrina omnis aut est rerum, aut signorum. li. 1, dist.prima.§.veteris.

Dolor corporis non potest esse sine anima,sed ecõuerso,li. 3.§.Sed quia Et per hoc probatur Christum vere timuisse & in anima doluisse.

Dolere debet pœnitens non solum quod peccauit, sed quia se uirtute priuauit,& quia in uno offendens, factus est omnium reus, & de aliis circunstantis. li. 3. di.6.In perfectione.

Domus Dei sunt sancti q̃ sunt templum eius, & se des eius, & ipsi sunt cælum in quibus regnat, q̃a eius uoluntati deuoti obtemperant. li. 1.d.37.§.In sanctis.

Donũ spiritussancti nihil aliud est, quàm spiritussan ctus.li.1.dist.15.§.Hic cõsiderandũ. Sed intelligit de dono principali,cui⁹ virtute datur creaturę q̃cq̃d ei datur.

Dona quæcũq; spũssancti sine charitate non prosunt, i.1.dist.17.§.Tunc enim.Et eadem.§. Hic quæritur.

Donũ Dei nullum maius est quàm charitas,spiritus sanctus maximũ donũ Dei est, ergo cõsequenter spũs sanctus est charitas,li 1.di. 17. §. Cum aũt.Hoc verũ est siue intelligatur de charitate creata siue increata. Si tamen de creata intelligitur, tunc consequentia Aug.intelligẽda est ratione nominis.i. spiritussanctus meliùs nominetur nomine charitatis,ex quo charitas est donum excellentissimum.

Donum & datum siue donatum differunt,li.1.dist. 18. § Sed quæritur.

Donum dr̃ relatiuè ad patrem,& filium.Est si aliqñ dr̃ spiritussanctus donum nostrum, accipitur pro da to siue donato,li.1 dist.18.§.Hic quæritur.

Dona Dei licet plura sint, spiritussanctus tñ ꝓpriè dr̃ donum Dei,sicut filius in trinitate propriè dicitur filius Dei licet etiam homines dicantur filij Dei, li. 1. distincto.26.§.Ita etiam. Infra filius.

Donator quando dicitur Deus,& quo,li.1.dist. 26. §.Quidam.

Donũ patris & filij dr̃ spũssctus relatiuè,non tamẽ respondẽt sibi vicissim vocabula,vt dicatur ẽt pr̃ do nì, vel filius doni,sed bene dr̃ donũ donatoris,& do nator doni.Deus tñ nõ fuit donator nisi ex tpe, cum spiritussanctus sit donum etiam ab æterno. Ibidem.

Dona spũs sancti sunt septem,vc3 donum sapiẽtiæ intellectus,consilij,fortitudinis,scĩæ,pietatis, & timo ris Dñi.Hæc virtutes manebunt in patria,li.3. dist.34. §.Nunc de.Sed non hẽbunt oẽs hos vsus, quos nunc hñt. Nam timor filialis facit nos modo timere nõ offendamus,quẽ diligimus,& ne separemur ab eo,& fa citeñ reuereri,sed in futuro nõ erit timor offensionis siue separationis,sed reuerentię,quæ dilectio est mixta cum subiectione Eadem,§.His autem.

Dona spũsancti fuerũt in Chro,lib.d.34. §.In Xpo.

Dona spũsancti sunt virtutes, q̃ per gr̃am infundunt animis fidelium, vt per eas rectè viuant,& adiuuant uirtutes naturales,li 3.dist.35.§.Et uotandum,

Dragma decima est humanum genus,li.3.d.1.§. di ligenter.

Ecclesia dr̃ hortus conclusus,fons signa tus,quo non admittitur auersitatis ille persuasor,li.2.di.34.§.Nec sane.

Ecclesiæ iudiciũ Deus non semper seq tur,quæ per surreptionem & ignoran tiam interdum iudicat,Deus autem sẽ per iudicat secundum veritatem, lib.4. distinctio.18. §.Non autem.

Aedificant aurum,qui contemplantur Deum.Argẽ tum qui diligunt proximum , lapides præciosos qui bona opera faciunt,& illi non habebunt pœnam pur gatorij,li.4.dist.21.§ In illo.

Aedificare liguum fœnum stipulam , est venialia peccata committere,& illi in purgatorio cremabunt a quo alius citiùs,alius tardiùs,liberabitur,li.4. dist. 21.§.Solet etiam, & eadem,§ Hic obiici.

Aedificant aliqui aurum,argentum,lapides præcio sos,& ẽt cũ hoc lignum,fœnum,stipulam, qui tempo ralibus occupati,nihilominus etiam bonis intendũt superiùs dictis,li 4.dist.21.§ Hic obiici.

Electio ab æterno non est ex meritis,non,n.quia fu turos nos tales esse præsciuit, ideo elegit,sed, vt esse mus tales per ipsam electionem gratiæ suæ,qua grati ficauit nos in filio suo dilecto, gratuita bonitate sua nos elegit vt boni essemus,li.1.d §. Opinati.

Electorũ statꝰ post iudiciũ alꝰ erit,quàm dãnatorũ. istis nãq; volũtas,illi facultas nõ poterit esse peccãdi vel vlla cõditio moriẽdi.Istis in æterna uita fęliciter viuentib.illis infęliciter in æterna morte sine moriendi potestate durantibus li 4.d.49.§ Post resur.

Eleemosyna data ab exisẽtiu in peccato mortali nõ iuuat eũ, quia inordinatè agit,q̃a se nõ incipit,& sibi crudelis est non placens Deo , Nec quicq̃ ad salutem prodest ieiunare & orare,& alia bona agere,nisi mens reuocetur a peccato.li.15.§.His resp.

Eleemosynam ordinatè dare uolẽs,a se primum de bẽs incipere, & sibi primo dare,Eccl.30.Miserere aiæ tuæ placẽs Deo : eleemosyna enim est opus misericor diæ,sed qui diligit iniquitatem.odit aĩam suam , Hinc Christus,mundate,inquit,quæ intus sunt Ibidem .

Eleemosynarum alia corporalis,alia spiritualis,Nec solũ qui dat cibũ esurienti,& huiusmodi: sed etiam,q̃ dat ueniã petenti,eleemosynam dat, & qui emendat verbera,in quã potestas datur,& coercet aliqua disci plina,uel orat ut ei dimittatur peccatum,Ibidem.

Elemosyna maior est, qua ex corde dimittimus , ꝙ in nobis quisque malum fecit,Ibidem .

Eleemosyna pensatur ex affectu, Aug.Qui sua,inq̃t, peccata redimere uult cum temporalium oblatione prius offerat mentẽ.li.4.dist.16.§.In perfectione.

Elongatur homo a Deo per peccatum,nõ loci distã tia,quia ubique Deus totus,& præsens est omnibus,& omnia in ipso sunt. Ergo longe fit, quod ab eius simi litudine recedit , Nihil Deo dissimilius facit , quàm peccatum,libro.2.dist.35.§ Abeo.

Episcopi tenent locum apostolorum aliiq; presbyte ri discipulorum uices tenent.li 4.di.24 §. Septimus .

Episcopus est nomen dignitatis & officii. Episcopi grẽcè,latinè interpretantur speculatores:scopin enim grẽcè,latinè intendere dicitur libro.4.dist.24.§.Sunt & alia.

Episcoporũ ordo quadripartitus est, s. in patriar chis,archiepiscopis,metropolitanis & episcopis . Et singulorũ officia,& dignitates. lib.4.dist.24.§. Ordo .

Episcopi hæretici,scismatici,ordines conferũt ser uata forma ecclesiæ & habita intentione. Similiter & alia sacramenta conficiunt & ministrant vera,& rata. Vnde Vugustinus de his,qui ab ecclesiæ unitate sepa rati sunt nulla iam quæstio est, quin sacramenta ha beant & possit dare,sed pernicioſẽ habẽt,& pernicio sẽ dant.Aliud est non habere, aliud est non iure habe re,uel illicitè vsurpare; sed nõ ideo non sunt sacramẽ ta,& ecclesiæ,quia eis illicitè utũtur,nõ modo hæreti ci, sed etiam omnes impii.Sed illi corrigendi sunt & puniendi,illa autem cognoscenda & ueneranda.Ideo non oportet ordines uel baptismum iterare ab eis mi nistrata.li.4.dist.25.§ Ecõtra.Quod idem de degrada tis,& symoniacis intelligendũ est,qui ordinant & mi nistrant sacramenta,etiam post sentẽtiam degradatio nis,quia hæc potestas de lege communi inabdicabilis inaufferibilis & illimitabilis est in sua essentia. Et rece dentes ab ecclesia ius dandi & consecrandi sacramẽ ta non perdiderunt, si seruent intentionem,materiam & formam ecclesiæ:licet grauissimè peccent,& puniẽ di sint: Quę uero ab hæreticis aliter,quàm in ecclesia siunt,falsa sunt & inania: & qui à talibus ordinantur, non minus,sed vulnus accipiunt. Eadem.§. Hęc autẽ.

Aequales & coæternę sibi tres personæ diuinæ sunt per omnia Nulla harum aliam aut præcedit æternita te, aut excedit magnitudine,aut superat potestate: q̃a nec filio,nec spiritui sancto, quantum ad naturæ diui nę unitatem pertinet,aut anterior,aut maior est pater nec filius spiritui sancto.Igitur æqualitas exprimit ꝑfe ctã in æternitate,magnitudine,potestate.li.1.di.19.§. Nunc post quã.Et hæc tria licet enumerentur quasi di uersa,tñ vnũ & idem sunt,scilicet essentia diuina,sim plex & incommutabilis.Aug.Eo magnus est quo deus est: quia non est illi magnum esse aliud,q̃ deũ esse. Vo luntas,& potentia dei, deus ipse est.Nec aliud sunt an ni dei, aliud ipse,sed anni dei æternitas dei est: æterni tas uero ipsa substantia dei est,nihil habens mutabile.

Aequalis est potentia trium personarum, ut sicut una & indifferens est magnitudo trium,ita una & in differens monstretur potentia trium. Nihil enim mi nus habet patre ille qui dixit:Omnia quę habet pater, mea sunt.Omnipotentia ergo patris,etiam filii est.Ge nuit ergo pater æqualem sibi filium, ab utroque pro cedit, utiq; æqualis spiritussanctus . Alioquin si non æqualem,uel quia non potuit,ergo infirmus: uel quia noluit,ergo inuidus est.lib.1.dist.20 §.Nunc ostende re.& eadẽ.§.Nihilinqt.Nec pater maior est, qa genuit filium,nã æqualẽ genuit,quia cũ dr̃ à patre genitus,& spiritussanctus procedẽs,nõ ostendit inæqualitas sub stãtiæ.sed ordo naturæ.Nõquidẽ quo alter prior est altero,seu quo alter est ex altero, eadem § Sed forte.

Aequalis dr̃ filius patri & spiritussanctus utique re latiue. Vnde Hilarius.Similitudo,inqt,sibiipsi nõ est, ita & æquale aliquid sibi non detur, ergo utrunque re latiuè dicitur.Est tñ filius patri æqualis secundum sub stantiam relationem.Augustinus. vide trini.cap.6 Nõ solum hoc, inquit,quod ad patrẽ dicitur,filius æqua lis est patri, igitur secundum illud æqualis est,qđ ad se dicitur.Quicquid aũt ad se dr̃,secundũ substantiã dr̃. Aequalitas ergo patris & filii non est relatio uel no tio,sed naturæ identitas & appellatio tantum relatiua est.li.1.dist.31.§.Præterea.

Aequalis est filius patri,& econuerso, sed filius ha bet a patre vt sit ei æqualis,sed non econuerso.lib.1. dist.31.§.Non enim.

Aequalitas appropriatur filio , quamuis tribus sit vna,& summa æqualitas:quia filius genitus est a patre æqualis gignenti & dono quod ab utroq; procedit,& ideo illa tria dicuntur æqualia propter filium.li.1.dist. 31.§.Nunc videamus.

Errare est se existimare scire,quod nescit. Pro vero eñ falsum approbat,quod est erroris proprium.Non ergo errare dicitur quisquis, qui aliquid nescit.lib. 3. dist 38.§. illud etiam.

Errare in illis,quæ non est necesse scire ad salutem siue sint magna siue parua,non est peccatum.Sunt eñ q̃ nescire melius sit, quã scire.Nõnullis errare profuit aliqñ,sed in uia pedũ,scilicet corporaliũ, non in via morũ .Nam ẽt in minimis errare quæ credere necesse est,periculosum est.li.3.dist 38.§.Illud etiam.

Error periculosus non est, si Sathanas transfiguras se in angelum lucis credatur bonus.li.4.dist.30.§.Post hæc.Hoc verum est si credens non ultra procedat.Nã si se Christum dicerat, tunc ille cum adorando com mitteret idololatriam,nisi sub hac conditione eũ ado raret:Si tu es Christus.

Error impedit matrimoniũ & excludit consensum, nõ'autẽ omnis error. Est enim error personæ, qñ hic putatur esse ille hõ,& est alius.Itẽ error fortunæ,quã do putatur diues,qui est pauper, & econuerso. Error ẽt conditionis,quãdo putatur liber,qui est seruus,ecõ uerso. Item error qualitatis, quando putatur bonus, qui est malus,ut si crederet uirginem,quæ est corru pta. Error igitur personæ & conditionis impediunt, alii non.li.4.dist.30.§. Nec solum .

Error ꝑsonæ excludit ꝑsensum ꝑiugalẽ, q̃a nõ ꝑsẽtit illã,sed aliã. Nec obstat factũ Iacob cui supponebaẽ Lya,quia illud in mysterio gestũ est,et si nõ ꝑcessit ꝑsẽ sus,tñ secut⁹ est li.4.d.30.§.Nec solum, infra, Iacob ex.

Error cõditionis.Nota si quis ingenuus duxerit ancil lã alterius,estimãs,ꝙ ingenua sit, itellecta,postea eius seruitute,põt illã dimittere,& aliã ducere.Si uerò sci uerat eius conditionẽ prius , dimittere eam non põt, nisi ob fornicationem. Idem est de fœmina ingenua, si seruum duxerit.lib.4 distinctione 36 §. Nunc con-

di-

ditione. Et habetur 29. quæstione 2. Si quis.
Etiam si copula carnis secuta fuerit prius, q̃ habeat certã cognitionẽ uel probabilem præsumptionem seruilis conditionis illius, etiam si habeat leuem suspitionem, potest illam cognita veritate dimittere. Si tamen vel coram testibus contraxerunt, uel alias fama est, nõ potest eam nisi iudicio ecclesię dimittere. Si tñ vir ingenuus cum ingenua contraxerit, & postea desiderio diuorcii se seruũ fecerit, non debet ob hoc uxor dimitti, nec ipsa in seruitutem redigi, dum illud sine consensu eius factum fuerit, eadem. §. Illud.
Erubescentia, partem habet remissionis, multum enim satisfactionis obtulit, qui erubescentiæ dominãs, nihil eorũ, q̃ cõmisit, nuntio Dei negauerit, li. 4. di. 17. §. Sed quòd.
Esse Deo est idem, quod sapere. Vnde patris & filii vna est sapientia. li. 1. dist. v. §. Prædictis.
Esse Deo est idem, quod scire, uelle & huiusmodi. li. 1. di. 6. §. Sed contra eadem. §. Prædicta tamen.
Esse patrẽ in filio & spiritu sancto & econuerso, lib. primo dist. 19. §. Sciendum.
Esse omnia dicunt in Deo, & oẽ, q̃ dr̃ factũ est dr̃ esse uita in ipso, non ideo quia creatura sit creator: vel, q̃ ista tẽporalia sint essentialiter in Deo, sed quia in eius scientia sunt, quæ, scilicet scientia uita est. lib. 1. di. 36. §. Præterea. Inde etiam oĩa dicuntur ei esse præsentia, & vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt, quia ita cognoscit ea, quæ non sunt, vt ea quæ sunt. Et ideo omnia dicuntur esse in Deo uel apud Deũ, siue ei præsentia: nam apud Deum nihil præteritum, nihil futurũ est, cum illo sunt omnia futura, & ei non detrahunt iam præterita. eadem. §. Et inde est. Nec tamen quæ in eius præsentia sine cognitione sunt, debent dici in eius esse, quamuis eius cognitio siue præsentia, sit diuina essentia, alioquin intelligerentur esse cum eo eiusdẽ essentiæ, quia quod in Deo per essentiam esse dr̃, est diuina essentia, quod Deus est. Habet ergo Deus in presentia sua, q̃ non habet in sui natura eadem. §. Solet hic.
Esse ex ipso, per ipsum, & in ipso oĩa, quamuis his verbis dist. personarũ indicetur, tñ ex patre per patre, & in patre sunt oĩa, quod similiter de filio & spũ sancto accipiendum est. li. 1. dist. 36. § Præterea. Nec tñ, oẽ, quod de Deo est põt dici de ipso: quia non est de sua substantia, sed econuerso, omne, quod de ipso est ex ipso dici potest. Ex ipso sunt cœli & terra, quia fecit ea, sed non sunt de ipso, quia non de sua substantia eadem. §. Illud etiam.
Esse Dei ĩ creaturis diuersimode dr̃. Supra Deꝰ ĩ oĩ.
Esse ubiq; & semp utiq; diuinitatis & dominationis est propriũ. Vnde Hiere. 23. Cœlũ & terrã ego impleo li. 1. dist. 37. §. Et quoniam. & eadem. §. In sanctis.
Esse in loco uel locale. Infra. Localis non est.
Essentia solus Dei dr̃ incommutabilis, q̃a nec mutatur nec murari potest. Aliæ essentiæ uel substantiæ capiunt accidentia, quibus in eis fiat mutatio magna uel quantacunq;: ideo autem aliquid huiusmodi accidere non potest. Ideo illud solum, quod mutari non potest, dr̃ uerè esse. i. substantia diuina. li. 1. d. 7. §. Dei etiam.
Essentiæ unitas in personis diuinis. Infra. Vnitas.
Essentiæ Dei tanta est simplicitas, quòd non est in ea aliquid quod non sit ipsa, sed idem est habens & q̃d habetur. li. primo dist. 8. §. Huius autem.
Essentia maior non est tribus, quã in una persona, ideo quælibet persona dicitur, & est perfectus Deus. Et pater in filio & spiritu sancto, & econuerso. li. primo dist. 19. §. Sciendum. Et eadem. §. Et inde est.
Essentia Dei sola uerè simplex est. Infra Simplex.
Essentia dicitur Deus propriè & non substantia, q̃a non subsistit. li. 2. di. 8. §. Hic diligenter.
Essentia diuina nec est genus, nec species, nec indiuidua li. primo. di. 11. § Hic adiiciendum & seq.
Essentia diuina nõ est materia triũ psonarũ tãquã secundũ cõmunẽ eãdẽq; materiã tres psonæ dicant esse una essentia, sicut ex eodẽ auro tres statuæ dicerent unũ aurũ. In statuis em̃ equalibus plus auri est tres simul, quàm singulæ, In illa autem essentia trinitatis nullo modo ita est. li. 1. d. 19. §. Notandũ. Nec ita dicunt vnius essentiæ sicut tres homines eiusdem sexus, eiusdem complexionis & eiusdem animi dicimus unam naturã, uel unius naturæ, quia ibi etiam unus hõ non tantum est, quantum tres. eadem §. His quoque.
Essentia diuina non dicitur genuisse filium nec essentiã nec pater genuisse dr̃ diuinam essentiam, quia si pater diceretur genuisse diuinã essentiã, diuina essẽtia diceretur relatiuè ad patrẽ, uel pro relatiuo poneretur, & quod relatiuè dr̃ non indicat substantiã Alia ratio, quia cũ pater ipsa diuina essentia sit & Deus sit, sic nõ illud, quod generaretur est a patre deus, sed pater eo, quòd generat & est, & Deus est, & non gignẽs geniti, sed gignenti genitus causa est, ut sic, & Deus sit, lib. 1. dist. v. §. Post hæc.
Essentia dicitur ab esse, ficut sapientia à sapere. li. 1. dist. quinta. §. Post hæc.
Aetas legitima contrahentium est in masculis annꝰ decimus quartus, in puellis duodecimus, ante quos q̃ coniuncti fuerint, etiam de cõsensu parẽtũ, expletis annis pubertatis possunt si uoluerint ab inuicem receedere, quod si post hoc consentiunt, tenet matrimoniũ li. 4. dist 36 §. Hoc etiam.
Aeternitas generationis, qua pater filium generat sibi coeternum probatur. li. 1. di. 2. § Nunc uerò.
Aeternitas Dei substãtia eiꝰ, li. 1. di. 19 § Nũc postq̃.
Aeternitas eandẽ designat proprietatem sicut ingenitus li. 1. di. 31. §. Non enim.
Aeternitas appropriatur patri, quia ipse patrem non habet de quo sit li. 1. di. 3 §. Non est.
Aeternitatis æqualitas ĩ diuinis. li. 1. d. 19. Nũc positq̃.
Aeternæ pænæ debitũ solus Deus dimittit & soluit, qui per se solus peccatum dimit, & animam mundat ab interiori macula, li. 4 di. 18. § Nec ideo.
Eua de latere dormientis facta est, simul ostendere tur Dei potentia, qui in tali opere dormientem a sopore no excitauit Et ut sacramentum esset, quod ecclesia de latere Christi in cruce dormientis esse formanda, lib. 2. dist. 18. §. Non sine causa. Infra, Mulier.
Euæ creatio, Infra, mulier. Eius tentationis ordo, Infra Tentatus, Infra, Tentator.
Euacuari dicuntur uirtutes, & quomodo, uel quomodo non. Supra Charitas non euacuabitur.
Euangelii, & legis differentia. Infra. Lex uetus.
Euangelizare debemus nõ ut mãducemus, sed mãducare ut euãgelizemus, ut cibus nõ sit bonũ, q̃d appetit, sed necessariũ, q̃ adiicit. Ió nõ dr̃. Primum q̃rite regnum Dei, & postea ista q̃rite, sed dr̃: & hæc oĩa adicientur vobis, li. 2. dist. 38 §. Veruntamen.
Eucharistiæ sacramentum sequitur baptismũ, q̃a p baptismũ mundamur, p eucharistiã in bono consummamur. Baptismus æstus uitiorum extinguit, eucharistia spiritualiter reficit. lib. 4. dist. 8. §. Post sacramentũ.
Eucharistia excellenter dr̃. i. bona gratia, q̃a in hoc sacramento non solum est augmẽtum uirtutis, & gr̃æ sed ille totus sumitur qui est fons uitæ & origo totius gratiæ. li. 4. d. 8. §. Post sacramentum sit eadẽ. d. 13. §. Solet etiam.
Eucharistiæ figura præcessit in manna, sicut baptismus in mari rubro. Sed hoc illud incõparabiliter excellit. li. 4. dist. 8. §. Post sacramentum.
Eucharistia dicitur viaticũ, quia in via nos reficiẽs

vsq; in patriam deducit. li. 4. di. 8. §. Post sacramentũ.
Eucharistię & baptismi sacramẽta demõstrata sunt quando de latere Christi sanguis & aqua fluxerunt, li. 4. di. 8. §. Post sacramentum.
Eucharistiæ sacramentum dominus instituit, quãdo post agnum typicum corpus suum & sanguinem discipulis in cœna porrexit. li. 4. di. 8. §. Hic etiam.
Eucharistiæ sacramentum excellit inter alia sacramenta nouę legis. li. quarto. dist. 8. §. Forma uero.
Eucharistiæ forma est, quam Christus cœna edidit, scilicet, hoc est corpus meum. Et post, hic est sanguinis meus, Quãdo hæc uerba proferuntur, conuerso fit panis, & uini in substantiã corporis & sanguinis Christi. Reliqua ad laudem Dei dicuntur. & oratio præmittit̃ pro populo, pro regibus &c. Ibidem.
Eucharistiam dominus post cœnam dedit, ut ostẽderet legis ueteris sacramenta in morte sua terminari. inter quæ præcipuũ erat sacrificiũ agni paschalis. Et no uæ legis sacramenta substituit, in quibus excellit eucharistia. Item vt hoc memoriale arctiùs discipulorum cordibus infigeret, ac illud deinceps ab ecclesia frequentaretur. Ibidem.
Eucharistiæ sacramentũ a ieiunijs debet sumi, ut in os Christiana priùs intret corpus dominicum, quàm alii cibi, & debita reuerẽtia discernetur ab aliis cibis. Nec obstat quòd Christus post cœnam dedit, quod iõ fecit, ut ostenderet legis ueteris sacramenta terminari in morte sua. Quo autem ordine, & per quos deinceps sumere reseruauit apostolis, per quos ecclesias dispositurus erat docendum. Vnde 1. Chor. 21. dicit Apostolus. Ego enim accepi a domino &c. Et infra. Cętera autem cum venero disponam, Ibidem.
Eucharistiæ duo sunt modi manducandi secũdum duas res, scilicet, sacramentalis, quo boni, & mali mãducant, & spiritualis, quo soli boni. Augustinus: Quid est Christum manducare. Non hoc solum, in sacramẽto corpus eius accipere (multi em̃ indigne accipiũt) sed hoc est, in Christo manere, & Christum in se manẽtem habere. Spiritualiter enim manducat, qui in unitate Christi, & ecclesiæ, quam sacramentum significat, manet. Vt q̃d paras uentrẽ & dentẽ? Crede & manducasti. Qui discordat a Christo, nec carnẽ Christi manducat bibet sanguinem, etsi tantæ rei sacramentum ad iudiciũ sibi quotidie accipit. li. 4. di. 9. §. Et sicut.
Eucharistia duobus modis constat, scilicet sacramẽto. & re sacramenti. Sacramentum siue ipsa forma panis & vini, quæ uidetur, & est signum sacræ rei, quia p̃ter speciem, quam ingerit sensibus, aliud aliq̃d facit in cognitionem venire. Species ergo huiusmodi tenent vocabula rerum, quę ante fuerunt, scilicet panis & vini. li. 4. dist. 8. §. Nunc quid.
Eucharistiæ sacramenti res gemina est. Vna scilicet contenta & significata, est caro Christi, alia significata & non contenta, scilicet vnitas ecclesiæ in prædestinatis, uocatis, iustificatis, & glorificatis. Hæc est duplex caro Chri. Vnde Hieronymus super epistolã ad Eph. Dupliciter, inquit, intelligitur caro Christi & sanguis vel illa, quæ crucifixa est & sepulta, & sanguis, qui militis lãcea effusus est, uel illa spiritualis, ac diuina, de qua ipse ait. Ioã. Caro mea uerè est cibꝰ &c. quo ad primũ.
Et nisi manducaueritis, quo ad secundum. Ibidem.
Eucharistiæ sacro tria insunt. Vnum, quod sacramẽtum tãtum est, alterum, quod sacramentum & res. tertiũ, res & non sacramentum. Primum, species uisibiles secundum, caro Christi propria & sanguis. tertium, caro eius est mystica. Primũ est sacrum geminæ rei, quia utranq; significat, & utriusq; rei similitudinẽ gerit expressam. Nam quo ad primã rem, sicut panis præ cæteris cibis reficit & roborat, & uinũ lætificat, sic caro,

& sanguis Christi interiorem hominem plus cæteris. gratijs spiritualiter reficit & saginat. Quo ad secundã dr̃. i Corint. x. Vnus panis & unum corpus multi sumus. Super quo Aug. Vnus panis, & unũ corpus dr̃ ecclesia, pro eo q̃d sicut vnus panis ex multis granis, & vnũ corpus ex multis mẽbris componitur, sic ecclesia ex multis fidelibus charitate copulãte connectit̃. Etiã corpus Christi proprium ex uirgine sumptum est, sacramentũ unitatis ecclesiæ. pro eo, quod sicut corpus Chri ea multis purissimis membris & immaculatis cõstat, sic societas ecclesiastica ex multis p̃sonis a macula criminali liberis consistit. li. 4. dist. 8. §. Nunc quid.
Eucharistiæ sacramentum significatum est per arcã, quæ facta fuit de lignis Sethim, quæ sunt imputribilia & albæ spinæ similia. Sic corpus Christi ex purissimis mẽbris, & ecclesia ex immaculatis personis cõstat. li.
Eucharistiæ sacro verũ corpus, & sanguis Christi continetur, & nõ est ibi solummodo sicut in signo. & uerba Christi. Iohannis vi. Nisi manducaueritis &c. debent spiritualiter intelligi, eo quòd ibidem dicitur, spiritus est, qui uiuificat: caro autẽ non prodest q̃q̃. Nam eisdẽ uerbis Christus nos instruxit, quod ipsius corpus non per patres discerptum, sed integrum, nec visibiliter in forma humana nobis daturus esset, sicut putauerunt illi discipuli, qui tunc a bierunt, sed inuisibiliter sub forma panis, & uini. li. 4. dist. 10. §. Sunt itẽ. & eadem. §. Quæ ex eadem.
Eucharistiæ consecratio, & panis conuersio probat multis argumentis, scilicet exemplo. Heliæ, qui orando ignem de cœlo dicit, exemplo creationis de nihilo per uerbum, exemplo conceptionis, & natiuitatis de virgine. Vñ Augustinus dicit, quòd sicut spiritus sanctus operatus fit in uirgine, sic operatur in consecratioue. lib. 4. di. 10. §. Hæc & his.
Eucharistiæ conuersio qualis fit in consecratione. Supra. Conuersio.
Eucharistiæ species panis cur remanent Supra. Corpus Christi datur.
Eucharistia sub duplici specie celebrat̃, ut aĩæ, & carnis susceptio in Chro, & in nobis vtriusq; liberatio significetur. Totus tñ Chrs sub qualibet specie est nec plus sub utraq;, nec minus sub altera tñ sumitur. Hinc Exo. 18. de mãna dr̃, q̃ plus collegerat nõ habuit amplius. nec qui minus parauerat habuit minus. Nec tñ debent dici duo sacramenta, sed unũ, quia sub vtraque idem sumitur. li. 4. dist. 11. §. Sed quare.
Eucharistiæ sacrm̃ nõ dẽt iterari, q̃a bñdictio nõ debet repeti sup eãdẽ spẽm. li. 4. di. 11. §. Sed quare, Hoc intelligendum est, si uellet sacerdos multas hostias consecrare.
Eucharistia nõ debet, nec põt cõfici de alia substantia, quàm panis & uini. li. 4. di. 11. §. Sed quare. In qua tñ miscẽdo est aqua vino, q̃ significat populũ p Chri passionẽ redẽptũ. Et cũ mitcet uino. populꝰ iũgit Christo. Si uinũ tñ offerret sanguis Chri incipit esse sine nobis. ea. §. Aqua. Si tñ aqua ex ignorãtia, uel obliuiõe nõ ex prauitate omittat̃, non est irritũ sacrm̃, sed ille grauiter corripiẽdus. Aqua tñ sola nullo mõ põt offerri. Neq; panis, nisi de frumẽto, id est, tritico, nec granũ frumẽti, nisi redactũ sit in panẽ, quia Chrs se panẽ dicit: & grano frumenti se comparat. Et intelligitur non potest, id est, non debet, eadem. §. Si uerò quærit̃.
Eucharistiæ hostiæ fractæ, in singulis particulis totꝰ Christus est. Vnde Hieronymus: Singulia accipiunt Christum dominũ, in singulis portionibus totus est, nec per singulos minuitur, sed integrum se præbet in singulis. Hilarius: Vbi pars, inquit, est corporis, ibi est, & totum. li. quarto, distinctione 12. §. Alii tradunt. In fra. Hostiæ tres.

Euchari-

Eucharistię fractio. Infra. Frangitur.

Eucharistiæ oblatio dr̄ & est sacrificium & immolatio.lib.4.di.12 §.Post hæc.Supra Christus semel.

Eucharistiæ sacramentum institutum est in augmētum uirtutis,scilicet, charitatis,& in medicinam quotidianæ infirmitatis.Ambrosius:Si quoties effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effundit, debeo semper accipere,qui semper pecco. li.4. di.12. §.Institutum.Supra.Communicare.

Eucharistiā quoties sumere qs tenet. Sup Cōicare.

Eucharistia dr̄ Mysterium fidei,quia credere debes quod ibi nostra salus consistat.lib.4.dist.12 §.Institutum.Et secundum Gregorium dr̄ mysteriū,quia secretam,& reconditā habet dispensationē. Sacrificiū verò quasi sacrū factū,quia prece mystica consecratur. Sacramentū aūt,quia sub tegumēto uisibiliū rerū diuina uirtus secretiùs salutem eorundem sacramentum operatur.li.4.dist.13 §.Solet etiam.

Eucharistiæ celebratio dr̄ missa, eo quòd cœlestis missus ad conseruandum,& uiuificandum corpus adueniat. Hinc sacerdos dicit:iube hæc perferri per manus sancti angeli &c. Ideo nisi angelus venerit, missa iure uocari nō pōt,li.4.dist.13. § Solet etiam.

Eucharistiam quis consecrat.Supra.Consecrat.Supra.Consecrare volens.

Eucharistiæ sacramento accidentia insunt sine subiecto,& quare.lib.4.di.13.§.Solent etiam.

Eucharistiæ consecratio requirit intentionem.li. 4. di.13.§.Solet etiam.

Eucharistiæ consecratione inuisibilis sacerdos uisibiles creaturas in substantiam corporis,& sanguis sui uerbo suo secreta sua ptante commutat. li.4 di. 10 §. Hæret his.

Eucharistiæ consecratione assunt angeli.Supra. Cōsecrationis opus.

Exaudita est oratio Christi,& quomodo,ac quomodo non.Supra Christus orando tristis.

Excæcat Deus.Supra.Angeli conuerti.

Exclusiuæ dictiones in diuinis,scilicet,solus,& huiusmodi,non dicunt separationem unius personæ ab altera,sed diuisionem a consortio proprietatis personalis,ut dicendo, solus pater est tantus quātum simul illi tres, nō intelligitur,quòd ipse solus sit sine filio,& spiritu sancto,sed per hoc filius & spiritussanctus a paternitatis consortio excluduntur. Et est sensus. Solus pater est tantus,id est,pater, qui ita pater est, ꝙ nō sit ipse filius,vel spiritussanctus. Similiter intelligitur cū dr̄,solus filius,uel solus spiritussanctus lib. 1.di. 21.§. Hic oritur.Cum etiam dicitur trinitas est solus Deus, ita excluduntur creaturæ,non ut non sint.sed ut non sint Deus.eadem.§.Sed iterum.

Exclusiuę dictiones in diuinis personis neutrū ab alio diuidunt,ut dicendo,nemo nouit patrem nisi filius,ibi non excluditur spiritussanctus,a noticia,cum sint inseparabilis, & unius essentiæ,sed solum notatur diuisio personalium proprietatum.lib.1.di. 21.§. Veruntamen.

Excommunicato iustè subtrahitur gratia,& protectio Dei,ac relinquitur sibiipsi,ut sit ei liberum ruere in interium peccati,in quē ēt diabolo datur maior sæuiendi potestas.& orationes ecclesiæ, & benedictiones,ac meritorum suffragia nequaquam ei suffragari possunt.lib 4.di.18.§.Ligant.

Excōicatione ligādi,& soluendi modus est,vc3, dū aliquis secundū canonicā disciplinā tertiò uocatus ad mendationem manifesti delicti satisfacere uilipendēs, sententia ecclesiæ a loco orationis, & sacramentorū communione, & consortio fidelium præsciditur, ut erubescat,& pudore sceleris conuersus pœniteat; ut sic spiritus eius saluus fiat. Quod si pœnitentiam profitens resipuerit,negatæ communioni admittitur, & ecclesiæ reconciliatur.Ibidem.

Excommunicationis effectus est, quod subtrahitur excommunicato gratia & protectio Dei, & diabolo potestas datur sæuiendi in ipsum excōicatum. Ibidē.

Excusatio omnis tollitur vbi mandatum non ignoratur.li.2.di.22.§.His autem.

Exemplū propriè dr̄ quod sumit ex aliquo, Exemplar aūt,ex quo aliquid sumitur.Ponitur tamen aliqñ habuisse alterum pro altero,li.2.di.16.§.Imago.

Exequiarū pompæ uiuorū sunt qualiacunq; solatia non adiutoria mortuorū.Verū illa,quæ adiuuant spiritus defunctorū,scilicet,oblationes & orationes,multo obseruantiùs procurent.lib.4.di.45 §. De pompis.

Exercitatio triplex est,una pertinet ad ædificationē animæ,altera ad corporis fomentum,tertia ad vtriusque subuersionem,lib.4. di.1.§.Sunt autem.

Existens omne,aut est ingenitum,aut genitum,aut factum.lib.1.di.13.§.Quod autem.

Existentium igitur sex sunt differentiæ.Est enim,qđ non natum est nec factum,sicut pater in diuinis:aliud quod natum,& non factū,ut filius:item quod nec natum est,nec factum,sicut spiritussanctus:& qđ factum & non natum,ut cœlum & terra:aliud quod factū est, natum & renatum,ut homo.Item quod factū, natū, sed nō renatū,ut animalia.li. 1.d 23. §. Quod autem.

Exorcismus siue exorcizatio sequitur catechismum, ut ab eo, qui iam in fide instructus est aduersaria uirtus pellatur,li.4.di 6.§. Illa autem.

Exorcismus græcè, latinè dr̄ adiuratio Exorcizare est adiuuare,ut dicēdo,exi ab eo spūs immūde.Ibidē.

Exorcismus & cathechismus sacramentalia magis quàm sacramenta dicuntur,& sunt neophitorū Ibidē.

Exorcistę græcè dicuntur iurantes latinè,uel increpantes.Inuocant enim super cathecuminos, & super eos,qui habent spiritum immundum,nomen domini adiurantes per eum,ut egrediatnr inde li. 4. dist. 24. §.Tertius.

Exorcistę cum ordinantur accipiunt librum exorcismorum de manu episcopi,& dicitur eis, acccipite, & habetote potestatem imponendi manus super energumenos &c.Quod etiam officium Christus exercuit quando saliua tetigit aures,& linguam surdi dicens, Ephera.Similiter quando dæmoniacos sanauit. Et videtur hic ordo à Salomone descendisse, qui inuenit quendam modum exorcixandi, quo dæmones ab obsessis pellebat.libro 4. dist. 24 §. Tertius.

Expositio literæ,In principio creauit Deus cœlum, & terrā.Cœlum,id est,angelicā naturā,sed adhuc informem,ut quibusdam placet:terram,id est,confusam illam materiam quatuor elementorum, quę ideo terra dicta est, quia ipsa inter omnia elementa est minus speciosa.Et illa inanis erat & incomposita propter omnium elementorum commixtionem. Vocatur etiam abyssus, quia cōfosa erat, & commixta,& specie carēs. Dr̄ etiam aqua,super quam ferebatur spiritus,sicut superfertur uoluntas artificis rebus fabricandis. Et dr̄ ideo aqua,quia omnia,quę in terra nascuntur siue animalia siue alia,ab humore incipiunt formaria,tq; nutri,ideo multis uocabulis dicta est. Nā si uno tantum significaret,hoīes hoc esse putarēt,quod consueuerūt in illo vocabulo intelligere.li 2.di.12.§.Secūdū hanc.

FACERE,& creare differunt.Nam facere est non modo de nihilo aliquid operari.sed etiam de materia. Creare uerò est de nihilo aliquid facere. lib.2.di. 1. § Creationem.

Facere Deus nō potest, nisi qđ iustū est

est,& bonum id est,non potest facere illud,nisi illud quod si faceret bonum esset,& iustum.lib.1.dist.44.§. His autem.

Facere potest Deus plura quàm facit.Ibidem.

Facere potuit Deus hominem,& omnia alia meliora quàm fecit.Augustinus:Talem potuit Deus hominem fecisse,qui nec peccare posset, nec uellet, & sic utique meliorē fecisset.Ita similiter & de aliis potuit. libro.1.dist.44.5.Verum.

Facere bonum opus nullus potest sine charitate, & fide nec præceptum Dei.lib.2.dist 41.§.Cumq;.

Faciamus hominem ad imaginem &c. Quod dicit faciamus,una operatio trium personarum ostenditur Qđ dicit ad imaginem,& similitudinem nostrā, una, & ęqualis substantia trium personarum monstratur. Et hoc dr̄ ex persona patris,ad filium,& spiritum,sanctum,non ad angelos.ut quidam putant, quia non eadem imago est,& similitudo Dei,& angelorum.lib. 2. dist.16.§.His excursis.

Factus homo dr̄ Deus,quomodo intelligitur,lib.4. dist.6.Per totum,& ibidem dist.7. per aliquot. Infra. Locutiones.Infra Filius Dei.

Famem non habuissent homines ante peccatū, qa fames est immoderatus appetitus edendi, & est pęna peccati.habuissent autem naturalem & moderatum appetitum, cui satisfaciendum fuisset,nec famem sentirent: vnde si non comedissent,peccassent, lib. 2.dist. 30.§.Ad hoc autem.

Fames significat peccata uenialia.Infra.Peccata venialia.

Fictus accedens ab baptismū suscipit sacr̃m,& non rē sacramenti.i.ablutionem peccatorum. Recedente tñ fictione per uerā confessionē,incipit ualere baptismus ad salutem.li.4.dist.4.§ Qui uerò.

Fictè accedit,qui sine fide accedit,uel qui de peccatis non pœnitet,uel odium in corde tenet. Ibidem.

Fides a spiritusancto est,& non est spiritussanctus.li. 1.di.17.§.Sup.peccatum,& ea.§.Hic respondemus,& ea.§.Cum ergo.

Fides est uirtus,qua creduntur,quæ non uidentur. Et intelligitur de his tantum,quæ credere pertinet ad religionem Christianam.li,3.dist.23 §.Fides.

Fides tribus modis accipitur,quantū ad definitionem prædictam pro eo,quo creditur,& est uirtus, & pro eo,in quo creditur,quod aliud est ab eo quo creditur.Vnde dr̄. Hęc est fides catholica, ut credamus &c li.3.di.23.§. Accipitur.

Fides quæ per dilectionem operatur, uirtus est qua non uisa creduntur.Hęc est fundamentum,quod mutari non potest,Ibidem.

Fides sine dilectione inanis est.Fides autem cum dilectione Christiani est,alia dęmonū est.Nā, & dæmones credunt,& cōtremiscunt.Ibidem.§.Credere Deo.

Fides est substantia rerum sperandarnm, argumentum non apparentiū.Et ipsa fides propriè est de non apparentibus,qa hoc ueraciter dr̄ credi,quod non ualet uideri: nam credi iam non potest, quod uideri pōt li.3.di.23.§.notādum & seq.Vñ si dr̄ aliquid credi, qđ vr̄,sicut Thomæ dictū est, intelligit,quod aliud credit ex illo,quod uidetur.li.4. dis.24.§.Hic quæritur,& ea. §. Si uerò.

Fides ergo propriè est de non apparentibus; nam apparentia non habent fidem,sed agnitionem.li. 3. dist, 23.§ Notandum.

Fides est credere,quod nō vides. Veritas aūt est,qđ credidisti videre.lib.3. dist.33.§ Notandum.

Fides est de non uisis,nō tñ de omnino cognitionis & ignoratis,quāuis aliqua nō intelligantur,aliqua uerò plenè intelliguntur.lib.3.dist.24.§.Post hoc.

Fides dr̄ fundamentum omnium uirtutū,& bonorum operum: non tamen est fundamentum charitatis quia non ipsa charitatis causa est,sed econtra.li.3. di. 23.§.Si uerò.

Fidei actus,qui credere, naturaliter præcedit actū spei,qui est sperare,quia nihil potest separari quod nō creditur,sed bene econuerso.Non tamen uirtus fidei pręcedit uirtutem spei, tempore uel causa. Potest tamen concedi,quod fidei uirtus naturaliter præcedit spei uirtutem: non tamen tempore.li.3.distinctio. 23. §.Si uerò.

Fides præcedit spem & charitatem:nemo enim pōt amare,quod non credit,sicut nec sperare. Quod intelligitur de fide informi,uel etiam actu fidei formatæ.li. 3.dist.23.§.Si uero.

Fides ex auditu est, non solum exteriori,sed interiori. Quamuis tamen fides ex auditu sit,non tamen ad aliquem sensum corporis pertinet:qm̄ cordis res est, non corporis.lib.3.di.24 §.Post hoc.

Fides si capit̄ ꝓ eo qđ creditur,aut ꝓ eo,quo creditur,tamen utroq; mō vna est.lib. 3.di.23.§. Cumque.

Fides una est quamuis multipliciter dicat̄. Vñ Eph. 4.Vnus dominus, una fides,vnum baptisma. Ibidem.

Fides est uoluntatis non necessitatis quia, nō est fides,nisi in eo qui uult credere, cuius bonā uoluntatē fides præuenit.lib. 2.di.26 §.Non est.

Fidei mysterium credi salubriter potest, inuestigari salubriter non potest.lib. 4. di.40.Sed huic.

Fides informis,accedente charitate fit uirtus, nec succedit alia quātitas,quamuis opinio alia ēt possit sustineri,scilicet,quod aliqualitas succedat lib.3.dist.23. § Si uerò quæritur.

Fides dæmonū & malorū Christianorū qualitas mētis est,id est habitus,sed informis, quia sine charitate est:tamen etiam dici potest donū Dei siue spiritussancti lib 3.dist.24 §.Aliud est.

Fides meretur iustificationē. Hoc nō intelligit̄ sic si de uirtute,quę non est etiam delibere,cū sit gratia,sed intelligitur quod per actum fidei, scilicet formatæ meretur quis iustificationem & uitam æternā.Simili mō de aliis uirtutibus.lib.2.dist.17.§ Cum ergo dicitur.

Fides Christi impetrat quod lex impetrat.Nam gratia Dei,quæ liberat uoluntatem a peccato,posita est in fide Christi,quia ipsa est gratia pręueniens, qua uoluntas præparatur.lib 2.dist.16.§. Etsi.

Fides mediatoris necessaria fuit ante,& post aduētum,sine qua nullus unquā saluari potuit. li.3. di. 25. §.Pręd ictis.Simplices tñ in mysterio credebant ea, q̄ maiores eorū credebant,& eos credere docebant quibus manifestius reuelati fuerunt articuli fidei. ead. §. Quid ergo.

Fides & spes in hoc conueniunt,quia sunt de non uisis,sed differunt,quia fides est malarū rerū,& bonarū,pteritarū,& futurarū.similiter suarū & aliarū, quia credit se quis cœpisse, esse, & futurum, & sic de aliis, spes uero est solum futurorū bonorum,& ad se pertinentium,quia ea sperat.lib.3 di.26 §.Et sicut.

Fides, spes, charitas & opatio sunt æqualia,vc3, in pñti,& secundum aliquid,li.3.di.25.§ Illud etiam. Fidei,& spei & charitatis actus in penitenti sunt æquales,quia quantum credimus tm̄ amamus, & quantum amamus,tm̄ de spe psumimus. Sed tñ charitas maior dicitur, quia ipsa in patria manet.lib.3.di 25.§. Illud etiam.

Fides dr̄ magna cognitione, & articulorum, quātitate uel constantia ut in martyribus uel deuotione ut in confessoribus lib. 3.dist. 25.§. prædictis.

Fides præuenit bonam uoluntatem. libro. 2. distinctione 36.§.Etsi.

Fidem

Fidem passionis habuit Petrus, licet uideret hominem Christum patientē, pro eo quod credidit Deum esse patientem. lib. 3. dist. 24. §. Si vero quæritur.

Fide carentium quomodo omnes actus dicuntur peccata iuxta illud Rom. 14. Omne quod non est ex fide peccatum est: lib. 2. dist. 31. §. Cumq; & eadē. §. His autem. & §. Alii.

Fidem & spem quomodo habuit Christus. lib. 2. di. 26 §. Post hoc.

Fidem & speciē vtrum habeant beati. Sup. Christus non habuit.

Fides propria cum necessitas excludit baptismū, & cū contemptus, sufficit ad salutem adulto, sine baptismo sacramentali. Sed paruulis nō sufficit fides ecclesię sine sacramento. li. 4. §. Sunt & alii.

Fides non est ex libero arbitrio, sed ex gratia. li. 2. dist. 26. §. Etsi.

Fidelis habens coniugem infidelem, utrum & quā do possit dimittere eam. Supra. Coniugem infidelem. Sup. Cultus. Infra. Vxorem.

Figmentū Dei dicitur diabolus. Supra, Angeli oēs.

Fieri naturaliter dicuntur illa, quę secundum causam seminalem fiunt, quia ita cursus naturæ hominibus innotuit: alia uero præter naturam, quorum causæ tantum sunt in deo. Et sunt ea, quæ per gratiam fiūt, vel ad ea significanda non naturaliter, sed mirabiliter fiunt. li. 2. dist. 18. §. Omniū. Et eadem. §. Quēadmodū.

Figura cœlorum qualis sit, non est traditum in scripturis, quia non est ad salutem necessaria id scire. li. 2. dist. 14. §. Quæri etiam solet.

Filius in diuinis & spirituſſanctus non sunt de nihilo nec tamen de aliqua materia. lib. 1. dist. 5. §. Ostenditur quoque.

Filius non est posterior patre. Infra. Personæ tres.

Filius semper natus cōuenientiùs dicitur, quā filius semper nascitur, quia ad perfectionē pertinet, & semper ad æternitatem, ne si diceretur semper nascitur, putetur esse imperfectus, quia quod nascitur nondū natum est. Sed nec ita conuenienter dicitur filius de patre ante secula natus, ne uideatur eius natiuitas finem habere. Vnde secundum Augustinum, ideo dixit, ego hodie genui te, ne nouum putaretur, scilicet ne uideretur incepisse, & hodie dixit, ne præterita generatio videret. Potest tñ utrunq; dici si sane intelligatur. li. 1. dist. 9. §. Hic quæri. Et eadē. §. Origines, & §. Sed ne.

Filium fateamur natū añ tpa, nec tñ ante natum, q̄ esse, nec ante esse, q̄ natum. lib. 1. dist. 9. §. Sed inquiet.

Filius processit a patre nascendo, & dr natus siue genitus & procedens: Spiritusſanctus uerò procedit nō ut natus, sed ut datus uel donatus, uel donum igitur dicitur solum procedēs. Sic dissimiliter procedit à patre filius & spirituſſanctus. lib. dist 23. §. Cum autem. Infra. Spiritus processit.

Filius coæternus patri est licet natus dicatur. lib. 1. dist. §. Genitus.

Filius Dei, habitu inuentus ut hō. li. 3. di. 6. §. Neaūt.

Filius a patre missus nō a seipso, & a spiritu sancto quia ipsius incarnatio totius trinitatis opus. lib. 1. di. 15. §. Quo circa. Et frequentibus.

Filius de seipso dicens. Ame metipso non ueni, de forma serui loquitur. eadem. §. Sed adhoc.

Filii misso dicitur eius incarnatio. Eo enim missus est, quod in forma hominis mundo uisibilis apparuit lib. 3. dist. 1. §. Cum uenit.

Filius missus est, non mutando, locum, quia in mundo erat, sed pater inuisibilis, una cum filio secum inuisibili eundē visibilem faciendo misisse victus est, ideo qui, filii incarnatio missio eius est. li. 1. dist. 16 §. Quod autem. Et lib. 3. dist. 1. §. Cum uenit.

Filius missus dicitur ęternaliter, & temporaliter Aeternaliter in æterna generatione: secundum quam tamen meliùs, ac ueriùs dicitur genitus. Temporaliter uerò nō eoipso, quòd de patre natus est missus dicitē filius, sed ab eo; quòd apparuit mūdo, uerbum caro factū, uel eo qđ ex tpe cuiusquā mente cōcipitur. Et tūc vnicuiq; mittitur, cum ab eo cognoscitur uel percipitur, lib. 1. dist. 17. §. Ad quod dicimus.

Filius duobus modis temporaliter mitti dicitur, primo visibiliter, ut sit homo, quòd semel tātum factū est, secundo inuisibiliter ut si cum homine, quomodo quotidie mittitur ad sanctos, & missus est etiam ante incarnationem ad omnes sanctos, & ad angelos. Ibidem. §. Ecce dist.

Filius scđm q̄ hō nō tm̄ patre, sed ēt spiritusancto, & seipso minor dicitur, in forma tamē Dei vnigenitus patris æqualis est patri, & in forma serui etiam seipso minor est, ergo bene utrunque dicit scriptura, sicut licet æqualem patri filium, & maiorem patrem filio. li. 1. dist. 16. §. Notandum autem.

Filiº nascēdo qd accēpit. Inf Spūssanctus, pcedēdo.

Filius nō dr noster filius, licet dicatur noster redemptor, noster panis: quod enim de patre natū est, ad patrē solū refertur, cū dr filius, iò filius patris est, non noster, licet eo, q̄ datur nobis, ad patrē & ad nos referat. Vnde dicimus pater noster, sic ēt dicimus, spiritus noster, non autem spiritus sanctus noster. lib. 1. dist. 18. §. Hic quæritur.

Filii homines sunt factura, non natiuitatis proprietate: adoptione non natura nuncupatione, non uerita te. Dicitur etiam homo filius totius trinitatis. Verbū autem patris, est uerus & proprius filius, origine non adoptione: ueritate, nō nuncupatione: manuitate nō creatione. lib. 1. dist. 27 §. Hic quæritur. & ea. §. Hō verò. Filii in diuinis origo esse dr ab initio, non intelligitur quasi ipse filius habeat initium, sed quia ipse est ab initio, id est, a patre, licet, filius sit principiū de principio, non tñ conceditur q̄ filius habeat principiū lib. 1. dist 29 §. Deinde.

Filius dr sapientia, potentia siue uirtus patris, non quòd pater per eū sit sapiens, aut potēs: sed quia filius sapientia uirtus est, de patre sapientia & uirtute. lib. 1. dist 37 §. Præterea.

Filius dicitur sapiens per se, sed non a se, vel de se, sicut per se Deus dr, sed non a se, uel de se: quia de patre. lib. 32 §. Ex prædictis.

Fili Dei dicuntur homines. Infra. Prædestinatio duplex.

Filius ,ppriè dr imago Dei patris Aug. Nō pater, & filius ambo imago, sed filius solus imago est patris, quēadmodū solus ipse est filius, quia plenè, & pfectè æqualis est ei. lib. 1. dist. 27. §. Hic non. Et lib. 2. dist. 16. § Filius Infra. Imago & similitudo.

Filius incarnatus est, nō pr̄ nec spūssanctus, ut q̄ sapientia Dei oia facta sunt, ēt ipsa sapiētia instauraret, q̄ in cœlis sunt, & q̄ in terris. Secundo quia filius est a patre, pater vero a nullo. igitur congruè pater misit filiū, & filius missus est, ne pater ab aliquo esse putaret. Tertio, ut qui in diuinitate Dei filius erat, in humanitate fieret filius hominis, ne idem esset pater & filius, & ne duo essent filii, & nomen filii ad alteram transiret, qui non esset æterna necessitate filius, sed in utraque, scilicet, diuina & humana, filii haberet nomen nascendo, & esset uerus Deus, & uerus homo unus filius. lib. 3. distinctio. 1. §. Diligenter. Infra. Incarnatus est.

Filius assumpsit totam humanam naturam, scilicet corpus, & animam, ut totam curaret & sanctificaret, quo tota erat vicio corrupta. lib. 3. di. 2. §. Et quia. Infra. Humanitatis.

Filius assumpsit carnem, mediante anima. Tantę. n. subtilitatis, atq; simplicitatis est diuina essentia, ut corpori de limo terræ formatio vniti non congruerit, ni si mediante rationali essentia: cuius tamē vnionis modus est inexplicabilis. li. 3. dist. 2. §. Assumpsit.

Filius assumpsit totum hominem, nec caro priùs concepta, & postea assumpta, sed ipsa est in assumptione concepta, & in conceptione assumpta. lib. 3. distin. 2. §. Si autem.

Filius Dei factus est homo, non quod in carnem mutatus uel conuersus sit, sed ut carnalibus congruē ter apparet carne indutus est. li. 3 dist. 6. §. Ne autem. Infra. Locutiones. Infra. Habitus.

Filios suos homines non faciunt, sed generant. lib. 3. dist. 4. §. Sed quęri. Supra. Christum factum.

Filius alicuius non dicitur omne, quod de eo nascitur, nec econuerso. lib. 3. dist. 4. § sed non.

Filii in gradu prohibito, procreati. Infra. Matrimonia &c.

Filium proprium de sacro fonte leuans Supra. Cōiuges, &c.

Filiorū procreatio, si primi parētes nō peccassent, fuisset per coitum immaculatum, & sine corruptione. Augustinus: Cur, inquit, non credamus primos homines ante peccatum genitalibus membris ad procreati onē imperare potuisse, sicut cæteris in quolibet opere sine, pruritu vtuntur uoluptatis, ut nec ardore seminarent, nec cum dolore parerent? Sed post peccatum motum illum meruerunt, quem nuptiæ ordinant, continentia cohibet. lib. 2. distinct. 29. post hęc. Supra Coitus.

Filios paruulos in paradiso nasci oportuisset, propter materni uteri necessitatem. Sed de perfectione eorum Augusti. Primi homines filios poterat omnipotētia creatoris mox natos grandes facere, sicut ex costa exigua non paruulam uiro coniugem fecit. Sed ut hoc omittam, potuit eis præstare, quod multis animalibus præstitit, quorum pulli quamuis paruuli, tamen mox ut nascuntur, currunt, & matres sequuntur. li. 2. di. 20. §. Si uero & se. Aliqui tamen dicunt, quòd per interualla temporis staturam, & usum membrorum, si cut nunc recepissent. ea. §. sed cum & sequ. Ita etiam per interualla profecissent sensu, & cognitione usq; ad perfectum. nec tamen ignorantiam habuissent, quia ignorantia est quando illud nescitur, quod sciri debet ea. §. Et cum & se.

Filii, & filiæ spirituales sunt, quos de sacro fonte q̄s leuat uel baptizat, uel ad cathesizationem uel confirmationem tenet, uel huiusmodi eis ministrat, uel qui ei peccata sua confitentur: quorum omnium flagitiosa est coniunctio. li. 3. dist. 42. §. Spirituales. Et habetur 30. q. 1. §. Omnes.

Filij adoptiui non possunt contrahere cum filiis carnalibus lib. 4. dist. 43. §. quod autem.

Filius hominis descendit de cœlo. Infra. Homo ille.

Finis supremus, & rectus est Deus pater, & filius, & spirituſſanctus, neq; tres fines hi, sed unus. li. 2. di. 38. §. qui ergo.

Fines diuersi sunt. Infra. Voluntatum.

Finis uoluntatis bonæ, est beatitudo, uita ęterna, & Deus ipse. Malæ aūt uolūtatis finis est aliq̄d aliud, scę mala delectatio, uel aliud, in quo non debet uoluntas qescere. Quicqd ergo fit timore pœnæ uel carnali intentione, q̄ nō referatur ad charitatē. i. dilectionē Dei & proximi, nondū fit, quemadmodum fieri oportet, quamuis fieri uideatur. lib. 2. dist. 38. § post prædicta.

Fines duos in uno opere possumus constituere, dū tamen unus ad altera, ut principalem; referatur. Nam manducamus propter euangelium, & manducamus, & euangelizemus propter regnum Dei. lib. 2. dist. 38. § Veruntamen & se.

Finis, intentio & uoluntas differunt. li. 2. di. 38. §. solet etiam.

Finis uoluntatis est delectatio bona uel mala, ad quā nititur quisq; peruenire. li. 2 di. 38. Ibidem.

Firmamentū quale sit, & qñ factū. Sup. Cœlū illud.

Firmamentum dicitur non propter stationem, sed propem firmitatem uel terminum aquarum intransgresibilem, quod etsi stare possent nihilominus moueri, & circuire syderę domino disponente. lib. 2. dist. 14 §. quær. etiam solet.

Flagellis præsentibus æterna connectuntur, ut temporale supplicium sit eis æternæ pœnæ initium, qui inter flagella duriores fiunt & deteriores ut Pharao. li. 4. d. 15. § Et sicut.

Flagella quinq; modis contingunt, sc3, ut uel iustis meritum augeatur ut Iob, uel ad Dei gloriam, ut in ęco nato, vel ad corrigēda peccata, ut ļepra Mariæ, uel ad initium æternæ pœnæ ut Herodi, ut hic uideatur quid in æternum sequatur. Ibidem.

Flagellum pro peccato ignorato illatum patienter ferens, & pro huiusmodi ordinans, pœna illa satisfacit releuatum. li. 4. di 15. §. His responderi.

Flamma ignis infernalis. Infra. Lazari.

Flere debet pœnitens. Supra. Contritio necessaria.

Fomes peccati Infra. Peccatum originale non est.

Fomes peccati debilitaē in baptismo digne accedēti. li. 4 di. 4. §. Solet etiam quæri Sup. Baptismus

Formę nomine significatur natura, cum dicitur, qui cum in forma Dei esset, & formam serui accipiens. li. 3. di. 5. §. prēterea.

Forma iudicis Christi Sup. Christus iudicabit.

Fornicatio duplex est, scilicet corporalis, & spiritualis, lib 4 di. 39 § potest tamen.

Fornicatio licet sit genus omis illiciti coitus q̄ fit extra uxorē, specialiter tñ intelligitur in usu uiduarū, uel meretricū uel concubinarum Stuprum propriè est uirginum illicita defloratio. Adulterium est alieni thori uiolatio: vñ adulteriū dr quasi alterius thori accessio. Incestus est consanguineorū uel affinium abusus. Raptus admittitur cum puella uiolenter a domo patris educitur, ut corrupta in uxorem habeatur, siue puellæ, siue parentibus uir illata constiterit, hic morte mulctatur secundum leges, nisi ad ecclesiā cū puella confugerit. lib. 4 dist. 41. §. hic dicendum.

Fornicatio uiri grauior est, quam mulieris, & econuerso, diuersis respectibus li. 4. di 35 §. si uerò.

Fornicationis cā tantum celebrari debet diuortiū, & non propter, quamcunq; aliam causam. li. 4. di 34. §. De his. & di. 35 §. Hoc etiam.

Frangitur in eucharistia non substantia corporis Christi sed species sacramentales, licet sint sine subiecto. Verba tamen Berengarii ubi confitetur, quòd corpus Christi frangatur, & atteratur dentibus, ita ut distinguantur ut uere sensu aliter corpus Christi dicatur tractari manibus sacerdotum, frangi autem, & dētibus atteri uerè dicatur. sed in sacramento tantum. ideſt. speciebus lib. 4 dist. 12 §. solet etiam.

Frigiditas naturalis impedit matrimonium contrahendum. li. 4. dist. 34. §. Nunc superest, & dirimit contractum: debent tamen persuaderi, ut permaneant, quod si mulier noluerit uelens esse mater, iurēt uterq; septima manu propinquorum, q̄ nunquā carnaliter conuenerunt, tunc mulier secūdas nuptias contrahat, uir autem maneat sine spe coniugii. quod si uir etiam aliam copulam acceperit, tunc qui iurauerunt periurii criminis rei habentur, illique per

acta pœnitentia priora cogantur recipere cõnubia. Si uerò uir se frigidum asserens noluerit eam retinere, sed aliam ducere, manifesto patet ratio odii, & falsitatis. Nam si huic non potuit concordare, nec alter poterit in 4 dist. 34 §. De his enim.

Fructus digni pœnitentiæ sunt, ut s. m qualitatem, & quantitatem culpæ sit qualitas, & quantitas pœnæ. Non enim debet esse par fructus boni operi eius, qui nihil uel minus peccauit, & eius, qui grauiùs cecidit Ideo pœnitenti necessaria est discretio, de qua Augustinus. Consideret, inquit qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseuerantia, in uarietate personæ (scilicet qualitate status, & ætatis & quali hoc fecerit tentatione) & in ipsius uitii multiplici executione. l. 4. di. 16. §. In perfectione.

Frui est amore inhærere alicui rei propter se ipsam. Vti uerò est id, quo din usum uenerit referre ad obtinendum illud, quo fruendum est, aliàs abuti est, non uti. Nam usus illicitus abusus uel abusio nominari debet. lib. 1. dist. 1. §. Hæc ergo.

Fruimur etiam hic dum per spem ambulamus, sed non ita perfectè. Ibidem.

Frui est uti cum gaudio, non adhuc spei, sed iã rei, Vti uerò est assumere aliquid in facultatem uoluntatis. Ideo omnis qui fruitur, utitur, quia assumit in facultatem uoluntatis aliquid cum fine dilectionis. Nõ autem omnis, qui utitur fruitur, sed id, quod in facultatem uoluntatis assumit non propter ipsum, sed propter aliud appetit. lib. 1. dist 1. §. Notandum.

Fruimur ea re, quam diligimus propter se lib 1. di. 2. § potest etiam.

Fruendum est ea re qua efficimur beati, idest, Deo, cæteris uero utendum. ibidem.

Frui dicitur frequẽter, & cum delectatione uti, sed cũ finis in ea re non ponitur, tunc impropriè, & abusiuè dr frui. Si uerò inhæserit, & finem in ea posueris lætitiæ, tunc verè, & propriè ea frui diceris. Ibidem.

Frui seipso homo non debet, uel homine altero, qa nõ debet se diligere propter se, sed propter illud, quo fruendum est. Ibidem §. cum autem.

Fruendum uirtutibus non est, sed utendum. Et licet sunt diligendæ propter se: non tamen sit hic dilectionis terminus, sed ultra gradiendum ad illud summum bonum: quia illud propter se tantum est amandum: illud enim est supremus finis. Ideo dicit Augustinus, quod diligimus uirtutes propter solam beatitudinem, non quia eas propter se diligamus per accidẽs, & ita per uirtutes fruimur non tamen eis. lib. 1. dist. 1. §. hic considerandum.

Fundamentum, quòd mutari non potest est Iesus Christus, idest, Christi fides, scilicet quę per dilectionem operatur, per quam Christus habitat in cordibus suorum, quę neminem sinit perire. lib. 3. distinctione 23 §. Accipitur.

Fundamentum omnium uirtutum est fides. Supra. Fides dicitur.

Funerum pompa Infra. pompa.

Furiosi dum in amẽtia sunt non possunt cõtrahere, sed si matrimonium ante amentiam fuerit contractũ, non separatur li. 4. dist. 34. §. Furiosi. Si habens lucida interualla contrahit, tenet matrimonium.

Furti nomine Deus intelligi uoluit, omnẽ illicitam ulurpationem rei alienæ Non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit. li. 3. di. 37. §. In secunda.

Furtum non cõmiserunt filii Israel, nec peccauerũt ab Aegyptiis mutuata asportantes, sed in hoc Deo ministerium prebuerunt. Qui tamen ex cupiditate Aegyptios deceperunt, hoc illis, qui iure talia passi sũt, magis facere permissi sunt, quàm iussi. Nec obstat quod in lege naturę dicitur: Quod tibi fieri, non uis, alteri ne feceris. Nam hoc intelligitur. quod iniustè alteri ne facias, quod tibi non uis fieri Ibidem.

Futurum est quicquid Deus uult, & præscit. li 2 di. 17. § Solet etiam. Hoc intelligitur de neeessitate non consequentis, sed consequentiæ.

GABRIEL interpretat fortitudo Dei. li. 2 dist. 10 §. Et putant Supra. Angelorum nomina. Gaudium stat cum dolore in pœnitente, qui semper doleat, & de dolore gaudeat, & non semper ex fide doluisse doleat. lib. 4. distinct. 14. §. similiter.

Gaudium beatorum ante, & post resurrectionem, Supra. Animę sanctorum. Supra. Beati post.

Gaudium beatorum erit æquale quomodo intelligitur. Supra. Beati habebunt.

Gehenna quæ stagnum ignis, & sulphuris dicta est, corporeus ignis erit, & cruciabit corpora hominum, & dæmonum. Vnus enim utrisq; ignis erit. lib. 4. dist. 44. § Solet etiam quæri.

Generatio filii ex patre, & tñ æternus filius cum patre multis testimoniis mõstrat. li. 1. di 2. § Nunc uerò.

Genitus a patre filius est, & ideo alius est, nec ante pater, quàm filius: coæternæ enim sibi sunt tres personæ. lib. 1. dist. 9 §. genitus.

Generatio filii æterna ostenditur multis testimoniis, lib. 1. di. 2 §. nunc uerò.

Generatio alii ineffabiles, intelligit de natiuitate æterna, & etiam temporali. li 1 di. 9 § Quidam tamen.

Generatio patris, & natiuitas filii simul sine intervallo sui est li 1. di. 19. §. Dicamus ergo.

Generationem filii, & processionem spiritussancti, hic uiuentes non possumus distinguere. libro. 1. dist. 13 §. inter generationem.

Genitus. & ingenitus filius, & pater dicuntur relatiuè, Ingenitus tamẽ alia notio est, quàm pater, quia pater dicitur secundum proprietatem generationis, sed ingenitus secundum proprietatem innascibilitatis, utrumq; tamen de patre relatiuè dicitur: & quod secũdum relationem pronunciatur, non iudicat substantiam. lib. 1 dist. 28. § præterea.

Generatio quarta, de qua dicitur. Visitans peccata patrũ in filios in tertiam. & quartam generationem, mysticè exponitur, scilicet, pater est primus motus suggestionis siue cogitationis, filius uerò est consensus, dum scilicet cogitatio conceperit peccatum, nepos est cum illud opere completur uel compleri decernitur. Pronepos si in facto gloriaris. li. 2. dist 33. §. Et licet Et §. Quod etiam.

Gladii ancipites in manibus sanctorum in futuro iudicio erun, quia sententia de bonis, & malis in eorum potestate erit, & cum Christo nationes orbis terræ iudicabunt. lib 4 dist. 49 § non autem.

Gloria uana siue inanis, sc3, filia superbiæ, est amor propriè excellentię. lib, 2 dist. 21. §. qui ad suam.

Gladius flammeus ante paradysum collocatus ad literam credendum est, quod per angelicum ministerium ibi esset quædam ignea custodia ad significandum aliquid de spirituali paradiso: nam Cherubin significat plenitudinem scientiæ. Hæc est charitas. Gladius etiam flammeus significat plenitudinem scientię. Hæc est charitas Gladius etiam flãmeus significat pœnas tẽporales, quæ uersatiles sunt, quia tẽpora uolubilia sunt. Ille ergo ad custodiam ligni uitæ ponuntur, quia ad uitã non reditur nisi per charitatẽ, & tolerãtiam temporalium passionum. li. 2 dist. 29. §. ne uerò.

Gratia si non gratis detur, non est gratia. lib 2 dist, 26. § Illa autem.

Gra-

Gratiam non præcedit aliquid meriti humani, sed ipsa meretur augeri, ut aucta mereatur, & perfici uoluntate comitante, non ducente. li. 2. dist. 21. §. itaq;

Gratia prędestinationis, Infra, Prædestinationis effectus.

Gratia duplex est, scilicet, operans siue preueniens, & cooperans, siue concomitans aut subsequens. li. 2. di. 27 §. hæc est.

Gratia operans, & cooperans una, & eadẽ est gratia, & idem est donum, & eadem uirtus, sed pp effectus diuersos fortituri diuersa uocabula. eadẽ. §. quæritur autem, & lib 2. dist. 26. § Hic considerandum.

Gratia operans dr, qa iustificatur impius: cooperans uerò qa operans iuuat ad bene uolendum efficaciter, & Deum præomnibus diligendum, & ad operandum bonum, & ad perseuerandum in bono. & huiusmodi: & sine hac nõ potest proficere rationalis creatura ad meritum uitę. li. 2. di. 5. §. non indigebat.

Gratia operans est, quæ præparat hominis uoluntatem ut bonum uelit, cooperans adiuuat, ne frustra uelit. cooperando enim Deus in bonis perficit, quod operando incipit, quia ipse ut uelimus operatur incipiens, qui uolentibus cooperatur perficiens. Operans igitur gratia est, quæ præuenit voluntatem bonam: ea enim liberatur à peccato, & præparatur uoluntas hominis ut sit bona, bonumq; efficaciter uelit: Cooperãs uerò, iam uoluntatẽ bonam sequitur adiuuando. Non enim ideo misereatur Deus alicuius, quia uoluit, & cucurrit, sed ideo uoluit, & cucurrit quia miseratus est Deus. Quia uoluntas nostra nihil boni agit, nisi diuinitus adiuuetur. lib 2. dist. 26. §. hæc est.

Gratia præueniens siue operans, quæ uoluntatem parat, est fides cum dilectione, qua iustificamur. Et tamen gratis, ne gratia ex merito fidei dari dicatur. lib. 2. distin. 26 §. Etsi.

Gratia, qua homo à peccato liberatur, in fide Christi posita est. Ibidem.

Gratia tã operans, quàm cooperans fuit homini necessaria, etiã ante peccatũ. licet non indigeret operante, ut liberaret eius uoluntatem a peccato, in quo non dum erat, sed ut præpararet ad uolendum bonum efficaciter, quod per se nõ poterat. li. 2. di. 29. §. post hæc.

Gratia non assistente, nemo potest bonum uelleme ritoriè, nec perficere li. 2. dist. 26 Hæc §. est.

Gratia Dei non saluat nisi adsit uoluntas, & tñ totũ gratiæ attribuitur, quia gratiam Dei comitat voluntas bona, nõ gratia uolũtatem. li. 2. di. 26. §. voluntatẽ.

Gratiam, qua iustificatur impius, etiam multa bona præcedunt quæ fiunt per liberum arbitrium, quibus tamen nec meremur uitam, nec gratiam iustificantem lib. 2. dist 26. §. Illa autem.

Gratia nõ est ex libero arbitrio uoluntatis, sed potiꝰ ipsã sanat, & præparat, ut sit bona li. 2. di. 27. §. Sitigit.

Gratia gratis data à Deo incipiũt oĩa merita bona; & q̃uis gratię attribuãtur: nullũ tñ meritũ est in hoĩe qꝰ non sit per liberũ arbitrium, sed in bonis merendis cauę principali attribuit gr̃æ, qua excitatur liberum arbitriũ, & liberatur, a ciuuatur uoluntas hoĩnis, ut sit bona, l. 2 di. 27 § Cum ergo Aug. Cum coronat Deus merita nostra, nihil aliud coronat, q̃ munera sua. Vnde vita æterna, & alia præmia dicuntur gratia, quia gratis dantur, non tamen ita gratis, quin meritis sed dentur, sed quia ipsa merita, quibus dantur, sunt etiam p gratiam data. li. 2 dr. 22. §. ex muneribus.

Gratiarum potentiarum. & affectuum ordo. lib. 2. pist 26 §. illa autem.

Gradus ecclesiastici sunt septem, Infra, Ordines.

Gratia si desit nõ potest homo diuina mãdata obseruare, ita gratia non solum datur ut per eam sciat homo, quę facere, credere, & sperare debeat, sed etiam ut quæ facienda nouerit, perficere possit, & non solum ut facilius possit, sed quia sine ea facere, quod Deus iussit nequaquam possit, li 2. dr 28. §. at uerò.

Gradus consanguinitatis qualiter computentur. li. 4. dist. 40. §. quomodo.

Gradum primum faciunt parentes, & filii secũdum filiorum filii, & sic deinceps. Ibidem.

Gradus sex olim prohibeantur, s̃m Isidorum, non computatis parentibus Secundum alios uerò, illis cõputatis, septem prohibebantur Ratio Isidori est, ut sicut sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibꝰ finiretur. Ratio aliorum, sicut post septem gradus sponsus spõsæ iungitur, sic post hanc uitam, quę septem diebus agitur, ecclesia Christo iungetur. Ibidem.

Græcorum controuersia, de spiritu sancto. Infra. Spiritus, procedit.

Gula ẽ immoderata cibi auiditas li. 2. d. 31. §. qui ad suã.

HAbitus est res, quæ accidit uel accedit alicui, ut eam possit etiam nõ habere. Et est multiplex. Vno modo dr habitus animi, ut scientia, disciplina, & huiusmodi, usu firmata. Secundo, dr habitus corporis, ut est ualetudo, & huiusmodi. Tertio, dicitur habitus, qui membris corporis accommodatur, ut calciamentum, uel uestitus. &c. Quędam itaq; accidunt uel accedunt, ut habitum faciant, & nõ mutantur, sed mutant tantum, sicut sapientia facit de stulto sapientem. Alia mutant, & mutantur, ut cibus qꝰ in corpus uertitur, & ipsum robustum efficit. Alia nec mutantur, sicut anulus in digito positus. Alia mutantur, sed non mutant, ut uestis, quæ exuta non habet eã formam, quam habuit induta Et hoc ultimo modo dr filius Dei habitu inuentus ut homo. li 3. di. 6. § ne aũt.

Habere spiritum sanctum quis & quomodo dicitur Infra, Spiritussanctus dari.

Habitat Deus in solis sanctis, & quomodo in Christo. Sup Deus habitat.

Hæresis est, scripturam sacram, aliter interpretari quam dictorum uirtus postulat, ex uerbis enim inordinatè prolatis incurritur hęresis. De intelligentia ergo hæresis est, non de scripturis: & sensus, non sermo fit crimen. li. 4. di. 13. § ne autem.

Hæresis prima ortum habuit inter discipulos quando Christus dixit Nisi manducaueriris carnem filii hominis. Qui responderunt: Durus est hic sermo, & abierunt retrò. lib. 4. dist. 10. § Sunt item.

Hæresis Titiana non recipit matrimonia, Infra, Titiani.

Hæreticus est, qui alicuius tẽporalis cõmodi, & maxime glorię, principatusq; sui gratia falsas, ac nouas opiniones, uel gignit uel sequitur. li 4. di. 13 § ne autem.

Hæretico dicente se esse Ambrosiũ uel Aug. aut ali quẽ hmõi, si catholicus ab eo ad suæ fidei imitationẽ uocatꝰ cõsentiret, talis nõ dr cõsensisse in secta hæreticorũ. sed in integritatem fidei, q̃ ille se habere mẽtiebatur. li. 4. di. 30. §. nec solũ. Hoc uerũ est, si in gñe cõsentiret in fidẽ. Si autẽ ille hæreticus aliqua pdicaret contra fidem, & catholicus assentiret illius prædicationi, tunc nõ excusarẽt ab errore, maximè si hoc esset contra articulũ aliquem, quẽ quilibet adultus tenẽ scire.

Hirci duo in lege oblati, significant humanitatem, & diuinitatem Christi, quorum alter immolatur, id est, humanitas, alter in solitudinem mittitur idest in cœlum diuinitas abiisse dicitur, non unionem deserens, sed uirtutem suam cohibens, ut impij passionem Christi consummarent. li. 3. di. 21. §. post prædicta. Supra Christus derelictum.

Homicidia dicitur abortiuum procurans,& quando, Sup. Aborsum.

Homicida non est minister iudicis, ne peccat si occidit, quem lex præcepit occidi. Sed si sponte id facit, homicida est, etiam si occidat, quem scit à iudice occidendum. lib. 3. dist 37. §. In secunda.

Homicida diabolus ab initio fuit, idest, statim post initium temporis apostatauit, uel, ab initio homicida uel mendax fuit, id est, ex quo homo conditus fuit, quem per inuidiam in mortem præcipitauit. & fallaciter seduxit. lib. 2. dist. 3. §. Deinde.

Homo intelligitur per creaturam mundi, Rho. 1. Inuisibilia Dei a creatura mundi. Et hoc propter excellētiā, qua cæteras creaturas excellit, uel propter conueniētiā, q̃ habet cum omni creatura. li. 1. di. 3. §. Apost.

Homo non fit Deo uolente deterior, sed uitio uoluntatis suę, lib. 1. di 46. §. si quis.

Homo peccando fit nihil lib. 2. di. 35. §. quo circa.

Hō fact⁹ est pp Deū, ut ei seruiret: & mūdus factus est pp hominē, sc3, ut ei seruiret: positus ergo est homo in medio, & ei seruiretur, & ipse seruiret, ut acciperet utrumq;, & refflueret totū ad bonū hoīs, s. obsequium, quod accepit, & quod impendit. 1. Corinth. 3. Omnia nostra sunt, s. superiora, vt Deus trinitas ad fruendum: æqualia, ut angeli ad conuiuendum, qui & si modo nobis sint superiores, in futuro erunt ęquales, qui & modo nostri sunt, idest, ad usum nobis sunt: sicut res dominorum dicuntur esse famulorum, non dominio sed usu. Heb. 1. Oēs sunt administrorii spiritus. lib. 2. dist. 1 § Et sicut Nostra etiam sunt inferiora, quia ad seruiendum nobis facta sunt eadem. §. de homine, Supra, Beatitudinis, Sup. Creatura rationalis.

Homo factus est propter reparationem angelicæ ruinę, nec tamen hæc sola causa est, sed inter præcipuas una. Nam si angelus non peccasset, homo nihilo minus factus fuisset. lib. 2. d. 1. §. De homine.

Homo saluaretur etiam si angeli non cecidissent li 2. dist. 9. §. Notandum.

Homini cur obedientia imponebatur in paradiso. Infra, Spiritibus.

Hominem fecit Deus ex duplici substantia, corpus de terra fingens, animā uerò de nihilo faciens, lib. 2. d. 1. §. De homine. Rationē, unde supra. Anima unita.

Homines assumentur ad ordines angelorum, qui, & quot, Supra, Angelorum ruina Infra, ordo decim⁹.

Hō non est p p terram factus, Supra, diebus tribus.

Homo ultimo factus est tanquam dominus, & possessor omnium corporalium, & omnibus præferendus. lib. 2. dist. 15. § Omnibus.

Hominis creatio fuit à tota trinitate. Sup. Faciamus.

Homo ad imaginem & similitudinē Dei factus est ſm mentem, qua irrationabilibus antecellit: ad imaginem autem Dei, ſm memoriam intelligentiam, & dilectionem. ad similitudinem uerò, secundum innocentiam & iustitiā, quæ in mente rationali sunt naturaliter. Vel consideratur in cognitione veritatis ipsa imago, similitudo autem in essentia, quia & immortalis & indiuisibilis est. Anima enim facta est similis Deo, quia immortalem, & indissolubilem fecit eam Deus. Imago ergo pertinet ad formam, similitudo ad naturam. libro. 2. distin. 16. § Veruntamen, Infra, Imago.

Homo secundum animam factus est ad imaginem, & similitudinem non patris, uel filii, uel spiritusancti, sed totius trinitatis. Et sic propter imaginem Dei, quæ est in homine, est ipsa imago Dei. Ibidem.

Homo dicitur imago & ad imaginem Dei, filius autem imago Dei, non ad imaginem dicitur, quia natus, non creatus, æqualis, & in nullo dissimilis est patri. Homo autem non æquatur parilitate, sed accedit quadam similitudine. libro. 2. distinctio. 16. §. quo circa.

Hominis corpus formauit Deus de limo terræ, nō quod manibus corporis corpus formauerit. quia Deus spiritus est, non membrorum lineamentis compositus: sed formasse dicitur, idest uoluit, & uerbo iussit, ut ita fieret, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, idest, animæ substantiam, in qua homo uiueret, nō de materia aliqua corporali, uel spirituali, sed de nihilo creauit, non quod faucibus sufflauerit. Non autem de substantia Dei facta est anima, sicut quidam hæretici dicunt, eo ꝙ insufflasse dicitur. Dicunt enim cū homo flat de se flatum emitti. Sed tropica hic locutione dicitur sufflauit, idest, flatum hominis, hoc est animam fecit. Flare enim est flatum facere. Flatum facere, est animam facere. libro. 2. dist. 17 §. hic de. Et seq.

Homo extra Paradisum creatus est, & postmodum in Paradisum positus, ideo, quia non erat in eo permansurus, uel ideo ut hoc non naturæ, sed gratiæ assignaretur. lib. 2. dist. 17 §. Hominem.

Homo ante esum ligni uetiti cognouit bonum per prudentiam, & experientiam: malum uerò per prudētiam tantum, quòd postea etiam per experientiam cognouit. li. 2 dist 17 § In hoc, Infra, Lignum scientiæ.

Homo prohibitus fuit à ligno, non quòd ipsum malum erat, sed præcepti obseruatio esset in bonum homini, & transgressio malum. Ibidem:

Homo primus, ſm naturam corporis terreni, & immortalis fuit quodāmodo ſm aliquid, quia potuit nō mori & mortalis quodāmodo, qa potuit mori. In illo nāq; primo statu habuit posse mori, & non posse mori. In secundo uero statu post peccatum habuit posse mori, & non posse nō mori, qa in eo statu est moriendi necessitas. In tertio statu, i., gloriæ habebit posse nō mori. & nō posse mori, quia ibi erit moriendi impossibilitas, quod ex gratia erit non ex natura lib. 2. dist. 19. §. Solent queri, & eadem § Solet hic. & eadem §. De hac uerò. Tamen posse mori in primo statu habuit in natura: sed posse non mori erat ei ex ligno uitæ, scilicet, ex dono gratię. lib 2 dist. 19. §. solet hic.

Homo factus est in animam uiuentē, idest, in animā corpus sensificantem, hoc est uitam corpori dantē: tñ per sustentamenta ciborum. li. 2 di. 19. §. Solēt quæri.

Homo primus si non comedisset de ligno uitæ (ſm quosdam) peccasset, quia præceptum ei erat quod de omni ligno paradysi commederet, nisi de ligno scientiæ boni, & mali: & ergo moreretur. Sed si non fuisset ei præceptum, & non comedisset de eo, tunc nihilominus potuisset non mori. Alia tamen positio verior est, scilicet, quod posse non mori fuisset ex usu ligni uitæ tantum, & non ex aliis lignis. lib 2. dist. 19. §. Solet Et eadem. § Sed ad. & §. Ideo.

Homo in statu innocētiæ quomodo translatus fuisset ad beatitudinem. Infra, Immortalitatis Infra, Homines in Paradiso.

Hominis triplex status. Supra Homo primus. Item Status quadruplex, Supra Christus de omni.

Hoīes in paradiso potuerunt filios gignere, non ut morientibus patribus succederent filij, sed in aliquo formæ statu manentibus, & de ligno uitæ uigorē sumentibus, filij ad eundē statum perducerentur, donec impleto numero sine morte aliqua corpora in aliam qualitatē trāsirent, uel potuerunt parētes filiis cedere ut per successiones (i. successione) numerus impleretur, qui genitis filijs, perfectaq; humani officij iustitia, ad meliora transferrētur, non per mortē, sed per aliquā mutationē. li. 2. di 20. §. de termino.

Hominis bona in statu innocētiæ. Supra. Bona duo.

Homo primus grauiùs peccauit, eo ꝙ sola exteriori tentatione pulsatus cecidit: sed tamen quia aliquā, licet modicam, cadendi occasionem habuit, ideo Dei gratia adiuuari potuit, ut qui per alium ceciderat, per alium surgeret. Diabolus uero quia sine alicuius tētatione peccauit, per alium ut resurgeret iuuari non debuit, nec per se potuit, ideo irremediabile eius peccatum extitit. Alia ratio, Quoniam, non tota multitudo angelorum Deum deferendo perierat, placuit creatori ut ea, quæ perierat, in perpetua perditione remaneret. At uerò rationalis creatura, quę in hominibus erat tota perierat, ideo ex parte reparari debuit, ut angelorum ruina suppleretur. li. 2. d. 21. §. porto. Et seq.

Homo trib⁹ modis tētat⁹ est. Supra, diabol⁹ triplici.

Homo cur tentari permittitur. Infra tentari.

Homines mali habent à se uoluntatem malam. & a Deo naturam bonam, & iustam pœnam li. 2. di. 23. §. præterea. & eadem. § & quidem.

Homines mali futuri creantur, qa De⁹ præuidit ꝙ boni aliquid de malis eorum esset facturus Sciebat. n. eos bonis profuturos, & iustè pro mala uoluntate puniendos. li. 2 di. 23 § præterea. & eadem. §. Et quidem.

Homo creatus est peccare potens, quamuis melior esset natura, quæ omnino peccare non posset. Sed melius hoc Deus uoluit, ut quod vellent homines essent & boni quidem non infructuosè, mali uero non impunè. li. 2. di. 23. § pręterea. & eadem, §. & quidem.

Homo conditus secundum animam fuit rationalis, habens discretionem boni, & mali, scientiam quoque rerum creatarum, & cognitionem veritatis, quæ perfectioni eius primæ congruebat. Fuit enim præditus triplici cognitione, scilicet, rerum propter se factarū, & creatoris, & sui. Primum, patet, quia ipse omnibus animalibus nomina imposuit, quorum ei Deus curam reliquit. Et prouidentiam ut dominationi eius subiicerentur, & gubernarentur illius ratione. Hanc scientiam homo peccando nō perdidit, sicut nec eam, qua carnis necessaria prouidentur, sed scientiam animæ. eadem. § Fuitq;. Secundum, quia cognouit a quo creatus fuit, non ex auditu solo, quomodo a credentibus absens quæritur, sed quadam interiori aspiratione, q̃ Dei pręsentiam contemplabatur: non tamen ita excellenter sicut post hanc uitam sancti visuri sunt, neq; ita in enigmate qualiter in hac uita uidemus. Tertiū, qa sui cognitionem talem habuit, ut non ignoraret quid deberet superiori, quid æquali, quid inferiori. Cōditionē quoque suam & ordinem, scilicet qualis factus esset, & qualiter incedere deberet, quid ageret, & quid curaret, intellexit. Non tamen fuit præscius futurorum. li. 2. d. 23. §. Et quidem. Et 4. §. sequen.

Homini data fuit gratia in creatione, per quā poterat stare, sed non poterat sine alia gratia, per eam proficere, uel salutem mentiri. Potuit resistere malo, sed non perficere bonum. Poterat uiuere sine peccato, sed non poterat spiritualiter uiuere, vt uitā mereretur æternam. Vnde si restituisset tentationi non meruisset quia nihil in eo erat, quod ad malum impelleret. Sec⁹ est in nobis li. 2. dist. 24. §. Nunc diligenter Et sequen.

Homo in creatione accepit rectitudinē, & bonam voluntatem, atq; auxilium, quo stare posset, licet in ea bona uolūtate & rectitudine nōperseuerauerit. Ibidē.

Homini datum fuit in creatione adiutorium, quo stare potuit, scilicet libertas arbitrii ab omni labe, & corruptela immunis, atq; uoluntatis rectitudo, & omnium naturalium potentiarum synceritas, atq; uiuacitas li. 3. di. 24. § Hic considerandum.

Homo exterior est non solum corpus, sed, quicquid habemus in animo commune cum pecore, recte dicitur ad exteriorem hominem pertinere. Interior uerò ibi cognoscitur, vbi ratio incipit. lib. 2. distinctio 24. §. Est enim. Infra. Rationis est.

Hominis primi casū, præcessit elatio. Infra. Tentari.

Homo uulneratus est in naturalib⁹ bonis per peccatum originale, ut sunt ingenium, memoria, intellect⁹ & huiusmodi: quibus tamen nō est priuatus, alioquin non posset fieri reparatio. Spoliatus uerò est gratuitis, quę per gratiam naturalibus super addita fuerant, Arbitrij igiť libertas corrupta est & ex parte perditā quātū ad gratiam. li 2. dist. 25. §. Vn. Infra. Liberi arbi.

Homo primus fulsit uirtutibus, quibus per peccatum spoliatus est li 2. di. 29. § pręterea.

Homo post peccatum si etiam de ligno uitæ comedisset, nihilominus moreretur. Illud igitur Gene. 3. Ne forte mittat manum &c. dixit Deus, ad modum irati. li. 2 dist. 29 §. In illius. Et §. sed quia.

Homo primus comedit, de ligno uitæ ante peccatum, quod habuit conseruare. lib. 2. dist. 76. §. Potest autem. Tamen hac forte non conferebat, nisi sæpe de illo sumeretur. eadem § quare.

Homo primus fuit in Paradiso per aliquam moram quia ibi legitur soporatus, & animalia ad eum adducta. Ibidem.

Homines omnes fuerunt in Adā materialiter, & causaliter, non formaliter, ita, quòd omne, quod in humanis corporibus naturaliter est, descendit a primo parente lege propagationis, & in se auctum & multiplicatum est, nulla exteriori substantia in id transeunte, & ipsum in futuro resurget, & nihil conuertitur de cibis in substantiam humanam. lib. 2. dist. 30 § quibus Non tamen negatur, quin cibi, & humores in carnem transeant, & sanguinem, sed non in uirtutem humanæ naturæ, quæ sola resurget: reliqua autem caro in quam transeunt tanquam superflua in resurrectione deponetur. eadem. §. Quod vero.

Homines filios suos non faciunt, sed generāt. Christus autem factus dicitur. libro 3. distinctio. 4. §. Sed quæri. Supra. Christum factum.

Homo reparari debet, non angelus. Supra. Homo primus grauius.

Hominem cum dr̃ Deus uel uerbū assumpsisse vel homini unitus esse, & huiusmodi, non intelliguntur, quod persona hominis sit assumpta a uerbo uel ei unita, sed quia illa anima, & caro assumpta sint in quibus subsistit persona Dei, & hominis, & non ad personam referatur. Vnde ad tales quæstiones non est sine distinctione respondendum. li. 3. dist. 5. §. hic a.

Homo non dr̃ deificatus, sed Deus humanatus, ipse scilicet Christus. libro. tertio. distinctio. 7. §. Secundum illos. Et licet dicatur homo Deus, non tamē Christus debet dici homo dominicus. eadem. § & licet.

Homo factus Deus & similia, quomodo intelliguntur Infra Locutiones.

Homo ille, demonstrando Christū, cępit esse: uel homo ille semper fuit. Huiusmodi locutiones non sunt absq; determinatione admittendæ uel intelligendæ, sed attendatur si locutio referatur ad diuinitatem uel humanitatem. li 3. dist. 12. §. post prædicta.

Homo ille, scilicet, Christus nō potuit peccare, uel non esse Deus, inquantum referatur ad personam uerbi, uel ad naturam etiam humanam unitam uerbo. Sed si ad naturam humanam siue animam non unitā uerbo, sed tamen existentem referatur, tunc utrumq; potuisset. li. 3 dist. 12. §. Ideo non. Nec quia liberum arbitrium habuit, ergo ad vtrumque flecti potuit, cum etiam angeli confirmati habentes liberum arbitrium non possunt peccare. eadem. §. quidam.

Homo purus non potuit satisfacere pro peccato, Adę Supra, Christus nobis.

Homo redemptus est per iustitiam, & non per potentiam. Supra. Deus potuit.

Homo cur per mortem Christi, & non aliter redemptus est Supra. Deus potuit.

Homo ille uel filius hominis demonstrando Chm pōt dici destendisse de cœlo, si dictum referatur ad unitatem personæ: si uero ad distinctionem naturæ, sic non conceditur. libro. tertio di. xxij §. solet etiam.

Homines assumentur ad choros angelorū, & quot. Supra Angeloru n ruina.

Homines saluandi vtrum faciant decimum ordinē. li. 2 di 9 §. notandum. Infra ordo decimus.

Homusion, idem est, quod unius, eiusdemque substātiæ, hoc est consubstantiale. & hoc nomen in concilio Niceno a catholicis patribus contra Arrianos ueritatis autoritate firmatum est. li. 1. distin. 34. §. hic non.

Honor parentum. Infra. Præceptum primum secundæ tabulæ.

Hostiæ fractio. Supra. Eucha. fractę. Supra. Frangirur.

Hostiæ tres particulæ. Pars in calice oblata, significat corpus Christi, quod iam surrexit. Pars comesta, significat corpus ambulans adhuc super terram, sed pars usqin finem missæ reseruata, significat corpus adhuc in sepulchro. Fractio igitur est repræsentatio passionis & mortis Christi. lib. 4. dist. 12. §. Quid autem de conse. d. 2 §. Triforme.

Hostiæ multæ oblatæ non multi sunt Christi, sed unus ubiq; est Christus, & hic plenus existens, & illic plenus & unū ubiq; corpus offertur, & ita unum est sacrificium, lib 4 di. 12. §. post hæc. Vnde licet in multis locis consecretur: non tamen sunt multa corpora Christi, sed unum corpus. li 4. dist. 11. §. Quidam.

Humanorum corporum substātiæ quomodo fuit in Adam Supra, Homines omnes.

Humanam naturam totam, quæ constat ex hoc corpore & hac anima, suis, proprietatibus assumpsit Dē, ut totam humanam naturam curaret, quę tota uitio corrupta erat li 4. d. 20. Si uerò. Et eadem. §. Si enim.

Humanitatis siue humanę naturę nomine, intelligit caro, & anima: non tamen sunt una natura corpus, & anima, sed duæ naturæ. Nec corpus, & anima Christi est corpus, & anima cuiuslibet alterius hominis, sed quilibet homo habet suum proprium corpus, & animam. Dicimus tamen unam naturam omnium hominum. quia plurimæ personæ hominum sunt: omnes autem eandem susciptunt rationem naturæ. li. 3. dist. 2 §. Et quia, Et eadem. §. Assumpsit.

Hypostasis significat aliquando personam siue substantiam, aliquando significat substantiam. & sic accipitur cum dicitur una hypostasis. Vnde in huiusmodi respōsionibus necessaria est distinctio significatio nis, libro primo, dist. 26. § Nunc Deus.

Acob excusatur à mendacio propter familiare cōsilium spūssti, quod mater eius acceperat, quæ mysterium nouit, cui ipse obedire intendebat, lib. 3. dist. 38. § Illud etiam.

Iacob excusatur & Lya a fornicatione licet ante concubitum ibi esset error personæ, quia ille eam maritali affectu cognouit, & illa uxorio affectu debitū persoluit, putans lege primo genituræ & paternis impiis se illi iure copulatam, & etiam quia Dei cōsilio in mysterio illud factum est. li. 4. di. 30. §. nec solū.

Iacob & Lyæ matrimonium. Supra. Error personæ.

Idolum est, quod nihil habet simile sui. Similitudo uerò, quod habet speciem alicuius rei. Vnde idolum nihil est in mundo, idest, inter creaturas mundi non est forma idoli, li 3. dist 37. §. sed iam.

Ieiunii debent sumere, & conficere sacramentum eucharistiæ, non obstante, quòd Christus hoc discipulis post cœnam tradidit ex certis causis, ubi non exinde disciplinam sanxit in posterum, nisi necessitas aliud cogat. li. 4 di. 8. §. forma uerò.

Ierarchiæ angelorum tres. Infra. Ordines angelorū

Ierarchia dr sacer principatus. li 2. di. 10. § Hoc ēt.

Iesus proficiebat sapientia &c. Supra Christo. Supra Christus profeciſſe.

Iesus sapiētiam geminā habuit. Supra. Chrs habuit.

Ignis concupiscentiæ, superbiæ, & iręintelligitur, cum dicitur in Psalmo: Super cecidit ignis, & non uiderunt solem. lib. 1. dist. 36. § sciendum.

Ignis purgatorius, etsi ęternus non sit, miro tamen modo grauis est. Excellit enim omnem pœnam, quam vnquam passus est aliquis in hac uita. Nunquam enim in carne tanta inuenta est pœna, licet mirabilia passi sunt martyres tormenta. Et multi nequiter quanta sustinuerunt sæpe supplicia. lib 4 di 20. §. sciendum est.

Ignis corporeus punit spiritus. Augustinus. Cur non dicamus etiam spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi? Si spiritus hominum etiam corporei nunc potuerunt includi corporalibus membris, & tunc potuerunt corporum suorum vinculis insolubiliter alligari. lib. 4. dist 44 §. Solet etiam quæri.

Igni corporali puniuntur animæ damnatorū etiā ante resurrectionem corporum, non solum uidendo, sed & sentiendo, & experiendo, quod probatur ex euangelio Lucæ. 19. Vbi anima diuitis se cruciari in flamma quæritur lib 4 dist 24 §. Cum autem.

Ignis æternus cuiusmodi sit, uel in qua mundi, uel rerum parte futurus sit Augustinus dicit hominem scire arbitror neminem, nisi forte, cui spiritus diuinus ostenuit li. 4 dist. 44. solet etiam quæri. Hoc intelligitur, de loco eius proprio. Nam locus communis ex scripturis scitur, quia sub terra est.

Ignis precedet aduentum iudicis, quo comburetur facies mundi huius, & peribit cœlum & terra, non secundum substantiam, sed secundum speciem, quæ immutabitur, cœlum uidelicet, aereum, non æthereū. lib 4. di 43 §. Cum autem.

Ignis conflagrationis ascendet in iudicio quātū ascenderunt aquę in diluuio, & consumet malos, quos reperiet uiuos, bonis uero nihil faciet, sed quod in eis purgandum est purgabit. lib. 4. di. 47. §. Cum autem.

Ignorantia quid sit. Supra Filii in paradiso.

Ignorantia alia uincibilis, alia inuincibilis, quarum prima non excusat, secunda uerò excusat. libro. 2. distin 22. §. His autem Vincibilis ergo est peccatum, si est de his, quæ ad salutem scire expedit. Inuincibilis non est peccatum, sed pœna, sicut & difficultas se à malo temperandi, & bonum operandi. lib. 3. dist. 15. tradidit, & eadem. §. sed forte.

Ignorantia est triplex, scilicet, eorum, qui scire nolunt, cum possunt, ideſt affectata, quæ non excusat, quia ipse peccatum est. Et eorum qui uolunt scire, sed non possunt. ideſt, inuincibilis, quæ excusat, & est pœna peccati, non peccatum Et eorum, qui quasi simplici ter nesciunt, ideſt crassa, non renuentes, uel proponēte scire, quæ neminem plene excusat, sed sic fortasse, ut minus puniatur. Et quod grauius peccant qui scīūt, quam qui ignorant, non intelligitur de eis, qui scire nolunt &c. lib. 2. distin 22 §. Est autem.

Illabi menti soli illi possibile est, qui eā creauit, qui natura substsistens incorporeus, capabilis est suæ factūræ. Notandum, quod mentem hominis iuxta substantiam nihil impleri possit nisi creatrix trinitas, quia tantummodo secundum operationem, & uoluntatis instinctum anima de his, quæ creata sunt impletur.

Implet uero Sathanas cor alicuius, nō quidē ingrediens in eū, & in sensū eius, neq; introiens aditū cordis

dis eius (si quidem potestas hæc solius Dei est) sed callida deceptione animum in affectum malitiæ trahens, per cogitationes & incentiua uitiorum, quibus plenus est, li. 2. dist 8. § Illud etiam.

Illuminat oēm hoīem uenientē in hūc mūdū, intelligitur, quòd nullus illuminat nisi ab ipso. Et nō sic: Nullus est, qui non illuminetur. Similes locutiones taliter etiam exponantur li. 1. di 46. §. Nunc uidendum.

Imago est eius rei, ad q̄ imaginatur species indifferens ſm substantiam. Neq; enim ipse sibi quisquā imago est, sed eū, cuius est imago, necesse est ut demōstret. Imago igitur est rei ad rem coæquandam, & imaginata, & indiscreta similitudo. lib. 1. dist. 31. §. Non enim.

Imago & similitudo intelligitur increata. i. essentia trinitatis, ad quam factus est homo: uel creata, in qua factus est homo, & ipsa homini concreata, de prima intellexisse vr Beda cum dicit: non esse unam imaginem Dei, & angelorum, sed trium personarum, & ideo personis, non angelis fit ibi sermo. Dr tamen impropriè imago, quia imago relatiuè ad aliud dicitur cuius similitudinem gerit, li. 2. di. 16. §. Imago, Sed filius propriè imago patris dicitur. Nec tamen in hoc loco imago filius Dei intelligitur, alioquin non diceret ad imaginem nostram, cum filius sit solius patris imago, sed homo intelligitur, qui ad imaginem & etiā imago Dei factus est eadem §. Filius uero. Vnde congruentiùs dicitur, quod in ipso homine etiam imago, & similitudo quærenda est, eadem. §. Veruntamen. Supra. Homo ad imaginem.

Imago trinitatis in anima, siue mente humana est, licet humana mens non sit eius naturæ, cuius Deus est, imago tamen illius, quo nihil melius est ibi quærenda, & inuenienda est, li. 1. dist. 3 § Nunc uerò.

Imago Dei reperitur in ipsa mēte etiam antequam sit particeps Dei, & etiam amissa participatione Dei, & anima difformi effecta, adhuc Dei permanet imago. Eo ipso enim imago Dei, est mens, quo capax eius est, eiusq; particeps esse potest, li. 1. di. 3. §. Nunc uero.

Imago trinitatis apparet in memoria, intelligentia, & uoluntate. Mens meminit sui, scilicet, per memoriā, intelligit se, scilicet per intelligentiam, diligit se, scilicet per uoluntatem. Hæc si cernimus, cernimus trinitatē, nondum quidem Deum, sed imaginem Dei. Hæc etiam tria scilicet, memoria, intelligentia & uoluntas, non sunt tres uitæ, sed vna uita & uoluntas, non sunt mentes, sed vna mens & una essentia. Ibidem. Aequalia etiam sunt hæc tria, quia capiuntur singula a singulis, & omnia tota ab omnibus, ut eadem. §. Aequalia, & tribu. §. sequentibus, Infra, Mens capitur.

Imago in mente naturaliter diuinitus instituta conspicitur. Vnde sempiterna & incommutabilis natura potest recoli, conspici, & concupisci. Reminiscitur enim per memoriā, intuetur per intelligentiam, amplectitur per dilectionem, lib. 1. dist. 3 §. sed iam.

Imago trinitatis secundo potest iu anima ita distingui: Mens, ideſt, memoria, & notitia eius, & amor tria quædam sunt. Mens enim nouit se, & amat se, nec amare se potest, nisi etiam nouerit se. Et capitur mens non pro anima, sed pro eo, quod excellentius in ea est, scilicet, memoria. Hæc tamen tria cum sit distincta a se, dicuntur esse unum, quia in animo substantia liter existunt. Et est ipsa mens quasi parens: & notitia eius, quasi proles eius. Nam cum se mens cognoscit, sola gignit notitiam sui. Sed amor de mente, & notitia procedit, dum mens cognoscens se diligit. Non enim posset se diligere nisi cognosceret se. Nec minor est proles parente, dum tantam se nouit mens quanta est, nec minor amor utrisq;, dum tantum se diligit mens quantum se nouit, & quanta est. In illis igitur tribus sicut in sua imagine cognoscitur unus Deus, & trinus, etiam potentia, sapientia & amor siue bonitas. lib. 1. distin. 3 §. Potest, & etiam. Et 5 §. sequen.

Imago creata ad ipsam trinitatē nō habet omnino dam similitudinem, sed potius in qualicunq; similitudine magna cernitur dissimilitudo. Nam licet homo habeat in mente supradicta tria, non tamē est ipse hæc tria: Sed tres personę in trinitate sunt unus Deus. Item homo habens hæc tria, una persona est. Illa uero trinitas non est una persona, sed tres. Item in imagine hæc tria nō unus homo, sed unius hominis sunt. In illa uerò non unius Dei sunt illa tria, sed unus Deus. li. primo distinctio. 3 §. Veruntamen, & duobus. §. seq.

Imago in mente non propterea tantum dicitur, quia mens sui meminit, intelligit & diligit se, sed quia potest etiam meminisse, intelligere & amare illum a quo facta est. libro. 1. dist. 3. §. rursus.

Incarnari potuit & pōt pater & spūssctūs. li. 3 d. 1. §. Si uero, sed non congruit. Supra filius incarnatus.

Incarnatus est solus filius, quamuis opera trinitatis sint indiuisa. Nam tota trinitas carnis assumptionem operata est. sed filio tantum non patri uel spiritussancto. li. 3 dist. 1 § sed forte.

Incarnat⁹ est sol⁹ filius, & quare. Supra Filius incarnationis operatio l3 sit tot⁹ trinitatis, tñ spūssctō attribuitur, quia ipse est charitas & donū patris, & filij, & ex ineffabili charitate uerbū Dei factū est caro. & inestimabili dono Dei, filius uniuit sibi formā seruili. li. 3. dist. 14. §. cum uero Infra. Trinitatis opera.

Incarnatione Christi unita est tota natura diuina toti humanæ naturę, non pars parti. li. 3. distin. 5. §. nos autem.

Incarnationis Christi modus est inexplicabilis. Supra. Calciamentum.

Incestus quid sit. Supra. Fornicatio licet.

Incestus impedit matrimonium contrahendum. Supra. Cognoscens.

Incestum cōmittens cum consanguinea uxoris nō poterit contrahere mortua uxore, nec ipsa adultera incestuosa alicui copuletur. li. 4. di. 34. §. De his etiam. Nisi fuerit cum eo dispensatum. Si uerò sine dispensatione quis eorum contrahat, peccat quidem, sed matrimonium tenet.

Incestuosi dicuntur, qui consanguineis, uel affinib⁹ suis abutuntur. li 4. dist 41 §. his dicendum.

Individuum quid est, Infra, Persona secundum.

Induere Christū dicuntur, qui in Christi conformitate baptizantur ut scilicet moriantur uetustati peccati, sicut Christus uetustati pœnarū. Illi induunt Christum, quem per gratiam inhabitantem habent Vel aliter dicimur duobus modis induere Christum, scilicet, uel per assumptionem sacramenti, uel rei perceptione. Induūt enim homines Christum, aliquando usque ad perceptionem sacramenti, aliquando usq; ad uitæ sanctificationem: quorum primum bonis & malis potest esse commune: secundum autem proximum est bonorum, & piorum. Hinc. Paulus: Quotquot in Christo baptizati estis. Christum induistis, scilicet, secundum sacramenti perceptionem, uel secundum sanctificationem. libro. 4 dist. 4 §. quæritur.

Indulgentia capitur multipliciter, s. pro concessione, pro remissione, pro permissione. Permissio in nouo testamēto est de minoribus bonis, & de minoribus malis. Sicut coniugium est de minoribus bonis, quòd non meretur palmam, sed est in remedium. De minoribus autem malis, ideſt, de uenialibus est coitus coniugalis, qui fit causa incontinentiæ. Illud tamen, scilicet coniugum, & huiusmodi, minora bona propriè indulgentur per concessionem. Coitus uero & huiusmo-

iusmodi permittitur,ideſt toleratur,ita quòd non prohibetur li.4.di.29.§.Prima inſtitutio.
Indulgentia uero,quia meliora non elegit,remedium habet,a qua ſi quis declinauerit, meretur exitiale iudicium. Quod enim ſecundum indulgentiam concedtur uoluntarium eſt,non neceſſarium,alioquin tranſgreſſor eſſet qui hoc faceret.Ibidem.
Infernus eſt locus damnatorum ſub terra poſitus, cui Sol,& Luna non lucebunt poſt iudicium,quia ſtabiliter permanent.li.4.diſt.48.§.Veniente.
Infideliũ matrimoniũ.Supra.Coniugẽ fidelem.Supra.
Cultus:Infra.Vxorem Infra.matrimonium infideliũ.
Infidelium opera ſiue actiones,& uolũtas mala ſunt ſine fide,quæ fide habita etiam bona eſſent.Omne .n.ꝙ non eſt ex fide,peccatum eſt. Omnis ergo infidelium vita,pctm̃ eſt,& nil bonum eſt ſine ſummo bono,vbi deeſt agnitio æternæ ueritatis.Falſa uirt⁹ eſt ẽt in optimis moribus.Qui ego fidem & charitatem nõ habet, oĩs eius actio peccatum eſt, quia ad charitatem non refertur.& ideo non fit quemadmodum oportet fieri. li.2.diſt.41.§.Cumq; . Quod dictum intelligitur mala ſunt.i.non remunerabilia, quia ſola illa intentio remunerabilis,eſt quam fides dirigit,ſed non illa bona eſt. Nam etiam malus ſi neceſsitatem proximi releuauerit.naturali pietate ductus, bonum facit:& bona voluntas fuit qua hoc fecit. Etiam peccant ſine fide bonum faciendo, quia ea mala intentione faciunt. eadẽ
Infirmitas & flagella, diuerſis cauſis immittuntur. Supra.Flagella quandoque.
Ingenitum dupliciter,ſumitur, quia uel nõ eſt ab alio,& ſic patri conuenit,vel quia non eſt genitum, & ſic conuenit ſpiritui ſancto.libro primo,diſtinct.13.§. Hieronymus.& §.ſed ut.
Ingenitũ idẽ eſt ꝙ innaſcibile, & eſt alia proprietas quam paternitas.lib.1.diſt.26.§.Iam de proprietatib⁹.
Ingenitus,hoc termino nolebat vti Ambroſius,propter hæreticos Arrianos,qui ex eo probare volebãt alterius ſubſtantię eſſe patrem,quia ingenitus,& filium, quia genitus : quod etiam nomen Ambroſius dicit in ſcripturis non reperiri.lib.1.diſt.28.§. Illud etiam.
Inimicus dicitur etiam proximus.Infra,Proximus.
Iniuria eſt pro martyre in eccleſia orare,cuius debemus orationibus commendari.Pro aliis autem defunctis oratur.li.4.diſt.43.§.Neque negandum.
Immortalitas primi hoĩs alia fuit, quàm immortalitas filiorũ reſurrectionis,quia ille potuiſſet non mori,ſi non peccaret:moreretur autem ſi peccaret.illi uerò nec poterunt peccare,nec mori. Caro igitur ante peccatum Adæ per alimoniam adiuta, mortis & doloris fuiſſet expers, ut ſuam immortalitatem,& incorruptibilitatem per obſeruantiam mandatorum Dei cuſtodiret,in quibus mandatis cõtinebatur, ut de lignis conceſsis mãducaret,& ab interdicto abſtineret, donec corporalibus incremẽtis ꝓductus ad ætatẽ quæ ꝓditori placeret, multiplicata progenie ipſo iubente ſumeret de ligno vitæ, quo perfecte immortalis factus, aliměta cibi ulterius non requireret lib.2 diſt.19.§.De hac uero.Et ſe.Et ſupra,Homo primus ſecundum .
Impœnitens moriens omnino moritur, & æternaliter cruciatur.Si enim ſemper peccaret.lib.4 di.20.§.ſi uero quæritur de illis.
Impœnitens non dicitur omnis,qui non pœnitet, ſed obſtinatus uel deſperatus:& ideo dicitur non pœnitens.li.2.2.diſt.43.§.eſt etiam alia .
Impotentia coeundi impedit matrimonium, Supra,Frigiditas,Infra,Maleficiatus.
Intellectus ſiue intelligentia differunt à ſapientia, & in quo conſiſtunt,Infra,Sapientia & intellectus.
Intellectus donũ,& naturalis intellectus differunt, Infra,Scientia.
Intellectus,memoria,uoluntas in anima quomodo ſe habent.Supra,Imago trinitatis apparet.
Intellectum acutiorem recipit anima una,q̃ alia, in creatione,non tamen ingenii acumen,uel tarditas premium uel pœnam in futuro non collocat.lib 2. diſt. 32.§.Illud quoq;§.
Intellectus & ſcientia differunt,Infra,Scientia,& intellectus.Infra,Sapientia igitur.
Intelligentia diſt orũ ex cauſis eſt aſſumenda dicẽdi,quia non ſermoni res,ſed rei ſermo ſubiectus eſt.li. 1.diſt.5.§.Sed quia.& li.1.diſt.25.§.Sciendum eſt . Et Aug. Non eſt, inquit,in rebus cõſiderandum quid uel ſinat,uel nõ ſinat dici vſus ſermonis noſtri;ſed quis rerum ipſarum intellectus eluceat, Intelligentiæ humanæ natura rationem dicti diuinarum rerum non capit, nec exemplum aliquod rebus diuinis humana operatio præſtabit, ſed quod intelligibile non eſt homini,Deo eſſe poſsibile.li.1.di 19.§. & inde eſt .
Intentio,finis,uoluntas,in quo differunt, Infra uoluntas finis .
Intentio diuerſa, facit in eodem opere diuerſa opera li 3.diſt.20.§.Chriſtus Supra, Chriſtus traditus.
Intentio aliquando accipitur ꝓ uoluntate, aliqñ ꝓ fine lib.2.di.38.§.Solet etiã.eadem.§. Sed quæritur .
Intentio bona opus bonum facit, ꝙ de indifferenti bus intelligitur.Intentio autem mala facit ea eſſe mala libro.2.diſt.40.§.Sed quæritur . Sunt tamen aliqua per ſe bona,adeo quòd non poſſunt mala intentione deprauari:& econuerſo, quædam ſic ſunt mala,ut nõ poſsint quacunq; intentione bona fieri , ut furtum ſtuprum & huiuſmodi,quæ ſunt per ſe peccata , & nõ poſſunt per intentionem benefieri.eadem.§. Sed quæritur.eadem .§.Sed Auguſtinus .
Intentio neceſſaria eſt in conſecrando Euchariſtiam.Supra.Conſecrare.
Intentio neceſſaria eſt in omni ſacramento. Supra. Baptiſmus non eſt.
Inuidiæ mater ſuperbia lib 2 di.v.§. Poſt hæc .
Inuitus nemo benefacit,& ſi bonum fit,quod facit cit,Sup.Bonum opus,& infra.Timor ſeruilis .
Iratus dicitur Deus, & non eſt ira in eo : ſed ſigna tantum quæ foris ſunt , quibus iratus oſtenditur , ira eius dicuntur.lib.1 di.45.§.Ideo autem .
Iter ad beatitudinem. Infra uoluntatum.
Iterare ſacrm.Aug.Nulli, inquit, ſacramento faciẽda eſt iniuria,quod fieri putatur,quando non iterandum iteratur.Vtrunq; ſacramentum eſt, id eſt. baptiſmus & ordo, & quædam conſecratione datur .
Illud uero cum baptizatur,illud quidẽ cum ordinatur.Ideo in catholica eccleſia vtrunq; non liceat iterari,quia neutri: facienda eſt iniuria,quod indubitanter etiam de confirmatione tenendum eſt.lib.4.di.7.§.Sciote.Infra.Sacramentum baptiſmi.
Iteratũ tamen,quod non oſtenditur geſtum, ratio non ſunt ut uideatur iteratũ.li.4 diſtin.6.§. Præterea.
Iudas & Iudæi tradentes Chriſtum mala uoluntate,Dei uoluntatem perfecerunt.lib.3.diſt.20.§. Chriſtus.Et ſupra. Chriſtus traditur .
Iudex qualis ſit.Infra.Sacerdos qualis ſit.
Iudex Chriſtus,in qua forma apparebit. ſup. Chriſtus iudicabit.
Iudex cum ueniet ſol obſcurabit.Infra Sol & uirtutes cœlorum mouebuntur.Infra.Virtutes .
Iudici uenienti , boni congregabuntur de quatuor partibus orbis miniſterio angelico , qui & rapientur obuiam Chriſto in aera , reprobis in terra quam dilexerunt remanentibus.lib.4 di.47.§ :Cum autem .
Iudicii tpe quomodo fiet.Infra.Reſurrectio.Infra.
Reſur-

Reſurgentium ibi. Supra. Chriſtus ad iudicium .
Iudicabit Chſs viuos,& mortuos,id eſt, viuos repertos in eius aduentu,licet morianẽ in ipſo raptu,& mortuos,q̃ antea deceſſerunt.Vel viuos,& mortuos.i. bonos,& malos.li.4.di.53.§.His aũt.Et ea.§. Quæri ſolet.
Iudicabũt cũ Chſo oẽs ꝓfecti electi , q̃ relicti oĩbus ſecuti ſunt eũ.Vñ Mat.xix.Sedebitis ſup ſedes ,&c.Vbi pet.XII ſedes intelligiẽ ꝓfectio tribunalis,& vniuerſitas iudicantiũ.& ꝓ duodecim tribus vniuerſitas iudicãdorũ.Et iudicabũt ſancti nõ tm̃ cõparatione, ſc3 eorũ vitã cõparãdo ad vitã malorũ,ſed ẽt auctoritate,& ptãte.Vñ Pſal.Gladij ancipites in manibus eorum , id eſt,ſententia de bonis,& malis in poteſtate eorum.lib. 44.di.47.§.Non autem .
Iudicabit Chſs vocaliter.Infra.Sententia iudicis.
Iudicare,& reſuſcitare attribuiẽ Chriſto , qui ſm humanitatem vocem dabit, qua mortui viuificabuntur,quia in illa forma cunctis apparebit in iudicio, in qua meritum,& cauſam noſtræ reſurrectionis ſuſcepit.lib.4 diſt.48.§.Et ſicut.Infra.Iudicium omne. Supra.Chriſtus in forma .
Iudicans alium in quo ipſe iudicandus eſt, ſeipſum condemnat.lib.quarto,diſt.xix.§ Qualem.Infra.Sacerdos qualis .
Iudicium.Dei multipliciter accipiẽ, præcipuè tñ in triplici differẽtia.Itẽ iudicium Dei occultum dr̃ pœna,qua quis exercetur ad purgationem, vel mouẽt ad conuerſionem,vel ſi contemnit excæcatur ad damnationem.li.4 di.46.§. Quod ergo.
Iudicia Dei dicuntur etiam diſpoſitiones eius de omnibus rebus.Roma.11. Quam incompræhenſibilia ſũt iudicia eius.Et Pſa.Iudicia tua abyſſus multa.ibidẽ.
Iudicium Dei,quo in futuro iudicabit, dicitur ſentẽtia,qua mali à bonis ſeparantur.Infra.Suppliciu m. infra.Sententia.
Iudicio extremo erũt quatuor ordines.Duæ quippè ſunt partes,electorum ſcilicet,& reproborum, & bini ordines ſingulis eiſdem partibus continentur. Alii eñ iudicantur,& pereunt,quibus dicitur,eſuriui, & nõ de diſtis,&c.Alij non iudicantur,& pereunt,de quibus dicitur,qui non credit,iam iudicatus eſt. Et dñr nõ iudicari,q̃ eorũ damnatio torẽ eccleſiæ nota eſt, &c. Alij uerò iudicantur, & regnant,q̃ vitæ maculas lacrymis tergunt,& eleemoſynis,quibus dicetur:Eſuriui , & de diſtis mihi,&c. Alij verò non iudicantur , & regnant, qui hic non ſolum præcepta implere contenti , ſed etiam , quod ad perfectionem conſulitur impleuerunt.De quibus Iſaiæ 3.Dominus ad iudicium veniet cum ſenatoribus ſuis.Et Iob.26 Non ſaluat impios, & pauperibus iudicium tribuit.libro.4. diſtinctione 47. §.Erunt autem.
Iudiciũ oẽ dedit pater filio. Non ita intelligendum eſt,quod ſolus filius iudicet:non enim ſine patre,& ſpirituſancto iudicabit,ſed quia ſolus cunctis apparebit in forma ſerui,non tñ infima,ſed gloriosa.lib.4.di. 48. a.Sed cũ. Si ẽt ſuſcitabit mortuos ſicut iudicabit non virtute humana,ſed diuina. Licet appareat in forma humana.eadem.§.Et ſicut .
Iudicij locus vbi erit.Supra.Chriſtus in vallem.
Iudicij extremi proceſſus.lib.4,diſt.47.§. Cum aute. quia primo purgabitur mundus per ignem , vt ſupra.
Ignis conflagrationis .
Iudicio peracto quid erit?Supra . Beati. Sup. dãnati.
Iudicij ſententia vtrum erit vocalis . Infra . Sentia iudicis.
Iudiciũ ſine miſericordia,id eſt,iudicium dãnationis fiet ei,qui non fecit miſericordiam . Vel iudicium ſine miſericordia liberante,& ſaluante.Qui tamen in aliquam pœnæ alleuiationem, miſericordiam Dei ſentient, quia ibi reprobi minus,quàm demeruerũt cruciabuntur,& ſic omnes vię domini miſericordia,& veritas.lib.4.di.46.§.Quod ergo .
Iudiciũ eccleſiæ Deus non ſemper ſequiẽ,quæ inrerdum per ſurreptionem,& ignorantiam iudicat . Tunc enim ſolum ſententia ſacerdotis iudicio Dei, & totius cœleſtis curiæ approbatur,& confirmatur, cum ita ex diſcretione procedit,vt reorum merita non cõradicant.li.4.di.18.§.Non aũt.Et ſequen.Infra. ſententa ecclęſiæ.Infra. Sacerdotes habent.
Iuramentum tres habet comites, ſcilicet veritatem, iudicium,& iuſtitiam.Si iſti defuerunt,non eſt iuramẽtum,ſed periurium.lib.3.di.39.§.Nunc de.Et quomodo periuriũ tripliciter fiat.eadem.§.Sed melius.
Iuramentum.Infra.Periurium .
Iuramẽtum vrgens in deteriorem exitum,nõ eſt ſeruandum.Vnde Ambroſius:Eſt,inquit,contra officium nonnunquam,promiſſum ſoluere ſacramentũ , vt Herodes fecit.Item Iſidorus:In malis promiſis reſcinde fidem,in turpi voto muta decretum , & quod incautè Vouiſti,non facias,Impia promiſsio eſt,quæ ſcelere adimpletur.Auguſtinus: Iurauit Dauid temere, ſed non impleuit iurationem maiori pietate. Vnde ſic iurans, grauiter peccat,& qui mutat benefacit, qui autem nõ mutat dupliciter peccat.lib.3.diſt.39.§.Nunc ſupereſt. Sed tale iuramentum mutans periurus dicitur,non qa nõ ſeruat,ſed quia iurauit iniuſtũ eadem.§. Qui verò.
Iuramenrum quacunq; arte verborum factum, ita à Deo accipitur,ſicut ab eo,cui iuratur, intelligitur. li 3.diſt.29.§.Hoc etiam.
Iuramentum exigens ſi neſcit utrum fecerit illud,ꝙ quo iurat,& ideo angit,ut ei credere poſſit, non peccatum:eſt tamen humana tentatio.Si verò ſcit eum feciſſet,& cogit,homicida eſt.Item qui prouocat hominem ad iurationem,ſciens eum falſum iurare , vincit homicidam,quia homicida corpus,ille verò animam occidit,imò duas animas,ſcilicet illius,& ſuam. lib.3 diſt.39.§.Quæritur etiam.
Iuramentum(ſecundum concilium Aurelianenſe)pro ſola pace faciendum eſt.& à ieiunis fieri debet.lib.3 di. 40.§ Sextum præceptum.
Iurando,ſp, aut Deus teſtis adhibeẽ, aut creatura Deo obligatur,& oppignoraẽ.li.3.di.39.§.Hic q̃ritur.
Iurans per Deũ magis tenetur,quàm per euangeliũ, vel creaturas iurans,quia hęc propter Deum , & per Deum facta ſunt.lib.3.di.30 §.Si autem.
Iurantis per falſos Deos,fide vtendum eſt ad bonũ, non ad malum,vt ſe non ſocier peccato illius, qui per dæmonia iurauit,ſed bono pacto eius, quo fidem ſeruat.Per falſos Deos falſum iurans,bis peccat.lib.3.diſt. 39.§.Poſt hæc .
Iurare eſt Deo ius reddere Iurare per Deum, eſt ius veritatis Deo reddere.lib 3.diſt.39.§.Hic quæritur.
Iurare per Deum,eſt teſtem adhibere Deum . Vnde Apoſtolus iurans dixit:Teſtis eſt mihi Deus.Ac ſi diceret,per Deum ita eſt.Auguſtinus : Quid eſt enim per Deum niſi teſtis eſt Deus?aut quid eſt , teſtis eſt Deus, niſi per Deum?Ibidem.
Iurare falſum, vel ſine neceſsitate,peccatũ grãde eſt, aliàs non,Auguſtinus:Iuramentum,inquit,faciendum eſt in neceſſariis,cũ pigri ſunt homines credere, quòd eis vtile eſt.Iuratio non eſt bona:non tamen mala , cũ eſt neceſſaria,id eſt,non eſt appetenda ſicut bona, non tamen fugienda tanquam mala,cum eſt neceſſaria.Sed quod Chriſtus ait : Ego dico vobis non iurate omnino,ita intelligitur pręcepiſſe,ne quiſquam ſic appetat iuramentũ,vt aſſiduitate iuramenti labatur in periurium.Ideo addit,quod amplius eſt à malo eſt, ſcilicet illius qui aliter,non credit hoc à malo,id eſt, ab infirmitate

firmitate esse. Ibi Christus prohibuit malum, persuasit bonum, & iudulsit necessarium. libro tertio, distin. 49. §. Si autem.

Iurare p creaturas Christus prohibuit, ne, vel aliqd in eis diuinum crederetur, pro quo eis reuerentia deberetur, vel per eas falsum iurantes se putarent iuramento non teneri. Concessum tñ illis fuit, qui in creaturis Deum venerabantur sicut Ioseph. iurauit per salutem Pharaonis. li. 3. di. 39. §. Quæritur etiam.

Iurare per creaturam est creatorem eius testẽ adhibere. Vnde per lapidem falsum iurans periurus est, qa non lapidem, qui non audit creatorem eius testem adhibet. lib. 3. di. 39. §. Hic quæritur.

Iurare veraciter per Deos falsos minus malum est, q̃ per Deum verũ fallaciter iurare. Nam quanto magis falsum est, per quod iuratur, tanto magis pœnale est periurium. li. 3. di. 39 § Post hæc.

Iurare per execrationem est grauissimum, vt qñ qs iurando sibi imprecatur malũ, vel se obligat, vel suos. Augustinus: Cum quis ait, per salutem meam, salutem suam obligat Deo. Cum dicit per filios meos, oppignorat eos Deo, vt eueniat in caput eorũ, quod exit de ore ipsius. li 3. dist 39. §. Hic quæritur. Et dicitur genus iuramenti grauissimum.

Ius par ligandi & soluendi. Supra. Claues.

Ius par est coniugium in matrimonio. Supra. Coniugum.

Iusti in aere, reprobi in terra erunt in iudicio extremo. Supra. Iudici.

Iustitia domini propriè vna est, quę est eius essentia: tñ propter multiplices effectus pluraliter dr in Psalm.

Iustitiæ domini rectè lætificantes corda. lib. 1. dist. 45 §. Aliquando.

Iustitiam, & misericordiam Deus conseruat in omni tempore. Supra. Deus misericors. Supra. Dei vitæ.

Iustitia, & misericordia in Deo idem sunt: & tamen aliqua opera illi, aliqua altari ascribunt. Et omnes viæ domini misericordiã, & veritas. lib. 4. di 46. §. Sed quo modo. Supra. Dei viæ. Infra. Opera Dei.

Iustitia, & non potentia homo redemptum est. Su. Deus potuit.

Iustitia magna virtus animi est, quàm nõ fecit in homine nisi Deus. Vnde hic iustitia nõ intelligitur virtus ipsa, quia ipsam non facit homo, sed intelligitur opus eius. li. 2. dist. 27. §. Hic videndum.

Iustitia virtus omnino immoralis est, nec in beatitudine esse desinet, sed talis, & tanta erit, vt maior fortasis esse non possit, vel perfectior. Et alię tres virtutes, quales erunt. li. 4. di. 33. §. Vnico.

Iustificatio impij per gratiam non fit sine voluntate nostra. lib. 2. di. 27. §. Nam de.

Iustitia. Infra. Virtutes cardinales.

Iustificationem meretur fides, & quomodo, vel alia virtus. Supra. Fides meretur, & seq.

Iustificatio nostra, & remissio peccatorum attribuitur spiritui sancto, quia ipse est patris, & filij amor, & cõnexio, vel cõtras: licet tota trinitas eam operetur. li. 3. di. 37. §. Tertium verò.

Iustificamur per mortem Christi. Infra. Mors Christi iustificat.

Iustificatio non potuit lex. Infra. Operibus.

Acrymas fundere debet pœnitens, quia valde durus est cuius mentis dolorem, oculi non declarant. Nec rectè pœnitet, qui deflet damna temporalia, vel mortem amici, & dolorem peccati lacrymis non ostendit, libro 4. dist. 15. §. Satis hoc.

Lamech primus bigamus reprobat, quia hoc pro excretione libidinis fecit. Et cæteri bigami tunc temporis excusantur. lib. 4 dist. 33 §. Quæritur.

Lazari digit⁹, lingua diuitis, flãma inferni, sinus Abrahæ, quo intelligantur. lib. 4. dist. 50 §. Si quis. Richardus dicit: Lingua diuitis est affectio aiæ linguam mouentis ad peccandum, pro qua voluntas punitur. Digitus Lazari est aliquod modicum eius suffragium. Sinus Abrahæ est locus quietus purgatorum.

Latria est cultus soli Deo debitus, qui cultus in dilectione, & sacrificij exhibitione, atq; reuerentia psistit, latinè dicitur pietas, græcè autem theosebia, id est, Dei cultus, vel eusebia, id est, bonus, libro. 3. dist. 19 § Solet etiam.

Latro cuius multum sera fuit pœnitentia, sed non sera indulgentia. licet veniã meruisset in fine de oĩ crimine, non tñ dedit baptizatis peccandi, & perseuerandi auctoritatem. lib 4. di. 20. § Sciendum etiam.

Leuatur, & mundus non est. Infra. Pœnitens tenetur.

Lectores à legendo, sicut psalmistæ à psalmis cantandis dicti sunt. Illi, id est, lectores, prædicant populis qd sequantur: isti, id est, psalmistæ, canunt, vt excitant ad compunctionem animos audientium. Licet, quidam lectores ita miserabiliter pronuncient, vt quosdam ad luctum, lamentationemq; compellant. Ad lectorẽ pertinet lectiones pronunciare, & ea, quæ prophetæ vaticinauerunt populis prædicare, vt iam ex officio legat in ecclesia prophetias, & lectiones. Vnde ei traditur ab episcopo vidente populo codex diuinarum lectionũ, & dicitur ei, accipe, & esto verbi Dei relator. Debet eñ esse scientia, & literis instructus, &c. Auribus enim, & cordibus consulere debet vox lectoris. Hoc officium Christus impleuit, cum in medio seniorum librum Esaiæ aperuit, & legit: Spiritus domini super me, &c. lib. 4. di. 24 §. Secundus est.

Legalia amiserunt vim. Supra. Circuncisio.

Legitimæ personę ad contrahendum fuerunt añ legẽ, aliæ sub lege, aliæ tempore gratię. Quædã in primitiua ecclesia erant legitimæ, quæ modo non sunt: Earũ autem, quæ modo sunt, quædam sunt plenæ legitimæ, quædam omnino illegitimæ quædam mediæ. libro. 4. dist. 34 Nunc supereſt.

Legitimę plenæ dicuntur modo personæ, quibus nõ obuiat votum continentię, vel ordo sacer, vel cognatio, vel dispar cultus, vel cõditio, vel naturæ frigiditas, vel si quid est aliud scilicet, maleficium perpetuum, furia, affinitas, & huiusmodi. Penitus illegitimę sunt per votum, per ordinem, per cognationem, per disparem cultum. Medij verò per frigiditatem, & conditionem. Nam tales si ignoranter coniuncti sunt, possunt commanere ex certis causis concurrentibus. Ibidem.

Legitimum est, quod legali institutione, vel quintiæ moribus, non contra iusionem domini, contrahitur, vel agitur. li. 4. di. 39 § Copula ergo.

Lex naturæ dicit, quod tibi no vis fieri, alteri ne feceris, intelligit, alteri inuste nõ facias, quod tibi non vis. Alioquin iudex iustè puniẽs reũ, peccaret. Et illud: Oĩa, q̃ vultis, vt faciant vobis, &c. intelligit de bonis, quæ debemus inuicem exibere. li. 3. di. 37. §. in Secunda.

Lex cõprimere docet manũ, sed euangeliũ, manũ, & animũ. Hoc intelligitur de lege, quantũ ad cremonialia, non secundum moralia, vel etiam, quia in lege non est generalis prohibitio, omnis mortiferæ concupiscentiæ, vt est in euangelio. li. 3. di. 40 §. Si verò.

Lex non iustificabat. Infra. Operibus.

Lex vetus, & euangelium differunt Primò, quia diuersa sunt, pmissa, ibi terrena, hic cœlestia: diuersa sacramẽta, qa illa tñ significabant, hęc conferũt gratiã: diuersa prȩcepta, quantum ad cremonialia: nã quantum ad moralia sunt eędẽ, sed pleniùs in euangelio cõtinentur.

tinentur. lib. 3. distinctione. 40 §. Si verò.

Libellus repudij. Infra. Matrimonij varia

Liber vitæ duplicem habet scripturam. Infra. Prædestinatio duplex.

Liberat mors Christi à diabolo, pœna, & culpa. Infra. Mors Christi.

Libertas triplex est, scilicet necessitate. i. coactione, & sic ante, & post peccatum liberũ est arbitrium eque. Vbi enim necessitas, vbi nõ est libertas, nec voluntas, & ideo, nec meritum. Hæc libertas in omnibus est tam bonis, quã malis. Alia est libertas à peccato. Vnde: Vbi spiritus domini, ibi libertas. Hanc homo peccando amisit. Augustinus: Homo male vtẽs libero arbitrio, & se perdidit, & ipsum. Hanc libertatem soli habent, quos filius per gratiam liberat. Alia est libertas, sed non vera, quæ est ad malum faciendum, vbi ratio dissentit, iudicans non esse faciendum, quod voluntas appetit. Ad bonum verò faciendum concordat ratio voluntati, & ideo ibi vera libertas, & pia. Est, & quarta libertas à miseria: Hanc habuit homo ante peccatum, & plenius habebit in beatitudine, sed in medio statu nemo à miseria liber est. li. 2. di. 25. §. Est namque. §. Istam. §. Verum. §. Est iterum.

Libertas à peccato, & miseria per gratiam, est, sed libertas coactrone per naturam. lib. 2. di. 25. §. Ex prædictis.

Liberum arbitriũ est libera potestas, & habilitas voluntas rationalis, scilicet, vt qui possit, quodlibet voluntate eligere, & ratione iudicare siue discernere li. 2. distin. 5. §. Habebant. Et ibidem. distin. 25. §. Iam verò. Liberum arbitrium est facultas rationis, & voluntatis, qua bonum eligitur gratia assistente, vel malum eadesistente. Liberum dicitur quantum ad voluntatem, quæ ad vtrumque flecti potest. Arbitrium verò, quantum ad rationem cuius est facultas, vel potentia illa. lib. 2. dist. 24. § Liberum. Hic definitur liberum arbitriũ non simpliciter, sed secundum statum naturæ lapsæ. Infra. Ratio.

Liberum arbitrium aliter accipitur in creatore, quã in creaturis. Nam in Deo dicitur eius sapientissima, & omnipotens voluntas, quæ non necessitate, sed libera bonitate omnia facit prout vult. Hanc differentiam notat Hieronymus, dicens: Solus Deus est, in quem peccatum non cadit, nec cadere potest. cætera, cum sint liberi arbitrij, in vtranq; partẽ flecti possunt. Per ly cætera, indicat liberum arbitrium non ita esse, in Deo sicut in cæteris. li. 2. dist. 25. §. Sed aliter.

Liberum arbitrium etiam est in angelis, & beatis. Multo quippè liberiùs est, & erit arbitrium, quod omnino non poterit seruire peccato. Et sicut anima nostra nũc habet nolle infęlicitatem, ita ibi semper est habitura nolle iniquitatem. li. 2. dist. 25. §. Angeli verò. Vnde maior fuit libertas arbitrii in primo statu, quam nunc, & maior erit in tertio, quàm in vtroque altero. eadem. § Ex prædictis. Liberum arbitrium liberius est, quod non potest seruire peccato. Neque culpanda est voluntas, aut voluntas non est, aut libera dicenda non est, qua beati esse sic volunt, vt esse miseri non solum nolint, sed nec prorsus velle possint. libro. 2. distinctione 7. §. Boni.

Liberum igitur arbitrium dicitur, quia sine coactione, & necessitate valet appetere, & eligere, quod exratione decreuerit. li. 2. di. 25. §. Angeli.

Liberi arbitrij quatuor sunt status, scilicet, ante peccatum, tunc homo potuit peccare, & potuit omnino non peccare: post peccatum, sed ante reparationem gratiæ, & tunc potest peccare, & non potest non peccare damnabiliter, non tamen potest omnino non peccare sicut in primo statu. Quartus post confirmationem, & tunc non potest peccare. li. 2. dist. 25. §. Et possunt.

Liberum arbitrium inter bona media computatur, cuius bonus vsus virtus est, quæ in magi boni inueniatur, li 2. di. 26. §. Quæritur. Supra. Bona quædam.

Liberum arbitrium sine gratia præueniente, & adiuuãte, non sufficit ad iustitiam, & salutem obtinendam, sed & gratia non acquiritur meritis præcedentibus. lib. 2. dist. 28. §. Atuero.

Liberum arbitrium, sic liberum arbitrium, est, vt semper gratia ad bene operandum indigeat, & homo per liberum arbitrium cum gratia potest vitare peccatum, potest etiam peccare suo libero arbitrio lib. 2. dist. 28. §. Id ergo.

Licet, quòd non licet fœminis, æquè non licet viris, & eadem seruitus pari conditione censetur. lib. 4. dist. 35. §. Hoc etiam.

Ligandi, & soluendi auctoritas est sacerdotibus concessa.

Infra. Sacerdotes habent.

Ligat ecclesia interdum, vel soluit, quod Deus non approbat. Supra. Iudicium ecclesię.

Ligandi, & soluendi est par ius. Supra. Claues.

Lignum vitæ dictum est, quia diuinitas acceperat hac vim, vt qui ex eius fructu comederet, corpus illius stabili sanitate, & perpetua soliditate firmaret, nec ulla infirmitate, vel ętatis imbecillitate in deterius, vel in occasum laberetur, lib. 2 di. 17. §. in hoc.

Ligna diuersi generis erant in paradiso, inter q̃ vnũ vocabatur lignum vitæ, alterum lignum scientiæ boni, & mali. li. 2 dist. 17 §. In hoc.

Lignũ scientiæ boni, & mali, non à natura hoc nomen accepit, sed ab occasione rei postea secutæ. Arbor enim illa, non erat mala, sed ideo scientię boni, & mali dicta, est, quia post prohibitionem erat transgressio futura, qua homo experiendo disceret quid esset inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ bonum, & inobedientiæ malum. Non tamen ideo diceretur minus lignum scientiæ boni, & mali, si homo non peccasset, quia hoc idem ex eius tactu accideret, quandocunque vsurparetur. lib. 2. dist. 17. §. In hoc. Sup. Homo ante peccatum.

Litera occidens est decalogus, nõ quod sit mala, sed qa prohibens peccatum. auget cõcupiscentiã, & addit prævaricationem. nisi liberet gratia, quę gratia non sic abundat in lege sicut in euangelio, libro tertio, distin. 40. §. Si verò quæritur.

Localis non est Deus, quia pœnitus non circunscribitur loco, quia nec ita est in vno loco, quod non sit in alio, nec dimensionem habet sicut corpus, cum secundum locum assignatur principium, medium, finis, ante, & retro, dextra, sinistra, rursum, & deorsum quod sua interpositione facit distantiam circunstantium. Duobus namque his modis in scripturis dicitur aliquid locale siue circunscriptibile, & econuerso. scilicet, definitiuè, scilicet, vel qa dimensionẽ capiens longitudinis, altitudinis, & latitudinis distantiã facit in loco, vt corpus, vel qa loco definit, ac determinat, vt cũ sit alicubi, non absq; inuenitur, quod nõ solum corpori, sed etiam omni creato spiritui congruit. Omne igitur corpus omnimodo locale est, id est, circunscriptibile, & definitiuè. Spiritus verò creatus quodã mõ localis est, definitiuè, quia definitione loci terminatur, quoniam cum alicui loco sit totus prȩsens, alibi non inuenitur. Et quodammodo non, quia non ita localis est, scilicet circunscriptiuè, vt dimensionem capiens, distãtiam faciat in omni loco, scilicet, quia non commensu-

ratur

ratur omni loco. Sola autem diuina essentia omnino illocalis est, incircunscriptibilis, quæ nec locis, nec tempore mouetur. libro primo, distin. 37. §. Cumque. Et eadem. §. De mutatione.

Locus non coangustatur etiã si plures spiritus in eo sint, quo minus de corporibus contineret. li. 1. di. 37. §. Sed vt supra diximus.

Locus Dei dicitur Templum. Infra. Templum.

Loqui de Deo non sufficimus, imò deficimus. Hila. Immensum est enim, quod exigitur, incomprænensibile, extra sensus intentionem, non enunciatur, non attingitur, non tenetur, verborum significantiam rei ipsius natura consumit. Sensus contemplationem imperspicabile lumen obcæcat, intelligentiæ capacitatem, quod fine nullo continetur excedit. Mihi ergo in sensu labes est, intelligentia stupor est. In sermone verò non tam infirmitatem, sed silentium confitebor. li. 1. di 33. §. Horum. Supra. Diuinitatis supereminentiam. Infra. Vsus loquendi.

Locutiones rerum diuinarum non intelligimus. Sicut enim multa de Deo intelligimus, quæ loqui penitus non ualemus, ita multa loquimur, quæ intelligere non sumus idonei: uidelicet, q̃ ubique est scimus, & dicimus, quomodo autem ubique, sit intellectu non capimus. lib. 1. di 37. §. Illud quoque.

Locutionem de præsentia. scilicet, utrũ præscita eueniant necessariò, uel non, intelliguntur coniunctim, uel disiunctim. Infra. Scire, & præscire.

Locutio Dei, qua dixit, & factum est, nec temporaliter facta est, nec sono uocis, sed ad naturã uerbi refert quo omnia facta sunt. Vnde dixit: Fiat lux. i. genuit uerbum intemporaliter, in quo omnia facta sunt. li. 2. di. 13. §. Præterea.

Locutiones illę, scilicet Deus factus est homo, filius Dei factus est hominis filius, Deus est ille homo, homo est Deus, conceduntur diuersimodè intellectę secundum triplicem opinionem, cum suis probationibus, & obiectionibus. lib. 3 dist 6. §. Præterea, & §. Nos autem, & §. Sed quæritur, & §. Ideo uerò, & §. Hic à quibusdam. Primò opinio concedit, q̃ Deus factus est hõ, & conuerso, quia hõ in Christo est quædam substãtia rõnalis, q̃ cœpit esse Deus, & hoc gratia, non natura. Et Deus cœpit esse quædam substantia rationalis, quę ante non fuerat. Secunda illam concedit esse subsistens in duabus naturis sit Deus. lib. 3. di 7. §. Secundum primam. Tertia opinio ideo concedit, quia Deus accepit hominem, & ex hoc factum est, vt habens hominem sit Deus. eadem. §. In hac.

Locutiones de Christo factę quomodo intelligantur. Supra. Christus non debet.

Locutiones distinctæ operum misericordiæ Dei, & iustitiæ, & bonitatis. Infra. Opera Dei.

Loqui primi homines poterant, & intelligere, quia tales illos dominus fecerat. lib. 2. distin. 21. §. Illud etiam.

Loquebat diabolus per serpentẽ ad decipiẽdũ hominem, sicut per energumenos, vel pythonicos loquitur. Serpente ergo, vt organo, vsus est, mouens naturam eius ad exprimendum sonos verborum, & signa quibus suam monstraret voluntatem. Serpens tamen, nec verba intelligebat sed loquebatur, vt asina Balaam. lib. 2. dist. 21. §. Porrò.

Lucifer ascendere in cœlum voluit, id est, ad Dei celsitudinem. Nam iam in cœlo empyreo erat. libro. 2. di. 2. §. Nic quæri solet.

Lucifer fuit excellentior omnibus cadentibus angelis, nec inter stantes aliquis eo dignior fuit. Qui postq̃ creatus est eminentiã naturæ, & profunditatẽ sentẽtiæ suæ perpendens, in suum creatorem superbiit, in tantum, quod Deo se æquare voluit. Vnde ait: Ero similis altissimo. Similis quidem Deo esse voluit, non per imitationem, sed æqualitate potentiæ. lib. 2. di. 6. §. Præterea sciri. Et ideo in ipsum caliginosum aerem deiectus est, cum omnibus suæ prauitatis consortibus. Vnde dicitur, quòd draco traxit secum tertiã partem stellarũ. Habitat aũt in hoc turbulẽto aere propinquo nobis, causa exercitandi nos. Et pro tanto. Non est eis concessum habitare in cœlo, quia clarus locus est, & amœnus, neque nobiscum in terra, ne homines nimis infestarent, sed traditi sunt in isto aere caliginoso, qui est eis quasi carcer, vsq; ad tempus iudicij, e adem. §. Non enim est.

Lucifer creditur in inferno ligatus, vsque ad tempus Antechristi. Hoc tamen sic tenetur, quia iam non habet facultatem tentandi nos, quàm tunc habebit. Et iõ dicitur tunc soluendus libro secundo, distinctione sexta §. De Lucifero, & se.

Luminaria, cur portantur ad euangelium. Supra Accolythi. &c.

Luminaria cęli quarta die facta sunt, & quare. libro secundo, distinctione decima quarta, §. Sequitur: Dixit Deus fiant, & eadem. §. Quia ergo.

Lux, & tenebræ quid significant. Supra, Disiuit.

Lux prima die distincta est, & congruè mundi ornatus à luce incohauit, vnde cætera creanda viderent. libro secundo, distinctione 13 §. Prima autem. Et secundum Augustinũ, lux illa potest intelligi spiritualis, vel corporalis. Spiritualis intelligitur angelica natura, quæ ante conuersionem informis fuit, sed in conuersione formata, cum creatori charitate adhæsit, quæ formatio innuitur, cum dicitur: Fiat lux, & facta est lux, quæ prius erat tenebræ: sed hic diuisit Deus lucem à tenebris. Si de corporali intelligitur, lux illa fuit corpus lucidũ, velut lucida nubes, quod non de nihilo, sed de præiacente materia formaliter factum est, vt lux esset cum qua prima dies exorta est, quia ante lucem dies, aut lux non fuit, licet tempus fuerit. eadem. §. Si quæritur. Et est facta in illis partibus, quas nunc Solis lux diurna illustrat, & habebat vicem, & motum sicut nunc sol, quibus diem, & noctem faciebat. ea dem. §. Si autem.

Lux primę diei De ea sol factus dr̃, aut est adhuc in ea parte cœli, in qua sol est, non quod ipsa fit sol, sed ei sic vnita, quod non possit discerni. libro secundo, distinctione 13 §. Solet autem.

MACVLA animę, à qua pœnitentia purgat, est ipsa dissimilitudo, quę inest animę à peccato, & est a Deo longatio. Et hęc manet in anima post peccatum per actum etiam, dummodo voluntas id agendi transit, quæ etiã voluntas macula fuit quando inerat. libro 4. distin. 1. §. Hic quæritur Et declaratur per exemplum.

Magicæ artes fiunt scientia, & virtute dæmonum, q̃tum illis potestas, & scientia a Deo datur, & nõ amplius Ideo Magi pharaonis non poterãt facere cyniphes. Datur autem hæc potestas ad fallendum fallaces, vel ad mouendum fideles, ne tale quid pro magno appetant, vel ad exercendam probandamq; patientiam iustorum. libro. 2. distinctione 7. §. Quorum scientia. Supra. Dęmonum virtute.

Magnitudo Dei est ipsa veritas, & ibidem est magnũ esse, quod verum esse, & quod ibi æquè verũ est, æquè magnum est, & non verior vna persona, quam alia, vel tres simul, quam singula. libro primo, distinctione 19. §. Quod ibi.

Maior non est vna persona in diuinis alia, nec minus aliquod duæ personæ, vel tres, q̃ vna singula, nec maior essentia in duabus, vel tribus, quam in una, ga tota est

ost in singulis. lib. 1. distinctione 19. §. Sciendum est. Et eadem. §. Sed iam. Et eadem. §. Nec est Nec trinitas maius aliquid est, quàm quælibet persona, nec quælibet minus aliquid, quàm ipsa trinitas. eadem. §. Sciendum.

Maleficiatus. Item si per sotiarias, & maleficas artes concubitus non sequitur, debent maleficiari cum contritione, confessione, ac alijs ieiunijs, & orationibus satisfaciendo, exorcismos, & alia suffragia à minecclesiæ susçipere. Quòd si ita non curantur, possunt seperari. Quòd si alias nuptias petierint, non possunt prioribus reconciliari, etiam posibilitate concubendi eis reddita: hoc vltimum non de æquitate, sed de rigore intelligendum est. Vel sic: Non possunt reconciliari sine iudicio ecclesiæ, quo diuisi, fuerant. libro quarto, distinctione 34. §. De maleficijs autem. Si maleficium est temporale, tunc non dirimit. Si autem est perpetuum, & præcessit matrimonium ratum, & consummatum, tunc dirimit idem. Quòd si separati postea alia matrimonia contraxerint, & carnaliter se cognoscant, sunt ad primum matrimonium reuocandi, quia sententia diuorrij fuit per errorem lata, eo, quòd impedimentum nõ fuit perpetuum.

Maledicit Deus benedictionibus hæreticorum, & excommunicatorum, iuxta illud Malachiæ. 1. Maledicam benedictionibus vestris. lib. 4. distin. 13. §. Solet etiam.

Mali sunt aliqui mediocriter, aliqui valde mali. Infra. Suffragia.

Mala non sunt in Deo, licet dicatur, in ipso sunt omnia. Nam, quia prœmittitur, ex ipso, & per ipsum, illa in Deo esse intelliguntur, quæ ex ipso, & per ipsum sunt, id est, quorum est auctor, hoc est solorum bonorum Et licet ea noscat, non tamen omnino sicut bona. mala nãque quasi de longè cognoscit. Psalm. Alia, id est, superba, à longe cognoscit. Sed contua Cassiodorus super illud Psalmi, Neque ab oriente, neque ab occidente, dicit. Neque a bonis neque a malis deest Deus, sed omnibus presens, & cognitor est. Respõsio: Deus cognoscit bona, & mala per scientiam: bona tamen etiam cognoscit approbatione, & beneplacito. Vnde idem Cassiodorus super Psal. Peccata (inquit) absconditа Deo sunt, quia non nouit, id est, non approbat. Augustinus: Si ad scientiam (inquit) referas, non ignorat Deus aliquos, vel aliqua, qui tamen in iudicio quibusdam dicet: Nõ noui vos. Sed eorum improbatio hoc verba insinuata est. Ob talem igitur cognitionem bona dicuntur esse in Deo, non mala, & bona prope, mala à longe, id est, per notitiã simplicem. libro. 1. distinctione. 36. Post prædicta. Vnde Augustinus libro de natura boni. ca. 14. Cum audimus ex ipso, & per ipsum, & in ipso esse omnia omnes vtique naturas intelligere debemus, & omnia, quæ naturaliter sunt. Neque enim ex ipso sunt peccata, quæ naturam non seruant, sed viciant, quæ ex voluntate naſcuntur peccantium. eadem. §. Proinde. Infra, Præscieniæ causæ. Infra, Reprobatio Dei. Infra, malum duplex.

Mala fieri expedit. Infra, Mala fiunt.

Malum duplex est, scilicet, pœnæ, & culpæ. Malum pœnæ à Deo est. Amos 3. Non est malum in ciuitate, quod dominus non fecerit. Et Isaiæ, 45. Ego sum Deus creans malum. Sed malum culpæ non est à Deo. libro secundo distin. 37. §. Cum igitur. Infra. Peccata quædam.

Mala fiunt non absque Dei voluntate. Deus tamen non vult mala fieri, ne auctor malorum sit. Iohannis primo: Sine ipso factum est nihil, id est sine ipsius voluntate. Nec ẽt vult ea non fieri, ne impotens videat. Sed vult ea permittere fieri: Vnde volens finit ea fieri. libro primo distinctione 46. §. Illi verò. vnde bonum est mala fieri. Augustinus: Deus cum sit summè bonus, nullo modo sineret aliquid mali esse in operibus suis, nisi adeo omnipotens, & bonus esset, vt bene faceret etiam de malo: Melius namque iudicauit Deus de malis bona facere, quàm malla nulla permittere. eadem. §. Quod verò. Infra voluntas Dei efficax. Supra. Malum duplex.

Mala etiam suis auctoribus sæpe prosunt ad bonũ, cum illis consideratis fiunt humiliores siue cautiores, & huiusmodi lib. 1. dist. 64. §. Hinc pater. Nec tam ẽ bonum est mala fieri: nam si hoc bonum esset tunc Deus auctor eius esset, id est, vellet malum fieri. eadem. §. Si quis igitur.

Malum etiam facit ad pulchritudinem vniuersi. Supra. Bona erant.

Malum nihil est, & homines cum peccant fiunt nihil li. 2. dist. 35. §. Quocirca. Vnde malum facere, est tẽdere ad non esse. Igitur Deus non est auctor, vt fiat malum, quia non est causa tendendi ad non esse. lib. 1. dist. 46. §. Item.

Mala non sunt facienda pro quantumcunq; bona causa, vel intentione. lib. 2. di 40 §. Sed Augustinus. Et eadem. §. Que tamen Supra, Actus boni.

Mala non sunt faciẽda, vt mors corporis caueatur, vel bonũ aliquod sequatur, quinimo, & malum sic perpetratum non excusatur à peccato: sicut adulterium committens ne adultera præ nimio desiderio moriatur, non excusatur ab adulterio, nec à furto, qui diniti furatur, ut pauperi largiatur. lib. 3. dist. 38. §. Scien dum tamen.

Malum habet originem ex bono. li. 2. di. 34 §. Cã, & non est nisi in re bona, quia malum non est nisi corruptio siue priuatio boni. Vbi autem bonum non est, nõ potest esse eius corruptio eadẽ §. Offensa, & §. Ideoq; Et dicitur corruptio actiuè, non passiuè. Ibidem, di. 35: §. Potest etiam.

Malum dicere bonum, & econuerso, prohibet. Hoc intelligitur de ipsis rebus, quibus homines mali sunt, & non de ipsis hominibus, ut si quis diceret adulteriũ esse bonum. lib. 2. di. 34. §. Ad hoc autem.

Malo resistere Supra, Declinare.

Mammon est nomen dæmonis Et hoc nomine etiã diuitię appellantur mammona non tamen ideo, q̃ diabolus in potestate habeat dare, uel auferre diuitias cui uelit, sed quia eius utitur ad hominum tentationem, & deceptiouem lib. 2. di. 6. §. Et sicut.

Manducatur corpus Christi dupliciter. Supra, Eucharistiæ duo.

Manducatio spiritalis eucharistię prœcipitur. Supra Eucharistiæ sacramento.

Manducemus, ut euangelizemus, & nõ econuerso. Supra, Euangelizare.

Mane dicitur finis præcedentis, & initium sequẽtis diei, quod est aurora, quæ nec plenam lucem, nec omnino tenebras habet. Mane ergo primus dies non habuit, q̃a dies nullus præcesserat, q̃ sequentis diei initio terminaretur, sed mox apparente luce super terram, præclarus extitit dies. li. 2. di. 13. §. Hic notandum.

Mansiones multæ in cœlo, & multæ in inferno. li. 4. di. 45. §. Præterea sciendum.

Maria fuit ante filij conceptionem à peccato prorsus pſeruata, fuitq; ei generandi potentia absq; uiri semine ẽt à spiritu sancto præparata. lib. 3. di. 3. §. Quæritur. Vñ Augustinus. Excepta sacra uirgine Maria, de qua pp honorem domini nullam prorsus cum de peccatis agitur habere uolo quæstionem: hac ergo uirgine sola excepta. si oẽs sancti, & sanctæ congregari possent, & quæreretur ab eis, an peccatum haberent, quid responderent nisi, quod ait Iohannes: Si dixemus, quia

peccatũ non habemus,nos ipsos seducimus,& veritas in nobis non est. Illa autem virgo singulari gratia præuenta est eadem,§. Quod autem.

Maria sola post Christũ sine peccato fuit.Supra:Maria fuit.

Maria,sicut dicit Beda, disposuerat in virginitate manere,nisi Deus aliter facere iuberet. Vñ dixit angelo: Quõ fiet istud:qm̃ virum non cognosco? idest, me non cogniturã proposui.li.4.di.38 Hic quæritur. Vnde Augustinus.Beata maria proposnit se seruaturã votum virginitatis in corde,sed ipsum votum non expresit in ore,proposuit se perseueraturam virginẽ, nisi Deus aliter ei renelaret,& si consensit in carnalẽ copulam,non eam appetendo, sed diuinæ inspirationi in vtroq; obediendo.Postea vero,simul cum viro labijs expressit,& vterq; in virginitate p̃mãsit.Sed & Ioseph credit̃ apud se disposuisse virginitatẽ seruare,nisi Deꝰ aliter iuberet,& sic consenserunt in coniugalẽ societatem,& vterq; alterius propositum Deo reuelante intellexit li.4.dist.30.§.Præmissis.

Mariæ,& Ioseph matrimoniũ fuit pfectum, non in significatione,sed in sanctitate.Nam sanctiora sunt cõiugia pari uoto continentium.Fuit etiam perfectũ,secundum triplex bonũ coniugij.Augustinus:Omne nuptiarum bonũ impletum est in parentibus Christi: Fides,scilicet proles,& sacramentum.Prolem cognoscimus ipsum dominum:fidem, quia nullum adulteriũ: sacramentum,quia nullum diuortium.li.4 di.30. §.In tes quos.Habuit ẽt alias causas speciales,scilicet,ut uiri solatio sustentaret̃,& ut diabolo partus celaret̃, & ut Ioseph esset testis castitatis,defendens eã ab infamia suspitionis,ne ut adultera dãnaretur.eadem.§:Et licet.

Martyri iniuriam facit orans pro illo.li.4.di.§.Neq; negandum.Supra.Iniuria.

Materia prima qñ creata sit,Supra,Creata est materia.Et qualis fuerit.Supra,Expositio.Infra:terra illa.

Matrimoniũ est uiri,mulierisq; coniunctio maritalis,inter legitimas personas indiuiduam uitæ consuetudinem retinens.Ad indiuiduam autem consuetudinẽ pertinet,ut absq; consensu alterius, neuter ꝯtinentiã profiteri possit,uel orationi uacare.Et ꝙ inter eos dũ uiuunt uinculum coniugale permaneat,ut alij se copulare non liceat, & ut inuicem alter alteri exhibeant,ꝙ quisq; sibi Tamen sic describitur solum matrimoniũ fidelium li 4.di 27.§.Sunt ergo.

Matrimoniũ bonum est,non solum ex eo quòd dominus legitur inter primos parentes coniugium instituisse:sed etiã,quia Christus in Chana Galicæ nuptijs interfuit,easq; miraculo cõmendauit, qui etiã postea uirum uxorẽ dimittere ꝓhibuit,nisi causa fornicationis.Et Apostolus ait:Virgo si nupserit,nõ peccauit. Est ergo res bona,alioquin non esset sacramentum,id est, sacræ rei signum.li.2.di 26.§ Fuerunt.

Matrimonio institutũ legit̃ ante peccatum, non tñ ad remedium,sed ad officium.li.4.di.26.§. Cum alia.

Matrimonij duplex institutio:una ante peccatũ ad officiũ facta est in paradiso, ut esset thorus immaculatus,& nuptiæ honorabiles,ex qbus sine ardore ꝯciperent, sine dolore parent. Altera post peccatũ,ad remedium facta extra paradisum, propter illicitum motũ deuitandum. Prima,ut natura multiplicaretur: secunda,ut natura exciperetur,& uitiũ cohiberetur. Augustinus:Quod sanis officium esset,ægrotis est ad remedium:Infirmitas enim incontinentiæ,quæ est in carne per peccatũ mortua,id est,moritura,ne cadat in ruinã uitiorum excipitur honestate nuptiarum li.4.distinctione 76 § Coniugii.Supra,Coitus.

Matrimonii prima institutio habuit præceptũ,secũda indulgentiã.Nam ab Apostolo indultum est coniugium,propter uitandam fornicationem.Ibi verò p̃ceptum fuit primis hominibus:Crescite,& multiplicamini.Quo præcepto tenebant̃,ẽt post peccatum, quousq; facta est multiplicatio hominum.Vnde post diluuiũ sub præcepto dicebatur Noæ,& filiis eius: Crescite,& multiplicamini.Multiplicato verò homine secundum indulgentium contractum est,non secundum imperium.lib.2 dist.26 §.Prima institutio.

Matrimonium est sacramentũ, & sacrũ signum sacræ rei,scilicet coniunctionis Christi,& ecclesiæ.Vnde Eph.5.Hoc autem magnum sacramentnm est.Ego aũt dico in Christo,& ecclesia.Consensus igit̃ cõiugiũ copulã spiritualẽ Chr̃i,& ecclesiæ,q̃ fit p charitatẽ significat. Cõmixtio verò sexuum illã significat,quę fit p naturæ cõformitatem.lib 4.dist.26 §.Cũ ergo Est etiam signũ spiritualis coniunctionis,& dilectionis aĩorum, qua inter se coniuges vniri debent Ephe 5.Viri,diligite vxores vestras,sicuti& Chr̃s ecclesiã.eadẽ. §.Iñ est.

Matrimonii sacramentũ sicut, & alia sacramẽta hẽt quædã pertinentia ad substantiam sacramenti, vt est consensus de præsenti,qui solus sufficit. Quędã verò ꝑtinentia ad decorẽ,& solemnitatẽ sacramenti, vt est parentum traditio,sacerdotis benedictio,& huiusmodi,sine quibus legitimũ fit sacramentum.quantum ad veritatem,non quantũ Sine his non quasi legitimi coniuges,sed quasi fornicatores conueniunt,sc3,repręsentatiuè,licet verum sit matrimonium,sicut, qui clanculũ nubunt,si alter alterum dimiserit,non cogitur iudicio ecclesię redire,quia non potest probari.libro.4.di. 28.§.Præmissè autem.

Matrimoniũ,in quo non est comixtio sexuum,verũ est,& pfectum matrimoniũ,sicut inter Mariam,& Ioseph & tãto est sanctius,quanto à carnali opere immunius.Nec obstãt auctoritates,quæ dicunt mulierẽ non pertinere ad matrimoniũ, quæ non experitur carnalẽ copulã Nã intelligunt̃, ꝙ nõ pertinet ad matrimoniũ,ꝙ expressam,& plenã teneat figurã ꝯiũctiõis Chr̃i, & ecclesię,Figurat eñ illã vnionem Christi,& ecclesię,quæ est in charitate,sed non illam, quæ in naturæ conformitate. Augustinus:In nuptijs plùs valet sanctitas sacramẽti,q̃ fœcũditas vẽtris.li 4.di 26.§.Inde est.

Matrimonii causa efficiens,est consensus de præsenti p verba expressus,aut aliis certis signis. Si tñ verbis liberè explicatur,quod corde nõ volunt,matrimoniũ facit,scilicet,quo ad iudicium ecclesiæ.lib.4.di 27 Efficiens.Vnde Isidorus: Consensus facit matrimonium, Et sufficit solus ẽm leges consensus eorũ,de quorũ cõiunctionibus agit̃,qui solus si fortè nuptiis de fuerit, cętera ẽt cum ipso coitu frustrant̃ eadem §.Quod aũt.

Matrimonium requirit consensum liberum, & non coactum.Vnde coactus, & renitens potest alteri nubere,si omnino non consensit.Veruntamen si postea aliquo temporis spacio,sine contradictione,& quærimonia cohabitauerint,habita facultate discedendi, & reclamandi,consentire videntur, & consensus sequens supplet:quòd coactio præcedens tulerat.lib.4 dist.29. §.Oportet.Intelligitur tamen semper filia patri consentire nisi euidenter dissentiat eadem. §.Consentire. Si tamen interiùs non consentit, nõ est matrimonium secundum rei veritatem. Est tamen præsumptum matrimonium, si illa non fuit sui iuris.Supra. Consensus coactus.

Matrimonii ꝯhendi causa finalis, & principalis est procreatio prolis educandæ ad honorem Dei, alia est deuitatio fornicationis.Sunt & aliæ causæ honestæ, vt inimicorum reconciliatio,& pacis reintegratio. Sunt etiam aliæ causæ minus honestę,vt viri,mulierisq; pulchritudo,quæ animos amore inflammatos sepe impellit inire coniugium,ad explendum desiderium. Quæstus quoq;,& diuitiarum possessio,& multa alia,lib.4. dist.30 §.Exposito.

Matrimonij bona tria sunt,scilicet fides,ꝓles,sacramentum.In fide attenditur ne post vinculum cõiugale cum alio,uel alia coeat̃.In prole,vt amanter suscipiatur,religioseq; educetur.In sacrõ, vt coniugium non separetur,& dimissus,vel dimissa alteri etiam,nec causa prolis coniugatur.lib.4.distinctio 31.§.Post.hæc, & §.& est,&.§.Cum ergo.

Matrimoniũ contractum pp causas minus honestas est nihilominus matrimonium,bñ constat de cõi consensu verbis de præsenti expresso.lib.4.dist.30.§.Exposito.Et licet finis huiusmodi contractus non sit bonus, coniugium tamen bonum est,quia sacr̃m non contaminatur vita,vel intentione alicuius peruersa eadem. §.Et licet Etiam si sola libidinis causa contrahant,dũmodo prolem,non vitent aliquo dolo malo. eadem. lib.1.dist.13 §.Qui verò.Si dum contrahitur, in hoc consentiunt,coniuges,vt prolem vitent non est matrimonium.Si verò post contractum talis dolus interuenerit,non soluitur per hoc vinculum matrimoniale.

Matrimonium non sp habet hæc tria bona,fidẽ prolem,sacramentum,imò interdum deest fides,vbi alter adulteratur.Bonum ẽt prolis non omnibus adest, nec tñ ideo coniugium esse desinit.Sacramentum verò ita inseparabiliter hæret coniugio legitimarum personarum,vt sine illo coniugium esse non posit,quia semper manet inter viuentes vinculum cõiugale,etiam diuortio celebrato lib.4 dist.31.§. Et est sciendum.

Matrimonij actus.Hieronymus:In matrimonio liberorũ opera concessa sunt:voluptates autem, quæ de meretricũ amplexibus capiuntur, in vxore damnatæ. li.4.dist 31.§.Cum ergo Supra,Coitus.

Matrimoniũ in sacris ordinibns ꝯctũ,scilicet sacerdotio,diaconatu,subdiaconatu,ẽt si copula sit secuta, dirimitur,& nullũ est.In alijs verò ordinibus minoribꝰ ꝑmittit̃ dũmõ nõ assumpsserunt religionis habitũ, vel votum continentiæ fecerint lib.4 dist.37 § Sunt igitur Hodie sic contrahentes scienter, sunt vtiq; excommunicati de voto,& voti re.ca Vno.lib 6.

Matrimonio,quæ personæ sunt legitimæ, ad contrahendum.Supra,Legitimæ.

Matrimonij varia dispensatio fuit. Nã ab initio vna vnius,& filii Adæ cum filiabus eiusdem coniũgebantur Post diluuium verò vni licuit habere plures vxores,vt cultus Dei multiplicaretur.In lege autem prohibeatur cum sorore,nepte,amita,matertera,& nuru, ac quibusdam alijs.Et permissum fuit diuortium,& libellus repudii, & quod qui dimisit vxorẽ,aliam ducebat,non vt concederetur discidium, sed vt tolleretur homicidium.Permisit lex fieri mala,ne fierent peiora. Prohibeatur etiam multiplicatio vxorum, & ꝑmittebant̃ plures,& non plurimæ.Sed in noua lege vna vni eodẽ tempore cõceditur.lib 4.distinctio.33 § Quæritur. § Quod verò §.Sed nũquid,Infra,Vxores plures.

Matrimonium impuberum.Supra,Aetas.

Matrimoniũ in gradu prohibito.Supra,Contractus.

Matrimonium si contrahunt compater cum patre, vel pater mater spiritualis cum filio spirituali,separentur,& graui pœna plectentur.libro,4 distinctio. 42. § Spirituales.

Matrimonium infidelium est verum, & legitimum sed non ratum.Legitimum,quia inter legitimas personas,sed non ratum,quia sine fide,libro.4 distictio 39. §.Copula ergo.

Matrimonium infidelium quomodo excusat coitum.Supra Coitus infidelium.

Matrimonij, vel nuptiarum celebrandorum tempus,Infra. Nuptiæ.

Matrimonium impedit coactio Sup:Matrimonium requirit.Item,Error. Sup. Error. Item dispar cultus. Sup.Cultus.

Matrimonii consensus de quo sit, Sup. Consensus habitationis.

Matrimonium qnando, & quando dicatur coniugium,& quando sint coniuges,Supra,Coniugium est.

Matrimonium separari non debet pro aliqua cã seu infirmitate.aut quocunq; horribili fœditate, sed sibi necessaria prouideant,nisi pro sola fornicationis causa.lib.4.dist.34 §.Illud etiam.

Matrimonii separatio duplex est, scilicet corporalis,q̃ fit causa fornicationis,vel ex cõi consensu,cã religionis siue ad tempus siue vsq; ad finem. Sacramẽtalis verò inter legitimas personas dum viuunt fieri nõ potest.Aug.Vsq; adeo,inquit,manent inter viuentes semel inita iura nuptiarum,vt potius sint inter se coniuges etiam separari,quàm cum aliis quibus adhęserint, imò,si communi consensu religionem ingrediuntur, non rumpitur vinculum illud, sed firmius erit.lib 4. di.31.§.Separatio autem.

Matrrimoniun accusari possunt in gradu prohibito ꝯctum cognati vtriusq; sexus,vel si cognati nõ sunt. tunc antiquiores,& veraciores extranei, quibus hoc notum est,quorum trium, vel duorum testimonium sufficit.lib.4 dist.41.§. Et est sciendum.

Matrimonium patriarcharum.Infra:Virginitati.

Matrimonium,Sup.Cuniugium.Inf. Sponsalia. Inf. Sponsus.

Matrimonii sacramentum iterari quomodo potest, & quomodo non,Infra:Vnctio.

Mæchiæ nomine omnis concubitus illicitus intelligitur,& prohibetur illorum membrorum non legitimus vsus.lib.3.dist.37.§.In secunda.

Mæchis & adulteris infligitur derigore pœna non nubendi, vt alii terreantur.lib.4 dist.27 §.Hæc etiam.

Mediator noster solus filius,& non pater, nec spiritussanctus dr̃.Vnde. Vnus mediator Dei, & hominũ, hõ Iesus Chr̃s,eo,quòd medius inter Deum, & hoĩes, ipsos reconciliauit lib.3.dist.19.§ Qui solus.Et dr̃ mediator ẽm humanam naturam,non ẽm diuinitatẽ, qa non est mediator inter Deum,& Deum, quia vnus est Deus.Mediator enim esse non potest nisi inter duo extrema.eadem §.Vnde,& Infra:Reconciliari.

Memoria non solum est absentium, & præteritorum,sed etiam præsentium, alioquin non se caperet. lib.1.di.3.§.Voluntas.

Memoria,& aliæ potentiæ animę,fuerunt per pc̃m̃ corruptę.lib.2.dist.23 §.Vnde manifestum est.

Mendacium prohibetur in prohibitione falsi testimonij.lib.3.dist.37.§.In secunda.

Mendaciũ oẽ est peccatum,etiam si prosit,& nemini obsit,quia verba sunt instituta,non vt per ea hoĩes inuicem fallant,sed vt in alterius notitiam suas cogitationes ferant.Vti ergo vebis ad fallaciã,nõ ad quod instituta sunt,peccatum est Non tamen ac omni mendacio illud psalmistæ intelligitur:Perdes oẽs, qui loquuntur mendacium Nec hoc præcepto omne mẽdacium prohibetur,sed illud dũtaxat,quod obest alicui, quia illud dr̃ aduersus proximum.lib.3.dist.37.§ In secunda:Et eodẽ.lib.di 38.§.Mentiri verò.

Mendacium est fãlsa significatio vocis,cum intẽtione fallendi.Hoc propriũ est mentientis,aliud habere clausum in corde,aliud promptum in lingua.libro.3 di. 38.§.Hic videndum.

Mentiri est loqui ꝯtra hoc,qđ quis aĩo sentit, siue illud sit verum,siue non.Omnis ergo,qui loquitur mendacium mentitur,sed non econuerso. Nã quis aliquãdo verum loqui mentitur, & econoerso quis falsum loquen-

loquendo verax est. Nemo ergo mentiens iudicandus est, qui dicit falsum, quod putat verum, quia quantũ in ipso est non fallit, sed fallitur. Potius ille mentitur, qui verum dicit, quod putat falsum. libro. 3. distinctio. 38. §. Mentiri verò est.

Mendacij tria sunt genera. Quoddã fit pro salute, & cõmodo alicuius, nõ malitia, sed benignitate, sicut obstetrices, & Raab mẽtitæ sunt. Quoddã fit ioco, quod non fallit, scit eñ cui dr̃ cã ioci dici. Et hæc duo genera mendaciorum non sunt sine culpa, sed nõ cum magna. Tertium genus cunctis valdæ cauendum, est, ꝙ ex malignitate, & duplicitate procedit. libro. 3. distinct. 38. § Sciendum tamen.

Mendaciũ obstetricum, & Raab fuit veniale pctm̃; Augustinus: Forsitan sicut obstetrices non remuneratæ sunt, quia mentitæ sunt, sed quia liberauerunt infantes, & pp hanc misericordiam fuit pctũ veniale, non tñ nullum: sic Raab liberata est pp liberationem exploratorum, pro qua fuit veniale. Ibidem. Peccatum.

Mendacij octo sunt genera secundum Aug. Primũ est capitale, quod fit in doctrina religionis, ad quod nulla causa debet quisquam adduci. Secundum est, ꝙ nulli prodest, sed obest alicui. Tertium, quod alteri ita prodest, vt obsit alteri. Quartum, quod fit sola mẽtiendi, fallendiq; libidine, quod maximum mendacium est. Quintũ, quod fit placendi cupiditate de suaui loquio. Sextum, quod nulli obest, & prodest alicui: tamẽ in re temporali tantum. Septimum, quod nulli obest, & prodest alicui, ad vitam corporalem seruandam. Octauũ, quod nulli obest, & alicui ꝓdest, vt ab immũditia corporali aliquẽ tueatur: sicut volenti aliquã opprimere, dicatur, quod cognita sit à leproso. In his tãto minus, quis peccat mentiendo, quãtomagis a primo recedit, Quisquis verò aliquid genus mendacij esse putauerit, quod peccatum non sit, decipit seipsum turpiter. Oẽ ergo mẽdacij genus summopere fuge, quia omne mẽdacium non est ex Deo, & os, quod mentitur occidit animam. Ibidem.

Mentiri perfectis non conuenit, nec pro temporali vita alicuius, ne pro corpore alterius animam suam occidant. Licet autem eis verum tacere, sed non falsum dicere. Ex his videtur imperfectis mendaciũ, quod ioco fit, vel pro salute alicuius, esse veniale. Perfectis verò id, quod pro commodo alterius dicitur esse damnabile. Similiter, & iocosum, præcipuè si itere tur. li. 3. dist. 38. § Sciendum tamen. Notandum, quòd viris, qui sunt publicè perfecti quantumcunq; paruũ mendacium videtur esse mortale, quia faciunt contra dictamen conscientiæ. Nam eis dictare debet conscięntia nullo modo esse scienter mentiendum. Et etiam scã dalizant alios actiuè, quia eis adhibetur fides tanquã conseruatoribus veritatis, & sic dum mendacium in eis depræhenditur, nec ipsis nec alijs crederetur, & fieret magnum præiudicium veritati. Et de illis intelligit Aug. ne animam suam occidant. Secus de occultè perfectis, vel etiam imperfectis.

Mentiens humilitatis causa, si non erat peccator antequam mentiretur, mentiendo efficitur, quod vitarat.

Mentitus nõ fuit Iacob dicẽs se Esau. esse, Sup. Iaco.

Mens capit aliqñ pro aío, vbi est imago trinitatis. propriè aũt mens non dr̃ anima ipsa, sed quod in ea excellentius est. li. 1. dist. 3. Volnntas. Supra. Imago trinitatis secundo.

Mereri post hãc vitã nullus põt. li. 4. di. 45. §. Neque.

Meritum omne est ex gratia principaliter. lib. 2. di. 27 § Quæ ipsa.

Meritũ hois est ex gr̃a, & libero arbitrio. Ibidem.

Meritũ consistit in actibus virtutum. Et cum fides, vel charitas, aut alia virtus dr̃ aliquid mereri, intelligitur de actu illius virtutis. li. 2. dist. 27 § Hic videndum, & eadem. § Cum ergo dicitur.

Merita nostra sunt dona Dei, & ea Deus remunerãs, sua in nobis dona remunerat. libro. 2. distinct. 27 §. Et muneribus.

Meritum vtrum præcesserit præmium in angelis bonis. Supra. Angeli beati fuerunt.

Meritum Christi. Supra. Christus meruit.

Michael interpręatur, quis vt Deus, & creditur ab aliquibus, ꝙ de superiori ordine sit. Et ſm quosdã nõ vnius singularis angeli nomen est, sed nunc illius, nunc alterius: ſm quod aliquis ad aliqua nuntianda mittit, ſm hoc sibi nomẽ assumit. Alii dicunt nomẽ esse vnius singularis angeli, & non officii. Similiter. Gabriel, & Raphael. libro. 2. di. 10. § Et putant Supra. Angelorum nomina.

Ministri Christi siue ecclesiæ debẽt esse septiformi gratia spiritussancti decori, quorũ doctrina, & conuersationis forma eadem gratia in alios tiansfundat̃. li. 4. di. 24. §. Tales autem.

Ministros paucos, & bonos habere meliùs est, quàm multos inutiles. li. 4. di. 24 §. Tales autem.

Ministri malitia sacramentis non obest. Infra. Sacerdos malus.

Minui nõ põt, nec augeri Dei scientia, sicut nec eius sapiẽtia siue essentia, quod idẽ est ei, scilicet, esse, quod sape, & sape. ꝙ scire. Et tñ cõcedit, posse scire, ꝙ nõ scit & posse non scire. quòd scit, quia possit aliqd esse subiectũ eius scientiæ, quod non est, & possit non esse subiectũ aliquid, quod est, sine permutatione ipsius scięntiæ. libro. primo, di. 19 § Nunc postquam.

Miser. Aug. Nec tam miserum est non adipisci, quod velit. quam adipisci velle, quod nõ oportet. Mala eñ voluntate solus miser quisq; efficit: sed miserior cum desiderium malæ voluntatis adimpletum. Continuè miseri sunt, qui vel non habent, quod volunt, vel id habẽt, qđ nõ rectè volunt. li. 4. di. xlix. Solet ẽt quæri de.

Miseria nulla esset, si peccatum non fuisset. li. 2. di. 4 § Post hæc. Libertas.

Misericordia Dei propriè est vna, sicut, & iustitia, & voluntas, ꝙ est ipsemet Deus: tamen propter multos effectus cuiuslibet prædictarum dicuntur pluraliter li. primo, di. 45 § Aliquando.

Misericordia Dei non necessitate, sed voluntate, & gratis datur. Infra. Obduratio.

Misericordiam, & iustitiam, Deus seruat. § Supra Deus misericors.

Misericordia ẽt reprobis exhibitur. Supra Dei viæ.

Misericordiæ, & iustitiæ attribuuntur omnia opera Dei. Supra Dei viæ, & Infra. Opera Dei, & se.

Missa dicitur, quia missa est hostia, cuius cõmemoratio fit in illo officio. Vnde dr̃, Ite missa est, id est, sequimini hostiã, quæ missa est, ad cœlestia tendentes, vel missus cœlestis venit ad consecrandum corpus dominicum, ꝓ quẽ ad altare cœleste defertur hostia, unde, & dr̃, missa est, lib. 4 di. 24. Ordo autem.

Missio filii Supra, Filius missus, & se, Infra, spiritussan. Infra, Processio.

Missio temporalis, uisibilis, & inuisibilis, Infra, spiritussanctus temporaliter.

Missio spũssancti. Infra, processio, Infra spũssanctus.

Mitti non dicitur pater. Infra. Pater non dicitur.

Mittuntur angeli omnes. Supra Angeli omnes.

Mysteriũ fidei credi salubriter põt, inuestigare salubriter non potest. li. 4. di. 11. §. Sed huic. Hoc intelligitur, si hoc quis uelit ratione compræhendere, quòd dominus uoluit occultare, & talis peccat. Vnde Prouer. 25. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur a gloria. Sed tamen disputare ad defensionem fidei, & ea quæ

quæ necessitatis sunt, inuestigare quis potest.

Mors quid sit. Infra. Mutatio.

Mors duplex. Mors quam timent homines, quæ est separatio animæ a carne. Mors quam non timent homines, quę est separatio animæ a Deo. Vtraque verò diaboli suasu homini propinata est. li. 3. dist. 32. §. post prædicta. Infra. Mutatio.

Mors animæ, est peccatum. Nam sicut anima est vita corporis, ita Deus est vita animæ, a quo separat peccatum lib 3. d. 19 §. Hic oritur.

Mori, & non mori quomodo, & quando, & quo statu potuit homo. Supra primus.

Moriendi habuit necessitatem ex suæ conditionis necessitate, sed eam sola uoluntate assumpsit, li. 3. dist. 16. §. Hic oritur.

Mors Christi a diabolo, & a peccato nos liberat, ꝙa per eam iustificamur, id est, a peccato soluimur, & sic a diabolo liberamur, & pœna futura. li. 3. distin. 19. §. Nunc ergo.

Mors Christi iustificat nos, quia immensa charitas Dei in ea apparet, & nos accendit ad diligẽdum Deũ, & sic a peccato liberamur. Vel quia per fidem mortis eius a peccatis mundamur. libro tertio, distinctio. 19. §. Nunc ergo.

Mors Christi diaboli potestatem restrinxit, vt etsi iã sicut ante tenet, non tamen adeo prævalere potest li. 3. di. 19. §. Nunc ergo.

Mortalis, & immortalis fuit Adam. Supra hõ primꝰ

Mortem Deus nõ facit, id est, non fecit illud ꝓ quo mors infligitur licet dicitur alibi, vita & mors a domino, li. 2. di. 37. §. Sciendum est tamen.

Mortificantur opera bona, pec peccatum. Inf Opera bona. Et mortuos tres fuscitauit Christus. Infra. Pœnitentiæ tres.

Motꝰ nullus ĩ Deũ cadit, li. 1 d. 45 §. Iã de volũtate.

Motus, qui intenditur in corporis sensus atq; appetitus rerum ad corpus pertinentium, ex sensualitate est, & dicitur motus sensualis, & est nobis pecoribusque communis. lib. 3. di. 34. §. Est enim.

Motus sensualis cum illecebrã peccati conceperit quasi serpens suggerit mulieri, id est, inferiori parti rationis. Et si illecebra in motu sensuali tantum tenet veniale, ac leuissimum peccatum est. li. 2. di. 24. §. nũc super est. Infra Tentationis ordo.

Motus voluntatis duplex. Infra. Voluntatis malę.

Motus primus quis sit. Infra. propassio. Infra. Tentationis ordo.

Motus siue affectus animi boni, vel mali sunt ex libero arbitrio. Boni tamen ex gratia simul, & libero arbitrio.

Mali uero ex libero arb. tantum. li. 2. di. 37. §. Si igit̃. Supra Caderet.

Motus mentis siue effectus sunt bonæ uoluntatis, ꝙ bus quasi passibus, vel gressibus tẽditur ad patriã l 2. d. 38. §. Sed q̃rit̃ vtrũ omnes, Et l. eodem, d. §. Si igitur.

Mulier formata est de costa viri in ipso paradiso, qñ immisso sopore ipse obdormiuit li. 2. di. 18. §. In eodẽ quoq;. Et ideo de latere, vt ostenderetur, quia ei in cõfortium creabatur dilectionis, & ob coniugalem societatem, ne de capite facta ad dominationem videretur viro præferenda. Aut si de pedibus, ad seruitutem subijcienda. Vnde nec domina nec ancilla ei parata ẽ. eadem. §. Cum autem. Et lib. 4. d. 28 §. Hic quæritur.

Mulier de costa dormientis, & nõ vigilantis facta ẽ, primò, vt ostendatur vir in illius formatione nõ doluisse. Secundò, vt ostenderentur potentiæ Dei mirabilis operatio, quòd dormienti costam abstulit, & tñ ipsum non excitauit. Tertiò, vt figuraretur sacramentum Christi, & ecclesiæ, vt sicut mulier de latere viri dormientis, sic ecclesia ex sacramentis, quæ profluxerunt de latere Christi dormientis in cruce. li. 2 di. 18. Non sine.

Mulieris corpus de sola costa sine additamẽto alio factum est. li. 2. di. 18. §. Solet etiam. Et hoc factũ est a Deo, quamuis ministerio angelorũ: Angeli tñ nõ fuerunt creatores, Nõ tñ fiebat ſm causam seminalẽ rebus conditis insertã, i. materialiter ita non habebat rerũ conditio, vt fœmina sic fieret, sed præter naturam. Cuius causa erat in loco abscondita, vt mirabiliter ita fieri posset. eodẽ §. Omniũ, Sup. Causæ primordiales.

Mulier quare primò tentata est. Infra, Tentauit.

Mulier nõ horruit serpentẽ loquẽtẽ, quia quẽ creatũ cognouit, etiam a Deo loquendi officiũ accepisse putauit, lib. 2. d 21. §. Sed quia.

Mulier qualiter tentata est, li. 2. d 19. §. Tẽtatio aũt.

Mulier q̃rẽs dragmã ẽ dei sapiẽtia, Supra filius incar. (natus.

Mulier circũdedit virum, Supra Christo.

Mulierum iustificatio in lege, Supra circuncisio.

Mulier virum in captiuitate mortuũ putans, si alterni nupserit excusatur; quidem aliquo modo, vt nõ fornicari iudicetur, si tamen uiro remeante ad ipsum redierit: alioquin per excommunicationem compellatur ad ipsum primum redire, li. 4 di. 38. §. Hic quærit̃.

Mundus pp hominem factus est. Sup. homo factus.

Mundo quomodo vtendum est, Infra. Res aliæ.

Mundus qualis fuit in principio, Infra: Tertia illa.

Mundi ornatus a luce cepit Supra. Lux prima.

Munera Deus respicit secundum dispositionem offerentis. Supra. Abel.

Muscipula fuit crux Christi, Supra Caro enim.

Mutari solus Deus nõ põt, nec per loca nec per tẽpora li. 1. dist. 8. §. Dei etiam.

Mutatur creatura per loca, & temporalia. Moueri per tempora, est per affectiones moueri, li. 1. d. 8. Dei etiam, Et, li. eo dẽ, di. 37. § Mutari autem.

Mutari per tempora, quid est, li. 1. di. 8 §. Dei etiã, & li. eodem, di. 33. §. Mutari.

Mutari per loca, quid est l. 1. d. 33. De mutatione.

Mutatio in omni natura mutabili, est mors quædã quia facit in ea aliquid non esse, quod erat. Vnde licet anima immortalis dicatur, quia secundum modum suum nunquam desinit viuere: habet tamen quendã mortem suam, quia si iustè uiuebat, & peccat, moritꝰ, instităiæ, si peccatrix erat, & iustificatur, moritur peccato. Sic & cælestis creatura mori potuit, ꝙa angeli peccantes facti sunt diaboli, lib. 1 dist. 8. §. Dei etiam.

Ascitur aliquid de alio multipliciter, nec tamen semper dicitur ipsius filius, nec econuerso li. 3. d. 4. §. Sed non, Su. Christus natus.

Natus de aliquo non dicitur semper eius filius, nec filius alicuius, dicit̃ ſm per ab eo natus, l 3. d. 4 §. Scilicet non.

Natiuitas filij, & processio spiritus sancti differunt Infra. Processio.

Natiuitas propriè dicitur in lucem editio, dicitur ẽt ipsa infusio animæ, quæ aliàs dicitur secunda natiuitas, id est conceptio lib 2. d. 31. §. Sed ad hoc.

Natiuitates duas habuit, & bis natus est Christus. Supra. Christus bis

Natus ẽ Chr̃s pp nos, quia pp nostrã salutẽ. Secũdũ nos, quia natus est hõ ex muliere Super nos, ꝙa nõ ex semine sed ex spiritu sancto li 3. d. 8 §. Quę etiam.

Natiuitas Chr̃i a nr̃a differt, quia eiꝰ natiuitas fuit sine viri semine, sed nostra cõficit̃ ex seminũ cõmitiõe.

Nõ ex semine hũano, sed effectu spiritussancti cõcreta ẽ caro Christi in utero virginis, Homines possunt generare filios, sed non facere. l. 3. d. 4 § Sed quæri.

Natura diuina non dicitur caro facta. Supra Christum factum.

Natura diuina non dicitur nata de virgine, quæ ẽt nec de patre genita dicitur. Et ſi aliquãdo ita dici inuenitur, ibi per naturam oportet intelligi perſonam. libro 3. diſtinctio. 8. §. poſt prædicta.

Natura dicitur naturã genuiſſe, & natura naturam aſſumpſiſſe. l. di. 5 §. Huic vero. Sed hoc de perſona intelligendum eſt nomine naturæ dici, quæ de patre, & matre nata dici poteſt. li. 3. d. 8 §. poſt prædicta.

Natura Dei ſiue eſſentia, & perſona idem ſunt. li. 2. diſt. 34. § prędictis autem.

Negatio addita alicui nomini non negat prædicatũ ſed ſolum negat illud, quod nomen ipſum ſignificat eodem nihilominus manente prædicato, vt ſicut genitus non ad ſe dicitur, ſed quod ex genitore ſit, ita cum dicitur ingenitus non ad ſe dicitur, ſed quod ex genitore non ſit oſtenditur: utrumque tamen relatiuè dicitur li. 1. d. 8. §. præterea conſiderandum.

Neophytus interpretaẽ nouitius, vel rudes. Et dr̃ neophytus, nuper ad fidem conuerſus vel in diſciplina conuerſationis religioſè rudis. li. 4. d. 6. §. Illa aũt.

Nihil dicitur eſſe peccatum Ioannis. 1. Sine ipſo factum eſt nihil, id eſt, peccatum, non, quia non ſit actio vel voluntas mala, quæ aliquid eſt, ſed quia a vero eſſe ſeparat homines, & ad malum trahit, & ſic ad non eſſe reducit. l. 2. d. 37. §. Sunt autem.

Nihil eſſe vel fieri dicuntur homines cum peccant, quia peccatum eſt nihil, quoniam a vero eſſe hominẽ elongat. Qui enim a ſummi boni participatione recedunt, quod ſolum verè, ac propriè eſt, meritò non eſſe dicuntur. li. 2. d. 37. §. Sunt autem.

Nocendi voluntas ineſt cuique, ſed poteſtas a Deo eſt l. 2. di. 21. §. Sed quia.

Nominata vna trium perſonarum in diuinis, etiã reliquæ intelliguntur, quia inſeparabile ſunt. l. 1. d. 21. §. Veruntamen.

Nominum differentiæ ſex, quibus vtimur de Deo loquentes, de tribus primis Ambroſius. Quo purius niteat fides, tripartita videtur deriuãda diſcretio. Sũt enim nomina, quæ euidenter proprietatem perſonãquæ deitatis oſtendunt, vt generatio filius, verbum, & huiuſmodi. Alia ſunt, quæ tranſlatiuè ſiue per ſimilitudinem de Deo dicuntur, ſiue, ſcilicet transferantur ad totam eſſentiam, ſiue ad perſonam Similitudinis verò ſplendor, character, ſpeculum, & huiuſmodi. Et ſunt q̃dã, quæ perſpicuè diuinæ unitatis. i. eſſentiã exprimũt, & veritatem, vt ſapientia, virtus, veritas, & huiuſmodi: lib. 1. diſt. 22 §. poſt & ſequen. Sunt etiam quædam, quæ ex tempore Deo cõueniunt, & relatiuè ad creaturam dicuntur, quorum quædam, de omnibus dicuntur perſonis, vt dominus, creator, refugiũ, quædam non de omnibus, vt donatus, datus, miſſus, & huiuſmodi. Præterea eſt vnum, quod de nulla perſona ſigillatim, ſed de omnibus ſimul dicitur, id eſt, trinitas. Et ſunt quædam, quæ ex tempore conueniũt Deo nec relatiuè, ſcilicet, expreſſè ſecundum rationẽ nominis, vt incarnatus, humanatus, & huiuſmodi. Eadem. §. Sunt etiam, Et. § Sciendum.

Nomina, quæ propriè pertinent ad ſingulas perſonas dicuntur relatiuè adinuicem, ſicut pater, filius, & utriuſque donum ſpirituſſanctus. Sed quæ relatiuè dicuntur, non dicuntur ſubſtantialiter quamuis ſubſtãtiam dicant, nõ tamen ſubſtantialiter, licet ſubſtantia & relatio in diuinis idem ſunt in re, differunt tamen ratione Ea vero, quæ vnitatem eſſentiæ, ſignant ad ſe dicuntur. Et quę ad ſe dicuntur, ſubſtantialiter dicuntur, & de omnibus communiter, & de ſingulis perſonis ſigillatim, & non pluraliter accipiuntur, id eſt in plurali numero, in ſumma, vt Deus bonus potens, magnus, & huiuſmodi. Vnde non dicuntur tres dij, tres magni, vel tres omnipotens, nec tres magnitudines, & huiuſmodi, quia Deus non eſt magnus ſiue potens &cætera ea magnitudine ſiuæ potentia, quæ non eſt, illud, quod ipſe lib. 1. diſt. 32 §. Sciendum. Et §. Deus.

Nomen tamen vnum excipitur, ſcilicet perſona, q̃ ſecũdum ſubſtantiam, de ſingulis perſonis dicitur, ſed in ſumma non ſingulariter, ſed ſpecialiter accipitur, vt dicatur, pater eſt perſona, &c. pater & filius ſunt duæ perſonæ, & huiuſmodi. lib. 1. diſt. 23. §. Prędictis adijciendum. Quod autem perſona ſecundum ſubſtantiã dicatur, oſtendit Aug dicens. Non eſt aliud Deo eſſe & aliud perſonam eſſe, ſed omnino idem eſt eadem. §. Quod autem. Dicuntur autem tres perſonæ, nõ tres dij, nec tres ſubſtantię, vt ſaltem vnum vocabulum ſeruaretur huic ſignificationi, qua intelligatur trinitas, ne omnino taceremus interrogãti, q̃d tres fateamur. Vnde dicitur tres perſonæ, non ut illud diceretur ſilicet, ſecundum propriam ſignificationem huius nominis perſona, ſed ne taceretur omnino. Non enim rei ineffabilis eminẽtia hoc vocabulo explicari poteſt. Iõ perſona pluraliter de eis dicitur, vt homo vno nomine, quærentibus de tribus reſpondeamus. Et quia cõmune eſt tribus id, quod perſona eſt eadem. §. Ideo, & eadem. §. Qua neceſſitate. & §. Iam ſufficiunt.

Nomina, quæ de una perſona in diuinitate dicunẽ ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum ſe conueniunt cuilibet illarum, ſed nomina relatiua proprietatem in portantia, ſic uni conueniunt, quod non alteri. li. 1. d. 27. §. Et eſt.

Nomina perſonalia, ut pater, filius, ſpirituſſanctus, & nomiua proprietatum, ſiue relationum, vt paternitas, filiatio, proceſſio, & huiuſmodi gignet, naſci procedere differunt, quia perſonalia non tantum ſignificant relationem, ſed etiam hypoſtaſes, Illa autem tantum relationes, & notiones, non hypoſtaſes li. 1. diſt. 27 §. Nec tamen. Et nomina illa genitor genitus, verbum imago, ſunt eodem modo nomina perſonarum ſicut pater, & filius, & ita deſignant proprietates perſonales, nec relatiuè dicuntur: non tamen ſapiẽtia ita dicitur ſicut verbum. Nam ſapientia ſecundum eſſentiam dr̃, non ſecundum relationem eadẽ. §. Hic non.

Nomina tamen illa Deus, lumen, ſapientia, & ſimilia dicuntur ſecundum ſubſtantiam, & nunquam relatiuè: tamen aliquando ponuntur pro relatiuis, i. perſonis, ſed non accipiũtur relatiuè, vt Deus genuit Deum, vel Deum de Deo, lumen de lumine, vbi alterũ pro patre, alterum pro filio accipitur. l. 1. di. 27. Hic quæritur: Tamen hoc poteſt ſolum fieri in nominibus eſſentialibus, & non perſonalibus, id eſt, non in alijs, qui ſimul ambobus non cõueniunt, vt filius a filio nõ dicitur, eadem. §. Et eſt ſciendum.

Nomina quædam tacere oportet propter hæreticos, quæ tamen aliàs rectè dicuntur, & creduntur in diuinis l. 1. diſt. 27. §. Illud etiam.

Nomina tranſlatiuè ſiue per ſimilitudinem de Deo dicta, ut ſpeculum, ſplendor, character, figura, & huiuſmodi intelligantur ex cauſis dicendi conſiderata rõne ſimilitudinis: ita tamen quòd catholicè. li. 1. d. 34. §. Præterea ſciendum.

Nomen quod eſt ſuper omne nomen, ſc3, honorificentiam (quod vocatur Deus) habuit Dei filius inquãtum Deus ab æterno, & per naturam. Sed inquantum homo factus eſt, habuit ex tempore, per gratiam. Vñ Aug. Hoĩ donatũ eſt illud nomẽ, nõ deo, q̃a forma crucifixus eſt in ea etiam ex alterius eſt, & in ea donatum eſt illi hoc nomen libro tertio diſtinctio 17. §. Nec tantum.

Nomen

Nomen Dei in uanum aſſumi prohibetur ſcdo præceptо, vel prohibetur iurare pro nihilo nomen dei ne creatura putetur eſſe filius Dei, quia omnis creatura ſubiecta eſt vanitati. li. 3. di. 37. §. Primum in prima.

Nomina angelorum, & dæmonum cum interpretationibus. Supra. Angelorum nomina.

Nomina ſignantia priuationem, ut tenebræ ſilentiũ & huiuſmodi. Infra. Tenebræ.

Nomina affinium, qui cognati dicunẽ nõ cognationis cauſa, ſed æquiuocationis, & neceſſitate vulgaris. Nã vxor fratris dr̃ potius fratriſſa, & mariti frater leuir, duorum autem fratrum vxores ianitrices, quaſi eandem ianuam intrantes. Soror viri gloſ. Sorores autẽ vir non habet ſpeciale nomẽ, nec vxoris frater, li. 4. diſt. 41. §. Hic dicendum.

Nox fuit in primo triduo omnino tenebroſa, quæ poſt creata ſydera aliqua luce claruit. l. 12. d. 3. §. Hic ẽ.

Numerus reperiẽ in diuinis. Supra. §. Nomina purè.

Numero differre, quid ſit. Infra. Perſonas numero.

Numerus electorum non poteſt augeri, nec minui, quia non poteſt utrunque ſimul eſſe, ſcilicet ut aliquis ſaluetur, & non ſit prædeſtinatus uel, q̃ aliquis dãneẽ, & ſit prædeſtinatus. li. 2. di. 40. §. Prædeſtinatorũ. Ibi ponitur ſubtilis ratio. Intelligentia enim conditionis implicitè veritatem facit in dicto, & impoſſibilitatem in uero.

Nuptias damnant Titiani. Infra. Titiani.

Nuptiæ cõmendantur Supra. Matrimoniũ bonum.

Nuptiæ non ſolum ſecundæ, ſed & tertiæ, quartæ quintæ, & ſextæ licitæ ſunt. Vnde. 1. Corrin. 7. Si mortuus fuerit vir eius, cui vult nubat. Nõ dicitur uir eius primus, vel ſecundus. li. 4. d. 32 §. Sciendum.

Nuptiæ non ſunt peccatum, licet apoſtolus ſecundum indulgentiam conceſſerit. Supra. Concubitus.

Nuptiæ non celebrentur, nec matrimonia, nec uxorẽ, quis ducat a ſeptuageſima vſque ad octauam paſchæ, & tribus ebdomadibus ante feſtum Iohannis Et ab aduentu vſque poſt Epiphaniã lib. 4 diſt. 32 § Nec ſolũ. Alioquin ſeparari debent, ſolũ ad tẽpus, in pœnã.

Nuptiæ primæ tantum a domino ſunt inſtitutæ, ſecũdæ vero ſunt permiſſæ. Et primæ nuptię benedictio ne Dei celebrantur ſoleniter, ſecundæ vero etiã præſenti carent gloria. lib. 4 di 42. §. Sciendum eſt.

Bduratio Dei eſt non miſereri, non q̃ ab illo irrogetur homini aliquid, quo homo ſit deterior, ſed tantum quo ſit melior non erogetur. lib. 1. di. 41. §. Si autem quærimus.

Obdurationis meritũ inuenimus, miſericordiæ verò meritum non inuenimus, quia nullum eſt miſericordiæ meritum ne gratia euacuetur. Miſeretur itaque ſecundum gratiam, quæ gratis datur obdurat autem ſecundum iudicium lib. 1. di. 41. §. Si autem quærimus, Infra: Reprobatio Dei.

Obdurare dicitur Deus. Sup Obduratio. Infra: Reprobatio Dei, Supra, Angelis conuerti.

Obduratio, & reprobatio differũt. Nam ſicut reprobatio Dei eſt nolle miſereri, ita obduratio fidei eſt nõ miſereri l. 1. d. 41. § Si autem. Nam obduratio, eſt quodammodo reprobationis effectus. i. gratiæ priuatio. Accipitur tamen aliquando reprobatio pro obduratiõe, ſicut & prædeſtinatio pro ſuo effectu, qui eſt gratiæ oppoſitio eadem. §. Si autem.

Obediendũ eſt omni poteſtati, ubi non iubeat ꝓtra Deum: in malis enim nulli poteſtati eſt obediendum. lib. 2 diſt. 41. § Hic oritur.

Oblatio placet ex offerente. Supra. Abel.

Obſtinatio eſt indurate mentis in malicia, pertinatio per quã fit homo impœnitens, lib. 2. d. 43. § Eſt ꝓterea. Iſta obſtinatio ẽ pcm̃ in ſpũm ſcm̃ eadẽ. §. Sed q̃ritur.

Occidẽdi nõ ſolum actus, ſed etiam voluntas prohibeẽ, ſecũdo pcepto ſecũdæ tabulæ. li. 3. di. 37. § 1 ſcda.

Occidẽs vxorẽ etiã adulteram homicida eſt, & prohibeẽ vlteriùs cõtrahere matrimoniũ. l. 4. d. 37. §. His adijciendũ. Si tñ contrahat tenet matrimonium, licet grauiter peccet: niſi primam idcirco occidiſſe, ut poſtea cum ea, quam per adulteriũ polluiſſet, contraheret, cũ qua ſi ꝓtraxerit erit matrimonium dirimẽdũ.

Odiẽdi ſunt parẽtes inquãtũ mali ſunt, & inimici diligẽdi inquãtũ hoies. Nã pcipimur diligere inimicos, odiſſe parentes. Vñ notãdũ, q̃ duo ſunt in hoĩe diligẽda, ſ. natura, & uirtus; & duo odiẽda, ſ. vitiũ, & pcm̃. Diligamus ergo inimicos lucrãdos regno dei. & odiamus ꝓpinquos, ſi nos impediũt à regno dei. Et in oĩb⁹ communiter naturã diligamus, quam Deus fecit li. 3. d. 29. §. Quæri etiam ſolet.

Odire inimicos prohibemur, & præcipimur eos diligere lib. 3 diſt. 29. §. Solet etiam quærit.

Offendiť plerũq; deus ne offendaẽ amicus exemplo Adã, qui noluit Euam contriſtari. lib. 2. d. 22 §. Ex quo.

Oĩpotẽs dr̃ deus, q̃a omnia põt li. 1. d. 32. §. Nũc de. Ambulare tñ loq; nõ & hmõi l3 Deus in ſe hr̃e nõ poſſit, nõ tñ ſunt illæ actiões aliene a Dei potẽtia, ſed pertinẽt ad ipſam. Ea tñ in creaturis operari põt. Facit. n. vt hõ ambulet eadẽ. §. Sed q̃rit. Nec ẽt peccare Deus põt, q̃a nõ eẽt hoc potẽtiæ, ſed infirmitatis. Si em̃ hoc poſſet deus nõ eẽt oĩpotẽs. Vñ Au. Magna potẽtia Dei eſt nõ poſſe mẽtiri Similiter nõ poſſe mori, nec falli. Si em̃ hmõi defectiõib. ſubijci poſſet deus, oĩpotẽs nõ eſſet. Põt tñ hęc in alijs operari eadem. §. Sed ſunt.

Oĩpotẽtia dei in duobus cõſiſtit, ſ q̃ oĩa facit, q̃ vult, & nihilo oĩno patit. Manifeſtũ eſt Deũ omnino nihil poſſe pati, & oĩa poſſe facere, ꝓter ea ſola, q̃bus eius dignitas læderet, eiuſq; excellentiæ derogaretur. Hæc enim poſſe nõ eſſet poſſe, ſed nõ poſſe li. 1. d. 42. §. Hic ergo. Et cũ dicitur, iõ ſolũ oĩpotẽs dici, quia põt omnia, quæ vult. Dicẽdũ, quod ibi omnia non capiť generaliter prout includit etiam mala, propter quæ addiť (quæ vult) nõ tamẽ ſolũ, quæ vult ſe poſſe, quia ita ẽt Petrus, vel quilibet ſanctus poteſt omnia, nec ſolũ, q̃ vult facere, ſed omnia, quæ vult fieri. Hęc põt per ſe, vt fiant, vel per creaturas, hoc nullus beatus põt, alioquin vellet omnes ſaluari eadem. §. Sed ad hoc,

Operatio trium perſonarum diuinarũ eſt cõis, & indiuiſa. l. 1. d. 15. Hic conſiderandum Aug. vbi una ꝑſona in aliquo opere nominatur, vniuerſa operari trinitas intelligatur. l. 3. d. 4. §. Cum uero Supra. Incarnatus eſt ſolus. Infra Trinitas opera.

Operari cum dicitur pater per filium, vel ſpm̃ ſcm̃ non intelligiť, quòd pater vtatur eis ad operandum ſicut inſtrumẽto, ſed itelligitur, quòd pater cum filio & ſpirituſſancto operatur, & ſine eis nihil facit. l. 2. d. 13. §. Hic quæri ſolet. Nec tñ dr̃ filius, vel ſpirituſſanctus operari per patrem, vt in patre monſtretur auctoritas, q̃a non pater a filio, ſed ecõuerſo filius a patre, & ſpũſctũs ab vtroq; habet vt opereẽ: ideo etiam filius dr̃ operari per ſpũm ſanctum. Eadem. §. Sed dicit. Poteſt etiam pater iõ dici operari per filium, q̃a eum genuit omnium opificem, ſicut dr̃ iudicare per ipſum, ſic ſuo modo de ſpũ ſancto dr̃, eadem. §. Poteſt &.

Operaẽ deus quatuor modis. Primo in verbo omnia diſponendo. Secundo ĩ materia informi quatuor elementorum, eam de nihilo creando. Tertio, per opera ſex dierum varias creaturas diſtinguendo. Quarto, ex primordialibus ſeminibus. Vnde non incognitę oriuntur naturæ, ſed notæ ſepiùs reformantur, ne pereant. l. 2. d. 12. §. Quatuor enim.

Opera ſex dierum. Supra, Diebus ſex.

Opera Dei dicuntur alia opera misericordiæ, alia iustitiæ,& sic de alijs:cum tamen eadem sit misericordia,& iustitia, scilicet ipsa diuina essentia Et talibus locutionibus non diuersitas subiacentis rei his vocabulis significata exprimitur, sed varietas sensuum,& effectuum in creaturis monstratur, &c. li. 4. dist. 46. §. Sed quomodo.

Opera quædam attribuuntur misericordiæ, quædã bonitati Dei Aug. super psal. 115. Ad misericordiã inquit pertinet, quod a peccatis mundat,& de miseria liberat. Ad bonitatẽ verò, ꝙ cęlũ, terrã, & oĩa valde bona creauit ut essent. Misericordia igiẽ est erga miseros bonitas erga quoslibet. li 4. di. 46. §. Quod autem.

Opera omnia Deus iustæ,& misericorditer facit. Iõ in omni opere Dei est misericordia,& iustitia, secũdũ effectum, vel signum, siue occultè, siue apertè, aliquando apertè est misericordia, & occulta iustitia, aliquãdo econuerso. lib. 4. di. 45. §. Post hæc.

Opus bonum per quatuor impeditur, scilicet per ignorantiam facientis, arduitatẽ operis immensitatẽ laborũ,& prauitatem detractorum,& per quatuor ꝓmouetur, scilicet per fiduciam de Dei auxilio, spẽ mercedis, zelum ardẽtẽ, defensionẽ veritatis. In prologo.

Opera qñ dicuntur bona, vel mala. Su. Actus boni.

Opera extra fidem facta. Supra. Actus omnes.

Opera bona sola dicuntur, quæ fiunt per dilectionem Dei. li. 3. di. 23. §. Aliud est.

Opera bona, & pœnitentia mortificantur per sequens peccatum, sed reuiuiscunt per sequentem pœnitentiã, illa scilicet, quę ex charitate prodierunt. Sola enim illa viua sunt, quæ in charitate fiunt, & hæc per peccatum mortificata, reuiuiscunt per pœnitentiam sequentem. Quæ uero in peccato fiunt mortua generantur,& ideo non reuiuiscunt. lib. 4. dist. 14. §. Post & eodem. dist 15. §. Quibusdam.

Opera in peccatis facta, nihil prosunt. Nihil eñ prodest ieiunare,& orare,& alia religionis opera facere, nisi mẽs ab iniquitate reuocetur. li 4 d. 14 § Post hęc.

Opera bona in mortali facta non proficiunt ad vitam æternam obtinendam, sed ad tolerabiliùs extremi iudicii sententiam, sustinendam. li. 4. di 15. §. Quibusdam. Similiter facta in charitate, sed per peccatũ mortificata valent ad mitiorem pœnam. Nã non sunt in memoria Dei, scilicet ad vitam, æternam obtinẽdã. Gregorius. Hoc nobis maximè considerãdum est, qa cum mala committimus, sine causa ad memoriam facta bona reuouamus. Quouiam in perpetratione malorum, nulla debet esse fiducia bonorum pręteritorũ Et hoc nisi per pœnitentiam reuiuiscant ea. §. Ex his. Nec tamen quisquam desperet, sed interim quicquid boni potest facere faciat, vt deus cor eius illustret ad pœnitentiam. eodem lib. 16. §. Et sicut.

Opera extra charitatem facta vltra prædicta superius, proximè ualent ad mitiorem pœnã. li. 4. di 15. §. Quibusdam. & eadem. § Ex his. Item ut homo illustretur ad pœnitentiam, & citiùs gratiam obtineat eodẽ li. dist. §. Et sicut sunt.

Operibus legis nunꝗ aliquis iustificatus est, etiã si i fide,& charitate fierẽt. Et si sãguis hircorũ,& taurorũ, & cinis vituli aspsus inqnatos sanctificabat ad emundationẽ carnis, nõ animæ, li. 4. di. 1. §. Sacramentum.

Opus librorum sententiarum confectũ est ex testamentis virtutis, in quatuor libros distinctum, & libri per distinctiones, & distinctiones per capitula, in quo maiorum doctrina patrum traditur, & fraudolentia doctrinæ viperex, & hæreticę aperitur, nec debet ab aliquo superfluum reputari, cum ab hoc fiat, vt quærenti nõ sit necesse librorum numerositatem reuolue re, cui breuitas collecta, quod quæritur, offert sine labore. In prologo eiusdem.

Orãt sancti pro nobis,& qualiter. Infra. Sancti intercedunt. Infra. Sancti sunt.

Oratio Christi vtrũ exaudita fuit. Sup. Christus orando. & se.

Oratio Christi qualis fuit. Ibidẽ. & Supra. Christus orans.

Orans pro martyre iniuriam martyri facit. Supra. Martyri facit.

Orandum est pro quocunque in hac vita cõstituto. etiam quantumcunq; pessimo, nec est desperandum. lib. 2. d. 43. §. Est etiam.

Orationes nostras angeli offerunt. Supra. Angeli orationes.

Orantes cur non dicimus. pater nostes qui es vbiq; Supra Cœlum significat.

Orantes non docemus Deũ, quia ait verbum eius. Scit pater vester, quid vobis necessarium sit priusquã petatis ab eo. Nec ista ex tempore cognouit, sed futura tempora omnia, atque in eis etiã quid, & quando ab illo petituri fueramus Et quos, & de quibus rebus vel exauditus, vel nõ exauditurꝰ esset, sine initio ante præsciuit li. 4 di. 45. §. Sed fortè.

Ordo naturæ qualis sit inter personas diuinas. Sup. Aequalis potentia.

Ordo est multitudo cœlestiũ spiritũ, qui inter se in aliquo munere gratiæ similantur, sicut & in naturaliũ datorum munere cõueniũt, vt verbi gratia. Seraphin dicũtur, ꝗ præ alijs, ardent charitate, ita oẽs eiusdẽ ordinis simulãtur in munere charitatis, Seraphin eñ interptaẽ ardens siue succendens. Cherubin, qui præ aliis in sciẽtia eminẽt. Cherubin n. interpretaẽ plenitudo sciẽtiæ. Thronus dr̃ sedes. Throni aũt uocanẽ, ꝗ tãta diuinitatis gratia replenẽ, vt in eis sedeat Deus,& per eos iudicia discernat, atq; informet. Dominatiões dicuntur, qui principatus,& potestates transcendunt. Principatus dicũtur, ꝗ sibi subiectis, ꝗ sunt agẽda disponũt, eisq; ad explenda diuina mysteria principanẽ. Potestates nominãtur, ꝗ hoc cæteris potentiùs in suo ordine acceperũt vt virtutes aduersæ eis subiectæ eorũ refrenenẽ potestate, ne hoĩes tentare tãtũ valeant, quãtũ desiderãt. Virtutes vocanẽ, ꝑ quos signa,& mirabilia frequẽter fiũt. Archãgeli, ꝗ maiora nũeiãt. Angeli, qui minora lib 2. d 9 §. Hic considerandum.

Oĩa tñ dona illa in oĩbus sunt, nõ quidẽ æqualiter, quia alii aliis sublimiùs possidẽt, quæ tamẽ oẽs habẽt Et licet oĩa dona gratiarum superiores ordines sublimiùs,& perfectiùs perceperant, tñ sortiti sunt vocabula ex præcipuis, relinquẽtes cæteros ordines sublimiꝰ, & perfectiùs perceperãt tñ sortiri sunt vocabula ex p̃cipuis, relinquẽtes cætera inferioribus ordinibus. Nomina tñ illa illis nõ pp se, sed pp nos data sunt, ut ꝗ sibi noti sunt contemplatione, innotescant etiã nobis cognominatioue. Vnde Grego. In illa summa ciuitate quisq; ordo eius rei cẽleẽ nomine, ꝙ pleniùs accepit in munere eadẽ § Hæc nomina. Qđ tñ intelligitur de oĩ re, ꝗ aliis pleniꝰ accepit, sed ab aliqua rerũ quas accepit, s. dominatur, eadẽ § Sed oritur.

Ordines angelorũ nouẽ, distincti sunt in tribus. Hierarchiis. Et supiores sunt Seraphin, Cherubin, & Dominatiões, Throni. Medii sunt: Prĩcipatꝰ, Potestates. Inferiores aũt sũt Virtutes, Archangeli, Angeli, l. 2. d 9. §. post p̃dicta. Ordines angelorũ nõ fuerũt ita distincti añ lapsũ aliorũ. Nec obstat, ꝙ dicunẽ de singulis ordinibus aliꝗ corruisse, qa intelligiẽ si perstitissent, eorũ aliꝗ ĩ singulis ordinibus fuissent, l 2. d 9. §. Iã nunc.

Ordo decimus ex hominibus dr̃ restaurãdus, quod intelligitur sic, quia de hominibus restaurabitur, qđ in angelis lapsum est, de quibus tot corruerunt, unde possit

possit fieri debimus ordo. libro 2. di. 9. §. Notandum. Supra. Angelorum ruina.

Ordo est quoddam signaculum, id est sacrũ quoddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato. Caracter ergo spiritualis vocatur ordo, nel gradus vbi fit promotio potestatis. lib. 4. dis. 24. §. Si autem.

Ordines dicuntur sacramenta, quia in eorum perceptione res sacra. i. gratia confertur, quam figurant ea, quę ibi geruntur. lib. 4. di. 24. § Si autem.

Ordinis sacramentum non est iterandum. Supra. Iterare.

Ordines siue spiritualiũ officiorum gradus, sunt septem, propter septiformem gratiam spiritussancti, cuius, qui non sunt participes, indignè ad eos accedũt. Sed indignè accedentes gratiam ampliorẽ ꝑcipiunt. l. 4. d. 24. §. Nunc ad considerationem.

Ordines septẽ siue gradus ecclesiastici sunt, Ostiarii Lectores, Exorcistæ, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, Sacerdotes. Oẽs tñ uocantur clerici. i. sortiti. li. 4. d. 24. §. Tales. Quorũ singulorum officia, require in singulis vocabulis.

Ordines duo sunt, s. diaconatus,& presbyteratus, qui tantum sacri censetur, secundum canones, quamuis omnes alij etiam sint sacri, quia his solum legitur primitiua ecclesia habuisse. lib. 4. di. 24. §. Septiformis. Hoc verum est secundum antiquos canones, sed hodie etiam subdiaconatus sacer censetur.

Ordo quilibet, quando,& quomodo conferẽ. Et ibi Chr̃s illum exercuit. Vide in singulorum vocabulis.

Ordinatio simoniaca triplex est. Infra. Simoniacè.

Ordinati a simoniacis ignoranter, sustinentur misericorditer in suis ordinibus, li. 4. di. 25. §. Differt tñ. Supra. Episcopi hæretici. Infra Simoniaci.

Ordinati ab hæreticis. Supra. Episcopi hæretici.

Ordinandorum ætas. Infra. Subdiaconus.

Ordo impedit matrimonium. Infra. Sacris.

Ordo sacerdotalis, ꝗ dignꝰ sit. Inf. Sacerdos malus.

Ordinatam dilectionem habens non diligit, quod non diligendum,& non æquè diligit, quod minus vel amplius est diligendum, nec minus, vel amplius, quod æquè diligendum est omnis ergo peccator inquantũ peccator non est diligendus. Omnis homo, inquantũ homo, est diligendus propter Deum. Deus uerò propter seipsum. Et Deus propter se omni homine ampliꝰ diligendus est. Et amplius quisque Deum debet diligere, quàm seipsum. Amplius aliquis homo diligendus est, quàm corpus nostrum, quia potest nobiscum deo perfrui, ꝙ non põt corpus. li. 3. di. 29. §. post prædicta.

Ordo igitur in dilectionis exhibitione est differens tã in affectu, ꝗ effectu, ut s. ante oĩa Deũ diligamus, secundò, nos tertiù, parentes: quartò, filios, vel fratres, & huiusmodi postea domesticos, deinde inimicos. Augu. dicit pariter omnes diligendos, & pari dilectione omnibus vitam optandam: Paritas nõ refertur ad affectum, sed ad bonnm, quod eis optatur, quia ex charitate omnibus optare debemus, vt paria bona mereantur l. 3. d. 29. §. Verum.

Ordinem dilectionis Christus seruauit,& impleuit ꝙ seruatur in patria, non in via. Vnde nihil ibi eis placet nisi, quod Deo placet. Ita Christus illis vitam aperuit, quos ad hoc placere Deo nouit. li. 3. distin. 31. §. Nunc etiam.

Originale peccatum. Infra. Peccatum originale.

Ostiarij idem, & ianitores sunt, qui in ueteri testamento electi sunt ad custodiam templi, & dicuntur ostiarii, quia præsunt ostiis templi. Vnde cum ordinãtur claues ecclesiæ dantur eis ab episcopo, & dicitur eis. sic agite tãꝗ rõnẽ reddituri, &c. Hoc officiũ Christus gessit quando flagello eiecit ementes,& vendentes. Vnde se ostiarium significans dicit. Ego sum ostiũ. lib. 4. di. 24. §. Hostiarii.

PANIS,& vini substantia non est materia corporis Christi, quia non de ea, vt de materia formatur corpus Christi, sed ipsa formatur in illud, & efficitur illud. li 4. di. 9 §. Quidam vero.

Panis qualis consecrari debet. Supra. Eucharistia non debet.

Panis sacramentalis Supra. Eucharistia.

Par ius ligandi,& soluendi. Supra. Claues.

Par ius matrimonij Supra Coniugij ius.

Parabola aliud uerbis sonat, aliud sensu continet. li. 2. di 33. §. Quod etiam.

Paradisus intelligitur corporaliter, & spiritualiter. Et in corporali positus est primus homo li. 2. di. 17. §. Hominem autem.

Paradisus tenet typũ præsentis ecclesię, & futuræ. Ad literam tamen intelligendum est ipsum esse locũ amœnissimum fructuosis arboribus plenũ, & magno fonte fęcundum. Quod dicimus a principio, antiqua translatio dicit ad orientem. Vnde uolunt in orientali parte esse paradisum, longo interiacente spacio uel maris, vel terræ ad regionibus, quas incolunt homines secretum, id est, segregatum,& in alto situm, vsq; ad lunarem circulum, id est, vltra, quam ascendunt vapores eleuati, ex quibus fiunt nubes, & modum circuli pertingentem, Vnde nec aquę diluuij illuc peruenerunt li. 2. di. 17. §. Hominem autem. In hoc paradiso erant ligna diuersi generis. eadem. In hoc.

Paradisi custodia post peccatum. Supra Gladius flãmeus.

Paradisus est mens hominis. li. 2. d. 24. §. Nunc superest.

Parentela quomodo computatur, supra Gradus.

Parentes, primi, quales fuerunt, Supra. Homo primꝰ,

Parentes primi quales in paradiso filios procreassent & de coitu eorum. supra. Filiorum procreatio.

Parẽtes sic sunt honorandi, vt eis debita reuerẽtia exhibeatur,& necessaria ministrarentur. li. 3. dist. 37. §. In secunda.

Parentũ honor præcipitur. Infra. Præceptum primũ.

Paruuli solum,& initiũ originale peccatum a parentibus contrahunt. Vnde nec actualia primi parentes, nec propriorum parentum eis imputantur, licet quidã cõtrariũ dixerint, sed male. lib 2. d 33. §. prædictis, &. § De hoc. &. § Et qđ. &. §. Quod vero. &. §. Alioqn.

Paruuli incircuncisi mortui. supra Circũcisio fiebat.

Paruulis etiã cum deferuntur ad baptismũ non sufficit fides ecclesiæ, sine sacramento. August. Firmissimè tene, paruulos, qui cum in vteris matrum viuere incipiunt,& ibi moriuntur, vel de matribus nati sine sacramento baptismi de hoc seculo trãseunt, æterno supplicio puniendos. lib. 4. dis. 4 §. His autem.

Paruuli tenebuntur sponsione pro eis in baptismo facta. supra Baptizandi profitebantur.

Paruulis qualis gratia confertur in baptismo. sup. Baptismus confert. Supra. Baptismi sacramentũ,& rẽ.

Passio affectionis, vel motus non cadunt in Deũ. lib. 1. di 45. §. Iam de voluntate.

Passio,& propassio differuut. Infra. propassio.

Passio Christi vtrũ fuerit appetẽda. Inf. Velle Chr̃m.

Passio Christi liberat a culpa,& pęna. su. Mors Christi. supra. Christus liberauit. supra. Christus peccata.

Passio Christi a Deo, a Christo, a Iuda, a Iudæis facta est diuersimode. supra Christus tradidit.

Passionis Christi sufficientia. sup. Christus sacerdos.

Pater in diuinis,& totius principiũ diuinitatis. Infr. Pater non dicitur. Infra. Principium in diuinis.

Pater ſolus dicitur ingenitus, eo quòd ab alio non ſit li. 1. di. 13. §. Nunc conſiderandum.

Pater auctor eſt filij generatione. Et pater æternus eſt ſine auctore, filius verò non, quia pater innaſcibilis filius aũt natus l. 1. d. 9. §. Dicamus ergo Su. Genit⁹.

Patrem eſſe non aliquid, vel poſſe aliquid, ſed eſt eſſe pater, & vult. Filius autem, nec poteſt, nec vult eſſe pater ergo pater poteſt, & vult eſſe aliquid, quod põt nec vult eſſe filius. li. 1. di. 7. §. Hic ſolet. Abſit autẽ, ut ideo pater potentior ſit filio, quia creatorem genuit. Filius autem non genuit creatorem. Neq; enim nõ potuit, ſed non oportuit. eadem. §. Sed vehemẽter. Itaq; non eſt impotentia, quod pater non poteſt eſſe filius, vel econtrario. Sed pater ex proprietate gñatiõis pater eſt, qa oportet eũ non eſſe filiũ: & filius ꝓprietate natiuitatis filius, quia oportet eũ nõ eſſe patrẽ, eadem. Poteſt ergo. Nam eadẽ eſt potentia in filio, qua potuit gigni, quæ eſt in parte, qua potuit gignere. eadem, §. Item quæritur. Eadem enim eſt potentia patris, qua poteſt eſſe pater, & filij qua poteſt eſſe filius. Et ſimili ter eadem vtriſq; voluntas ad illa eadem §. Ita etiam.

Pater nõ genuit eſſentiã, qua eſt, nec ſapientiã, qua ſapiens eſt, nec potentiam, qua potẽs eſt. Nam Deo ſapere, vel poſſe, idem eſt, quod eſſe. Vnde ſic genuiſſet ſeipſum: Et ſi genuiſſet eſſentiam, tũc eſſentia diceretur reuelatiuè ad patrem Auguſt. Quod reuelatinè, inquit, dicitur, non indicat ſubſtãtiã. lib. 1. di. 5. Poſt hæc & ſeq. Nec diuina eſſentia genuit filium, cũ & ipſe ſpe filius ſit diuina eſſentia, & ita eadem res gigneret ſe. Nec eſſentia diuina genuit eſſentiam eadem ratione, ſed pater ſolus genuit filiũ, & ab utroq; procedit ſpirituſſanctus. Vnde illud quod idem dicit: conſilium de conſilio, & uoluntas de voluntate ſicut ſubſtantia de ſubſtantia, & ſapientia de ſapientia intelligitur ſic. Id eſt, filius, qui eſt ſapientia, & qui eſt ſubſtãtia eſt de patre, qui eſt eadem ſubſtantia, & ſapientia. eadem. §. prę dictis autem. Et vbicunque filius de ſubſtantia patris genitus dicitur, ideo dicitur quia eſt de patre genitus ita quod eſt eiuſdem ſubſtantiæ, vel naturæ, cũ eo, ſic ſpirituſſanctus ab utroque procedens dicitur de ſubſtantia vtriuſque eadem. § His uerbis.

Pater genuit filiũ, nõ uoluntate, nec neceſſitate, ſed natura: ſicut Deus eſt Deus natura, nõ neceſſitate vel uoluntate. I libro primo, diſtin. 6 §. Præterea quæri. Et intelligitur, quod uoluntate præcedente, vel accedente, id eſt, vt priùs volens, quam genuit, nec priùs gerans, quam voluit. Tamen uolens genuit, ſicut potens genuit, & bonis, & huiuſmodi, quia idem eſt Deo eſſe volentem, quod eſſe Deum, ead. §. prædicta tamen.

Pater eſt id, quod filius, inquantum ſm ſubſtantiã & ad ſe dicitur, non ad aliquid, quia pater ad ſe dicit Deus, ad filium dicitur pater, & ſic filius ſuo modo. lib. 1. diſt. 34. §. Ad naturam, & ſeq.

Patrẽ eſſe, & filiũ eſſe eſt diuerſum, ſicut diuerſum eſt genitus, & ingenitus. Vnde cõceditur, quod aliud eſt eſſe patrem, & aliud eſt eſſe filium, quia non ea notione pater eſt pater, qua filius eſt filius. Sed nõ cõceditur, aliud eſt patrem eſſe, & aliud eſt filium eſſe. lib. 1. diſt. 28. §. Præterea.

Pater differt a filio auctoritate generationis, & proprietate innaſcibilitatis, id eſt, quia ingenitus. Tũ ingenitus aliam deſignat notionem, quam pater, vel genitor. Genitor enim dicitur ad genitum, ideſt, ad filiũ. Cum verò dicitur ingenitus, non quid ſit, ſed quid nõ ſit dicitur. Nõ ideo ingenitus, quis dicitur, quid gignit filium, dicitur ideo pater tantum ingenitus, qua nõ eſt filius: libro. 1. di. 28 §. Præterea. Spiritus tamen ſanctus non debet dici ingenitus, quamuis non ſit genitus. Poteſt tamen ſecundum aliquos dici nõ genitus. eadem §. Ideo ſolet pater eſt in filio, & ſpiritu ſancto, & ecõ uerſo. Propter unitatem naturæ totus pater in filio eſt & ſpiritu ſancto, totus quoq; ſpirituſſanctus in patre, & filio eſt, & nullus horum extra quemlibet ipſorum Iohan. 14.

Pater in me eſt, & ego in patre. Eſſe patrem in filio & ecõuerſo, eſt perfecta plenitudo diuinitatis, in utroque, & eodem modo intelligitur de ſpiritu ſancto, ſi quia vna eſt eorum ſubſtantia, lib. 1. d. 19. §. Et inde eſt Supra Eſſentia maior.

Pater quomodo maior eſt filio. Supra. Filius ſecundum. Supra. Maior.

Pater nõ dicitur miſſus quanquã ex tẽpore a quoq; cognoſcatur ſicut filius, quia in eo eſt principij auctoritas, qui nõ habet de quo ſit: Aug. pater eſt principiũ totius diuinitatis, ſi uoluiſſet etiam per ſubiectã creaturam apparere, abſurdiſſimè tũ a filio, quẽ genuit. vel a ſcto ſpũ, qui ab illo procedit miſſus diceretur li. 1. di. 15. §. Hic quæritur. Nec ideo pater maior dicitur ea. §. Ideoque. Sup. Maior

Pater quõ ſit ſapiẽs, & potens. Infra Sapiens.

Pater quomodo diligat. Supra, Diligere vtrum.

Pater operari dicitur per filium. Supra. Operari cũ dicitur.

Pater, filius, nepos, &c. quid ſignificant myſticè. Su. Generatio quarta.

Patriarcha græcè ſumus patrũ interpretatur, quia ſummum locũ tenet. i. apoſtolatum, & ſunt quatuor, ſcilicet Romanus, Anthiocenus, Hieroſolimitanus, Alexandrinus. li. 4. di. 24 §. Ordo autem.

Pauperes, qui relictis omnibus ſequuntur Chriſtũ iudicabunt cum Chriſto. Infra. Sedebunt.

Peccata non ſunt ex Deo, qa naturã non ſeruãt, ſed viciant, quæ ex voluntate peccantiũ naſcuntur. Deus aũt principiũ eſt omnium, quæ naturaliter ſunt, li. 1. d. 29. §. Et pater.

Peccatũ Adæ non fuit grauius omnibus alijs, præſertim peccato in ſpiritum ſanctum, licet illud totam humanã naturam corruperit, quod nõ eſt ideo, quia grauiùs, ſed quia tunc tota humana natura in eo cõſiſtebat. Et licet maiorẽ effectũ mali intulit quantum ad multiplices defectus, ſed non quantum ad pœnam æternam, quam alii plures grauiorem, quàm Adã meruerunt. lib. 2 diſt. 33 §. Hic quæri ſolet, & eadem. §. Ad quod dicimus. Item peccatum tanto grauius eſt, quanto peccans Deo acceptior, Ideo ſecundum Auguſtinum: Adam grauius peccauit, quia maiori bono abundauit, li. 4. di. 17. §. In perfectione dicitur: tñ peccatum vnum grauius alio multis modis.

Peccatũ Adæ oñditur minus, q̃ Euæ. Su. Adã minus.

Peccatum Adæ. Supra. Adæ peccatum.

Peccatũ primorũ parentũ fuit eis per pœnitentiã poſtea dimiſſum, nõ tñ propter hoc fuerunt ad paradiſum reuocati, li. 2. di. 33. §. Si uerò quæritur.

Peccatũ primi hominis quãuis natura eſſet ſine uitio: ex cõſenſu tamen proceſſit, qui fuit ex libero arbitrio voluntatis in ipſo homine, & diabolus ſuadens occaſio fuit. lib. 2. di. 22. §. Solet etiam quæri.

Pctm Adæ remediable fuit, ſ. diaboli nequaq; Su. hõ.

Peccatũ primi hominis cõſiſtit in volũtate, & actu. & voluntas præcesſit actum. Vnde illa uoluntas prodiit ex perſuaſione diaboli, & hominis arbitrio. li. 2. diſt. 22. §. ſi uero.

Peccatum primi hominis, ſupra. Homo primus.

Pctm primi hominis, & pœna peccati transfuſum eſt in poſteros. li. 2 di. 20 § In ſuperioribus.

Pctm originale per Adã tranſiuit in oẽs. per eius carnẽ vitiatam concupiſcentialiter generatos. lib. 2. diſt. 30. §. Et eſt. Non imitatiõis exemplo tm, ſed propagationis,

tionis, & uirginis vitio, peccatum. Adæ tranſiſſe dicit in omnes eadem. §. Hoc autem.

Peccato actuali Adã, & ex inobediẽtia eius, ꝓcesſit originale pctm, quo oẽs peccatores naſcuntur, vt & in illo eſſet, & in oẽs tranſiret. li. 3. diſt. 30. §. Vnde.

Peccatum originale eſt culpa, quæ nõ ſolum ipſum primum hominem, ſed omne, necauit genus humanum. li. ij. di. 30. §. Sed quod.

Peccatũ originale eſt voluntarium, qa ex voluntate primi hoĩs ſeminatum eſt vt in illo eſſet, & in oẽs trãſiret. li. ſecundo di. 30. §. Vnde.

Peccatum originale, voluntarium dr, licet paruuli nondum vtantur arbitrio voluntatis, qa ex prãa hoĩs mala voluntate cõtractum factum eſt quodammodo hæreditarium. Põt etiam dici neceſſarium, quia vitari non põt. lib. ſecundo diſ. 33. §. illud etiam.

Peccatum originale trahitur a parẽtibus ſecundum ſolam carnem, quia animæ non ſunt ex traduce, qua in anima ſit, formaliter, & ſubiectiuè. Nam caro ipſa, quæ concipitur in vicioſa concupiſcentia, polluitur, & corrumpitur, & ex eius contractu anima cum infunditur maculam contrahit, qua polluitur, & fit rea. li. 2. di. 31. §. Hoc autem, & eadem. §. Ideoque.

Peccatum originale non eſt actus, ſine motus animæ, vel corporis, quia hoc eſt peccatum actuale, ſed eſt fomes peccati, ſcilicet concupiſcentia, vel concupiſcibilitas, quæ dicitur lex membrorum, ſiue lãguor naturæ ſiue tyrannus, qui eſt in membris noſtris, ſiue lex carnis. lib. 2. di. 30. §. nunc ſupereſt, & eodem lib. diſtin. 31. §. Hoc autem.

Peccatum originale quomodo contrahitur a parẽtibus iam purgatus ab eo, oſtenditur pluribus ſimilitudinibus iam purgatis ab eo, oſtenditur pluribus ſimilitudinibus, videlicet, quomodo naſcitur de grano puro granum aliud in palea, & aliis huiuſmodi libro 2. diſtin. 31. §. Ne autem.

Peccatum originale non ideo contraximus, quia ex carne ab Adam tracta concepti ſumus, quia & poſt Chriſti corpus ex eadem formatum eſt, quæ ab Adã deſcendit operatione ſpiritus ſancti, quod nunquam peccato obnoxium fuit, ſed quia non eſt ſine libidine parentum concubitus, ob hoc filiorum ipſorum non poteſt eſſe ſine peccato conceptus. li. ij. di. 31. §. Iam oſtenſum. Et intelligitur de peccato originali in prole, qa poteſt fieri ſine actuali peccato parentũ. Quod ſi homo fieret ex alia parte, quàm per modum generationis, vtpote de coſta vel huiuſmodi, licet pœnalitates contraheret, non tamen originale peccatum.

Peccatum otiginale ideo dicitur tranſmitti, quando caro concipitur, non quia peccatum originale ibi ſit, quod vtique eſſe non poteſt vbi anima non eſt, ſed ideo quia caro ibi trahit id, ex quo peccatum fit in anima cum infunditur. li. 3 di. 31. §. Sed ad hoc.

Peccatũ autem originale dicitur in carne inhabitare licet peccatum non ſit ſubſtantia, ſed priuatio boni per id, quod facti cauſa manet in carne Caro igit quæ in concupiſcentia libidinis ſeminatur, nec culpã habet nec actum culpę, ſed cauſam, cuius cõſortic anima maculatur. li. 3. diſt. 31. §. Ideoque.

Peccati originalis cauſa, dicitur recte uitium ſiue corruptio carnis, ſcilicet, fœditas (& præcipuè pollutio quanquam ex feruore coitus parentum, & concupiſcentia libidinoſa contrahitur caro cum concipit, quæ cauſa eſt originalis peccati. li. ij. di. 31. §. Ad qd.

Peccati originalis cauſa, ipſa ſcilicet pollutio, quã ex feruore coitus parentum contrahit, & multiplex defectus carnis, vtrum ſit culpa, uel pœna. Reſpondeo q̃ pollutio cauſa eſt originalis peccati, quæ rectè vitium ſiue corruptio carnis appellari poteſt libro ſecundo, diſtinctio 31. Hic quæri ſolet. & ſequen.

Peccatũ originale ideo dicitur, quia ex uitioſa lege originis noſtræ, in qua concipimur, id eſt, ex libidinoſa cõcupiſcentia traducat. li. 3 di. 31 §. Iã oſtenſum.

Peccatũ originale imputatur animæ, quãuis mũda ſit, & nondum utatur libero arbitrio, quia corruptio corporis, quæ agrauat animam, non fuit cauſa primi peccati, ſed eſt pœna, nec caro corruptibilis animam peccatricem fecit, ſed peccatrix anima fecit eſſe carnem corruptibilem. li. 2. di. 33 §. Solet etiam.

Peccatum originale dimittitur per baptiſmum dupliciter. primò per gratiam baptiſmi vitium concupiſcentiæ debilitatur, & extenuatur ut iam, non regnet niſi uires ei conſenſu reddantur. Secũdò, qd reatus ipſius ſoluitur. Nec tamen ex toto extinguitur, ut nõ ſit niſi miraculosè, ſed manet in certamine, & ſic eſt tantum pœna, non culpa. di. 2. diſt. 32. §. Quoniam ſupra. & ſeq. Caro tamen non purgatur a fœditate, & contagione, communius tenetur, licet alii cõtrarium ſentiant, ſicut ibidem narratur, eadem. §. Hic a quibuſdã.

Peccati originalis culpa, vel alterius culpa peccati eſſe non poteſt in te irrationali, licet cauſa pctī originalis ſit in carne ante infuſionem animæ. libro ſecundo, di. 31. §. Hic quæri.

Peccati originalis fœditas maior uidetur eſſe in carne concupiſcentialiter traducta, quàm in ea, unde traducitur, libr. 1. di. 31. §. Ad quod. Id eſt in ea parte carnis, quæ deſeruit generatiuè maior eſt, quàm in alia carne corporis.

Peccati potentia a Deo eſt. Non enim poteſtas niſi a Deo. Cupiditatem itaq; nocendi homo per ſe habet poteſtatem autem ſi deus non dederit, non habet. Vnde nec boni, nec mali poteſtas a ſe eſt cuiquam. lib. 2. diſt. 44. §. Sed pluribus. Nec tamen obtemperandum eſt, ſed reſiſtendum ſi poteſtas iubet contrarium Deo. eadem. §. hic oritur.

Peccando homines fiũt nihil, qa peccatũ eſt nihil. li. 1. di. 35. §. quo circa. Infra. peccatum dr. Sup. Nihil.

Peccare eſt tẽdere ad nõ eſſe. li. 1. di. 46. §. Itẽ aliter.

Peccare nemo cogitur a Deo. Infra. Reprobatio Dei. Infra. peccatum uſq;

Peccare eſt ueritatis ꝑceptis, uel in ipſa ueritate errare. li. 2. d. 35. §. quo circa. Vbi triplex opinio d pctõ.

Peccatũ dr nihil eſſe. Nõ tñ quin ſit actio uel uolũtas mala, quæ aliquid eſt, ſed qa a uero eſſe ſeparat, & ad malum trahit, & ſic ad nõ eſſe deducit. li. 2. di. 35. §. quo circa. Et eodem, diſt. 37 §. ſunt autem.

Peccatũ duo dicit, ſ. actum ſiue uoluntatẽ, & ſic aliqd eſt, & bonũ eſt, & ex Deo auctore, ſine quo ſctm eſt nihil; Secundò dicit inordinationẽ uitiũ ſiue malitiam, & ſic nihil eſt. li. 2. di. 35. § quidam. & ſeq.

Peccatũ cũ fit nihil, tñ corrũpit ſiue priuat bonũ: ſicut abſtinẽtia a cibo. nõ eſt aliqua ſubſtantia, ſed tñ ſi ſit nimia, corpus frangitur. li. 2. di. 35 §. ſed cum.

Peccatum eſt actus malus, ſm quoſdam, tam interior, quàm exterior, præcipuè tamẽ in uoluntate conſiſtit, ex qua tanquam ex mala arbore procedunt opa mala tanquã fructus mali. li. 2. di. 35. §. Caue dici.

Peccatum non committitur Deo uolente, ſed uitio uoluntatis hominis. li. 1. di. 46. §. ſi quis.

Peccatum eſt priuatio ſiue corruptio boni, actiuè non paſſiuè. li. ij. di 35. poteſt etiam.

Peccati cauſa prima fuit bonum. Nã ante primum peccatum, malum nullum erat. Habet ergo peccatum ortum ex bono. li 2. di 34 §. Cauſa.

Peccatum eſſe non poteſt niſi in re bona. li. 2. di. 34. §. Oſtenſa. Supra Malum habet.

Peccatum ſiue culpa eſſe non poteſt in re irrationali. 2. di. 31. §. Hic quæri.

Peccatum, vel culpa propriè est animæ corruptio, l. 2. dist. 35. §. peccatum.

Peccato spoliatur homo grauiùs bonis, id est, uirtutibus, & vulneratur in naturalibus, quæ sunt ratio intellectus, memoria ingeniũ, & huiusmodi, quæ per peccatum obtenebrantur, & vitiantur. Priuatur etiã summo bono. Vñ hõ incidit in latrones, qñ per pctũ trahitur in potestatẽ diaboli. li. 2. d. 35. §. pctũ. Su. Hõ vulneratus, Infra Peccati effectus. Sup. Opera bona.

Peccatum corrumpit etiam bonum corporis, sicut priuauit corpus primi hominis beneficio immortalitatis. li. 2 dist. 35. §. Ab eo.

Peccatorum aliud mortale, aliud veniale. Mortale est, per quod homo æternam mortem meretur. Veniale, est quod hominem vsque in reatum perpetuæ mortis non grauat. Veruntamen pœnam meret, sed facilè indulgetur. li. 2. dist. 32. §. Reatus.

Peccatum actuale mortale, est omne dictum, vel factũ, vel concupitũ, quod sit contra legem Dei. Vel peccatũ est uolũtas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat. Vel peccatum est priuatio legis, & cœlestiũ inobedientia præceptorum lib. dist. 35. post hæc. Et capiẽ hic lex largè, vt includat legẽ naturæ, scripturæ, & gratiæ.

Peccatũ, & delictum differunt, delictum est declinare a bono. Peccatum est facere malum. Peccatum ergo est perpetratio, mali delictũ delertio boni. Vel delictũ est, quod fit ignoranter, peccatum, quod fit sciẽter. Tamen vnũ frequenter pro altero accipitur. li. 2. di. 42. §. Variam.

Peccatũ mortale, & veniale differunt. Sup. Peccatũ.

Peccatorũ tribus modis fit, scilicet ignorantia, infirmitate, industria. Et grauiùs est peccare, infirmitate, quàm ignorantia, grauiusque industria, quàm infirmitate. libro. 2. dist. 22. §. His autem.

Peccatũ duobus modis committitur, id est, duplici radice, scilicet, cupiditate, & timore. Augustinus sup illud Psal. Incensa igni, & suffossa, dicit his duobus omnia peccata mortalia includi. Incensa, scilicet, quæ ex cupiditate male incendente oriuntur. Suffossa, quę ex timore malè humiliante proueniunt, quando scilicet, quis cupit nõ cupienda, vel timet non timẽda. li. 2. di. 42 §. Modi.

Peccatũ etiã fit cogitato, verbo & opere. Hier. Tria generalia delicta sunt, quibus humanum genus subiacet. Aut enim cogitatione, aut sermone, aut opere peccamus. Quibus etiã aliqñ quartus additur modus, scilicet consuetudinis. Ibidem.

Peccatum tribus modis ꝓpetrat. Inf. Pœnitẽtiæ tres.

Peccatũ, vsq; adeo voluntariũ malũ est secũdũ Au. vt nullo mõ sit pctũ, si nõ sit voluntariũ. Quod exponit idem li. 1. retracta. ca. 12. esse intelligendũ de pctõ quod tantummõ peccatũ est, & non etiam pœna pcti, scilicet peccatum primi hoĩs. Attũ etiã, quæ ab ignorantibus fiunt, vel ab inuitis, uoluntaria dicuntur, qa nec illi nisi uolentes consentiunt. Sed & originale peccatum voluntarium censetur, quia uoluntate primi parentis commissum est. li. 2. dist. 41. §. post hæc.

Peccans nesciens quodammõ uolens peccare dicitur, qa si nesciens fecerit, uolens, tñ fecit. Nec tale peccatũ sine uoluntate potuit esse, sed voluntas facti ibi fuit, nõ volũtas pcti. Sic etiam cũ cogenti, quis põt sine pctõ resistere, & nõ facit. utiq; uolens peccat. li. 2. d 41. §. Illios pctã aliqua essentialiter, pęnę sunt, & passiones, ut ira, inuidia, iracundia, & huiusmodi. lib. 2. dist. 36. §. Præterea.

Pctã, vt adulteriũ, & huiusmodi, nõ significat actus simpliciter, id est, sine addito, sed actuũ vitia. & iõ iquãtũ actus sunt, boni sunt, & a Deo sunt, tamen non sequitur, ergo adulteria sunt a Deo lib. 2. dist. 35. §. Quibus.

Peccata, quæ uidenẽ simpliciter nihil ponere, & solũ priuationẽ dicere, vt nõ credere in Deũ, & huiusmodi, quia per negationem dicuntur: tamen dicitur per ea verè aliqua poni, & actus per ea significari, ut ĩcredulitatẽ, & hmõi, q̃ significãt malũ actũ mẽtis. Et hoc ẽ declinare a bono, & iõ malũ, eadẽ. §. Item, & aliter.

Peccatũ vnũ cõmittiẽ, nõ diuersa, si uoluntate parit & operatione peccatur, licet grauiùs sit, quàm si sola voluntate peccaretur. Nec obstat, quòd voluntas, & actus sunt diuersa, nõ tñ sunt diuersa peccata, vt si qs volens furet. li. 2. dist. 42 §. Cũ aũt. Et licet sint distincta ꝓcepta, quibus ista distinctione prohibentur, sicut in uoluntate furti, i. concupiscentia, & actu furti, una tñ præuaricatio, & unum tãtum pctũ ĩcurritur eadẽ. § Idẽ. Peccata q̃dã sunt ex pœna peccatorũ. Gre. Pctũ inquit, qꝺ ꝓ pniam citiùs nõ deletur, aut pctũ est, & cã peccati. i. dispositiuè, aut peccatũ, & pœna peccati, aut pctũ simul, & causa, & pœna, pcti: Et ꝓbatur idẽ multis auctoritatibus li. 2. di. 36. §. Sciẽdum ẽ. Illud. n. peccatum existit, iuxta illud. Propterea tradidit illos Deꝰ in passiones ignominiæ. eadem. §. Et licet.

Pctũ dr̃ pœna respectu ꝓcedẽtis, sicut dr̃ cã pcti respectu sequẽtis, & sic idẽ. fit pctũ, & cã, & pœna pcti, nõ tñ respectu eiusdẽ. Gre. Pctũ, qꝺ pœnitẽtia nõ diluit mox suo põdere in aliud trahit. Ibidẽ. Pctũ cõmittit in Deũ, in se, in ꝓximum. In Deum, cũ qs de Deo male sentit, ut hæreticus, uel quæ Dei sunt, vsurpare præsumit, s. indignè sacris participãdo, uel quãdo nomẽ Dei peiurãdo cõtẽptibile facit. In proximũ, cũ eũ iniustè lædit. In se uero, cum sibi non alij nocet. l. ij. di. 43. §. Modi.

Pctũ ĩ spiritũ sctũ ẽ pctũ desperatiõis vel obstinatiõis li. 3. di. 43. § Est ꝓterea. Et scdm aliquos oĩs desperatio obstinatio ẽ pctũ. ĩ spm̃. s. & dr̃ irremissibile scdm eos, non quin aliqñ remittat, sed qa vix, & difficulter, Scdm alios, aũt solũ illa desperatio, & obstinatio est pctũ in spiritũ sctũ, q̃ comitat impœnitẽtia, & sic dr̃ irremisibile. eo qꝺ nunq̃ remittit. Vñ Au. dicit, qꝺ hoc solũ pctũ veniã nõ meret. Similiter, & Hier. li. 2 di. 43. §. Sed q̃rit. Su Abutẽtes, Su. Desperatio, Sup. Obstinatio.

Pctũ ẽt ad mortẽ siue in spm̃ sctũ est, cũ post agnitionẽ dei gr̃am Chri aliqs oppugnat fraternitatẽ, & aduersus ipam gr̃am, q̃ reconciliatꝰ ẽ Deo iuidiæ facibꝰ agitat, qꝺ difficilè remittit. li. 2. di. 43. §. Est etiã alia.

Pctũ in patrẽ itelligit id, qꝺ fit ꝓ infirmitatẽ. Nã ei attribuit potẽtia. In filiũ, cui sapiẽtia attribuit, est qꝺ fit ꝓ ignorãtiã. In spiritũ sctũ, cui bonitas attribuit, qꝺ fit per obstinationẽ, vel desperationem. li. 3. di. 43. §. De hoc quoq;. Sup. peccatum in spiritũ sanctum. & seq.

Pcti effectus est cũ, qs mortaliter delinquit, tunc priuat gr̃a virtutis, si qua ꝑcesit, & naturaliũ bonorũ eli sionẽ patit. Vñ intellectus obtundit, & totꝰ hõ iterior obtenebrat, & ita quasi caligine quadã mẽs obuoluit, q̃ caligo pœna ẽ pcti, q̃ ꝓ penitẽtia pellit. Vñ Psal. Nebula sicut cineꝝ ẽ spargit, lib. 4. dist. 18. §. Hic quæritur.

Pctã capitalia siue principalia sunt septẽ. i. inanis gloria, ira, inuidia, acedia, vel tristitia de bono, auaritia, gastrimargia, vel gula, luxuria, q̃ sunt significata in septẽ populis, q̃ tenebant terrã ꝓmissiõis, vt habet Deu. 7. De his septem fontibus cunctæ animarum mortiferæ corruptelę emanãt, & dicũtur capitalia, quia ex eis oriunt omnia mala lib. 3. dist. 43. §. præterea.

Peccatũ duobus modis alicui in esse uel transire dicitur scilicet actu, & reato. Actu, dum ipsum est, ut actio uoluntas in peccante. Reatu uero dum pro eo peccato siue transierit, sine asit mens hominis pollu luta est, & corrupta, totusq; hõ suppliciis obligatꝰ ꝑpetuis, nec vnq̃ est in aliquo peccato actu præter originale,

ginale, quin sit etiam reatu, sed non econuerso. Ibidẽ. Infrà, Reatus.

Peccata mortalia in pœnitentia fiunt uenialia. li. 4. dist. 20. §. Si uerò quæritur. Hoc est homo de illis ꝑ pęnitentiam obtinet ueniam.

Peccatum punitur à Deo uel ab homine. Supra Deus misericors.

Peccatum dimittit solus Deus, & à debito pœnæ æternę absoluit, quando intus illuminat, & ueram cõtritionem inspirat; Ambrosius. Verbum Dei dimittit peccata. sacerdos est iudex. Augustinus. Nemo tollit peccata nisi solus Deus, qui est agnus, qui tollit peccata mundi. lib. 4. dist. 18. §. Sed quæritur. Potuit tamen Deus potestatem hanc homini conferre. Supra, Baptismus æquè. Sed quid operantur sacerdotes absoluendo? Infra. Sacerdotes habent.

Peccata tegere dicitur Deus, qñ ea non reseruat ad pœnam, & tunc tegit, quando debitum pœnæ soluit. Vnde Psalmista. Beati quorum tecta sunt peccata. Sup quo Augustinus dicit. ita: A Deo tecta peccata, ut ea nõ uideat Deus, id est, æternaliter non puniat. Videre eñ Dei peccata est ad pœnã ea imputare: auertere aũt facie à peccatis, est ad pœnã ea non reseruare. Hieronymus. Quibus dimittit Deus peccata, tegit ne in iudicio reuelentur. li 4. dist. 18 §. Sed quæritur.

Peccatum dimittitur sola contritione. Supra. Contritione cordis.

Peccata omnia, aut nullum dimittitur. Infra, Pœnitentia non potest.

Peccatum occultũ sufficit soli sacerdoti referre, & intus suscitauit. Secus de filio viduæ, & Lazaro. li. 4. d. 17. §. Nunc priusquam. Igitur si publicè peccasti, publicè confitere te reum & emenda: Si uerò occultè deliquisti, & sic non taces, nec dico, ut publices eadem. §. Cum ergo Infra. Taciturnitas.

Peccata oblita delentur. Supra confessio generalis Supra. Confiteri tenentur.

Peccata dimissa redeunt per recidiuationẽ, secũdũ quosdam: vel potius propter ingratitudinem aliquis ita reus constituitur, ac si iam delera redirent. li. 4. dist. 14 §. De pœnitentia.

Peccata itẽ dimissa redeunt quantum ad pœnã Primò si ille non dimittit alteri. Ambrosius. Donate inuicẽ si alter in alterum peccet, alioquin Deus repetet dimissa. Si enim in his contemptus fuerit, sine dubio reuocabit sententiam, per quam misericordiam dederat, exemplo serui nequam. Ex dictis (inquit) euangelicæ constat, qꝺ si non ex corde dimittimus, quod in nos delinquitur, & hoc rursum exigitur, quod iam nobis per misericordiã dimissum gaudebamus. Augustinus Dicit Deus: dimittite, & dimittetur tibi, sed ego priùs dimisi tibi, dimittere uel postea: Nam si non dimiseris., reuocabo te, & quicquid dimiseram, replicabo tibi. Secundo propter recidiuã. Beda sup illud Lucæ. Reuertar in domũ meã. Timẽdus est inquit iste uerficulus, non exponendus, ne culpa, q̃ in nobis extinctã credebamus, ꝓ incuriã nos vacãtes opprimat. Quęcunq; eñ post baptisma siue prauitas hæretica, si ue mundana cupiditas arripuerit, mox animũ prosternit in ima uitiorũ. Tertiò propter odium fraternum Augustinus: Redire dimissa peccata ubi fraternitas nõ est, apertissimè dñs docet in euangelio, in illo seruo à quo dimissum debitum repetiit. li 4 dist. 22 §. Cumque multis. Nec obstat illud Naũ primo. Nõ iudicat Deus bis in idipsum: quia ille non dignè satisfecit, & sufficiẽter, quia non perseuerauit. Debuit enim iugem habere peccatorum memoriam, ad cauendum, & regratiãdum. Ibidem.

Peccatũ mortificat opa bona. Supra. Opera bona.

Peccata parentum actualia, non imputãtur paruulis Supra, Paruuli solum,

Peccata parentum punit Deus in filios, non quia parentes peccauerũt, sed quia filii imitantur peccata parẽtum, secundum Hieronymum. Vnde Exodi 10. Postq̃ Deus dixit se uisitaturum peccata patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem, subiunxit his, q̃ oderunt. me. li. 2. dist. 33. §. Et licet. Eadem. §. Sed ut ait. Sed ideo notanter patres commemoret, quia filii maximè imitantur patres. Et etiam quartam generationem expressit, quia sæpè tam diù viuunt. eadem. §. Veruntamen.

Peccata venialia remittuntur post hanc vitam illis, qui in hac uita meruerunt bonis operibus, ut eis dimittantur. Vnde Matth. 12. dicit dominus, qꝺ peccatũ in spiritum sanctum, nec in futuro seculo remittatur. Ex quo concluditur, qꝺ aliqua tunc remittuntur. li. 4. 21. di. 21. §. Solet etiam.

Peccata uenialia significantur per lignum, fœnum, & stipulam. primo Corin. 3. Et secundum hoc sunt in triplici differentia secundum maiorem adhærentiam, & dilectionem temporalium bonorum, ut ligna maiora, fœnum minora, stipula minima, minus q;, & citius purganda significent. Augustinus: Hæc (inquit) ædificatio minorum est siue imperfectorum, qui non tantũ Deo, sed etiam mundo placere cogitant: Deum tamen præponũt, quia si mundũ pręponerent, nõ supædificarẽt, sed fundamentum destrueretur. Illis igitur tribus significanẽ affectiones carnales, quibus dediti sunt, domibus scilicet, coniugibus, possessionibus, ita tamẽ ut nil præponatur Christo. li. 4 dist. 21. §. In illo. Si obiicitur, qꝺ pœna alibi, & non culpa remittatur, ꝓ eo, qꝺ sic moriens bonus sit, & per pœnitentiã omnis culpa dimissa sit. Dicendum, qꝺ pœnitentia non delet peccatum nisi, quòd deserit homo. Peccatum autem veniale sæpè non relinquitur in hac uita, licet ille verè pœnitens sit, etiam si non pœniteat de omnibus venialibus: Nam si hoc de pœna solum, & non de culpa doctores intendissent, quare solum leuia commemorassent, cum tamẽ ẽt grauiũ culparũ hic dimissarũ, alibi pœnè soluantur hinc nõ expletæ. eadẽ. §. Sed forte:

Peccata uenialia uitari uon possunt, in statu huius miseriæ: mortalia tamen cauere possumus cum gratia Dei. li. 2. dist. 36. §. Illud autem. Singula uenialia possumus fortè cauere, non tamen omnia.

Peccata uenialia non retrahunt a communione, Supra, Manducat.

Peccatorum venialium pœnitentia. Infra, Pœnitentiã uenialium. Item eorum periculum. Infra, Venialia.

Peccata nostra Christus portauit in cruce, Supra Christus peccata.

Peccat qui præpostere agit. ordinis nanque ignorãtia cõturbat meritorum formam. li. 3. distinctione. 29. §. Post prædicta.

Peccato resistere. Supra. Declinare.

Peccator est nihil, Supra, Peccando.

Peccatores cur viuere ꝓmittant. Supra. Hoĩes mali.

Peccatum non dimittitur, nisi ablatum restituatur Infra, Restitutio.

Perfectũ propriè dici non potest, quod factũ nõ est. iõ impropriè Deus dicitur perfectus, licet ipse nostrę infirmitatis verbis condescendens dixit: Estote ꝑfecti, sicut & pater uester. li. 1. di. 19 §. Hic quæri.

Perfectum dicitur aliquid tribus modis: Primo secundum tempus, scilicet dum habet quicquid illud tẽpus requirit, & cõuenit secũdũ illud tẽpus haberi, & hoc modo angeli erant perfecti ante confirmationem uel lapsum. Secundo modo, secundum naturam, quãdo scilicet habet quicquid debitum est, uel expedit naturæ

turę ſuæ ad glorificationẽ. Et hoc mõ angeli erãt perfecti, poſt cõfirmationẽ, & ſcti erunt pfecti poſt reſurrectionẽ. Tertiò, vniuerſaliter, & ſummè pfectũ eſt cui nihil unq̃ deeſt, a quo proueniũt uniuerſa bona. Prima eſt, naturæ conditæ, ſcda naturæ glorificatæ, tertia ſolius naturæ increatæ. li. 2. di. 4. §. Dicitur namque.

Perfectis non conuenit mentiri. Supra, Mentiri.

Periurium prohibetur per falſum teſtimonium. li. 3. di. 37. §. In ſecunda.

Periurium eſt mendacium iuramento firmatum. li. 3. di. 39. §. Nunc.

Periuriũ tripliciter cõmittit, ſcilicet, dũ qs ſciẽs falſum iurat, uel putans falſum, q̃ verũ eſt, iurat. Vel exiſtimãs uerũ, q̃ falſum eſt, & ita eſſe iurat. Et quantũ ad ultimũ dr̃ periurus, & mens eius rea dr̃, quia iurare p̃ ſumit, q̃ perſpicuè nõ dephẽdit verũ ea. §. Sed melius.

Periuriũ ergo eſt uel iurãdo loqui falſum cũ intẽtione fallendi, uel iurãdo loq falſum ſine intẽtione fallẽdi, uel iurando loq uerũ cũ intentione fallẽdi. Ibidẽ.

Periurũ nõ ſemp eſt mendaciũ, nec oĩs periurãs mẽtit. Sed omnis mentiendo iurans peierat, & omnis falſum iurans ſiue mentietur ſiue non, peierat. Ibidem.

Periurus. Supra. Iuramentum.

Periurus Dupliciter peccat, ſcilicet, q̃a nomẽ Dei in uanum aſſumit, & proximum in dolo capit. li. 3. diſt. 39. §. Hoc etiam.

Periurus non fit iurando, qui p̃mittit cũ intẽtione perficiendi, ſed dummodo propoſitum, mutat uel terminum tranſgreditur, talis iuratio ſit periurium reatu li. 3 diſt. 39. §. Hic opponitur.

Permiſſio quid ſit. Supra, Indulgentia.

Perſona Dei, & natura ſiue eſſentia idẽ eſt. lib. 1. diſt. 34. §. Prædictis. Et ſeq.

Perſonarũ ad inuicẽ relatarũ. i. diſtinctarũ, eſt trinitas una natura ſiue eſſentia, pr̃is & filii & ſpirituſſancti nõ una pſona, alioq̃n nõ eſſet trinitas. Sed nec eẽt unꝰ Deus, ſi natura eſſent diſtinctæ perſonæ, & non unius eſſentiæ. li. 1. diſt 3. Qua propter.

Perſonę tres ſunt unus Deus, vna ſubſtantia ſiue eſſentia, ſiue natura, & econuerſo unus Deus ſiue ſubſtãtia eſt, tres perſonæ, ita quòd ipſe Deus eſt trinitas, & ipſa trinitas eſt Deus l. b. 1 diſt. 4. §. Quidam tamen.

Perſonæ diuinę diſtinguuntur, ſed natura unũ ſunt ita, q̃ licet alius ſit pater, alius filius, & c. nõ tamẽ aliud lib. 1. diſt. 9 §. Nunc ad.

Perſonarum trium diſt. eſt ita, q̃ pater nec eſt filius nec ſpirituſſanctus, nec econuerſo: eadẽ tamen tribus æternitas, eadem incommutabiliter, eadem maieſtas. poteſtas ſimul omnes unus Deus, & ſingulis quiſque horum plena ſubſtantia eſt, & ſimul omnes una ſubſtantia. li. 1. d 31. §. Illud etiam.

Perſonæ tres ſibi ſunt coæternæ. Ita, q̃ pater nõ eſt prior filio, quamuis filius natus dicat̃. Sicut ſplendor, qui ab igne gignit̃, & diffundit̃ ſibi eſt coæuus, & eẽt coætern⁹ ſi ignis eẽt æternus. Amb. Cũ patrẽ dixerit, eius ẽt filiũ deſignaſti, q̃a nemo ipſe ſibi pater eſt, filiũ nominas, & patrẽ fateris, q̃a nemo ipſe ſibi filius eſt. Itaq; nec filius ſine patre, nec pater ſine filio. Semper ergo, pater, ſemp̃, & filius lib. 1. di. 7 § Genitus & ſeq.

Perſonę tres una eſſentia ſũt, ſicut dicunt̃. vnꝰ Deꝰ, nõ tn̄ debent dici vnus Deus triũ perſonarũ, uel tres p̃ ſonæ unius Dei q̃uis dicantur una eſſentia trium perſonarum, & tres perſonæ vnius eſſentiæ. lib. 1. diſt. 34. §. Hic conſiderandum.

Perſonarũ æqualitas in ęternitate, & aliis. Supra. Perſonarũ triũ & ſe. Itẽ in magnitudine. Sup. Aequales. Supra. Maior, Supra. Magnitudo. Item in potentia. Supra Aequalis potentia.

Perſonę nomen in trinitate triplicẽ habẽt rõnẽ. Nã intelligit̃ p̃ eſſentia, pro hypoſtaſi, pro proprietate. li. d. 25. §. Hoc etiam modo & §. Quod autem.

Perſonę p̃priè ſcdm ſubſtãtiã dr̃, & eſſentiã ſignificat. Quadã tn̄ neceſſitate trãſlatũ eſt hoc nomẽ ut pluraliter diceret̃ tres pſonæ, cũ q̃rit̃ qd tres uel quid tria. In qua locutione non ſignificat eſſentiã ſiue naturam diuinã, q̃ cõis eſt tribus pſonis, ſ3 ſubſiſtẽtias ſiue hypoſtaſes, ſcdm̃ græcos, ergo tres pſonę dicunt̃ tres ſubſtãtiæ, ſiue tres entes, p̃ quo græci dicũt hypoſtaſes li. 1. di. 25. §. Sciẽdũ, & §. Et hic ſenſus. Et hoc nomẽ pſona licet ſignificet eſſentiã, cũ tn̄ q̃rit̃, qui tres, quæ tria, nõ de eſſentia Dei, nec ibi qd ad eſſentiã refert̃, & iõ cũ dr̃ tres pſonæ tũc nomine pſonæ nõ intelligit̃ eſſentia, ut ſint eſſẽ ię tres, ſ3 tres ſubſiſtẽtię. Et neceſſitate loquẽdi inuẽtũ eſt hoc nomẽ pſona. Et patres ſubſiſtẽtiæ ſũt vna eſſẽtia ea. §. Ad hoc. Et eſt reſpõſio Magiſtri ad obiecta. Vñ dicẽdo alia eſt pſona p̃ris alia filii &c. intelligit̃ alia ſubſiſtẽtia, uel hypoſtaſis patris aliæ filii. ead. §. Nũc inſpiciamus. Sed dicẽdo, alius eſt in pſona pater alius filius, noñe pſonæ cõuenienter intelligit̃ p̃prietas perſonę, ut ſi ſenſus p̃prietate ſua alius eſt pater, q̃ filius. ea. §. Deinde. inf. Proprietate. Inf. Perſona dr̃. ſcdm̃ Perſonarũ neutra eſt pars diuinæ eſſentiæ vel Dei, q̃a ſingula plenus, & uerꝰ Deꝰ eſt, tota & plena diuina eſſentia, nec aliqua eorum dicenda eſt pars trinitatis, q̃a unus Deus in tribus eſt, & ſimul tres unꝰ Deꝰ pp ineffabilẽ cõiũctionẽ deitatis. li. 1. di. 19. §. Nec eſt.

Perſonas num. differre dicit Damaſcenus. lib. 3. de tri. c. 6. Num. aũt differre dicunt̃ aliqua: qñ ita differũt ut hoc nõ ſit illud Nec aliqd, q̃ illud eſt uel in ipo eſt. vt Socrates, & Plato, q̃ dicũt̃ idiuidua apud philo. Et ſic nõ differũt tres pſonæ diuinę. Alio mõ differunt num. q̃ ſi enumeratione ſine cõmutatione ſibi nõ adiũgunt̃, ſed à ſe diſcernuntur, vt de aliquibus rebus dicẽdo, una duæ tres. Et hoc mõ forte logẽ Damaſcenꝰ. Et ita dici põt nũ. diſtinguunt̃, tn̄ queniẽtiùs dr̃, q̃ diſtinguantur p̃prietatibus. li. 1. di. 19. §. Quod autem, & §. Dicuntur enim. Differentia numero declarantur.

Perſonarũ diſt. excludit pſonarũ cõfuſionẽ ſiue permixtionẽ. Et cũ dr̃ alia, & alia, non intelligit̃ diuerſitas ſiue alienatio, ſ3 excludit̃ confuſio, q̃ ponit. Tabellius. li 1. di. 24. § Cũ aũt, & §. Ita, & cũ. Terminus diſtinctio preſupponit pluralitatem, & pluralitas alietatem, non tamen in natura, ſcilicet in ſuppoſito, quia diſtinctio, quæ ibi ſit per proprietatem perſonalem ſit in eſſe perſonali, & non in eſſe ſimpliciter.

Perſona dr̃ ſcdm̃ ſubſtantiã, quia nõ eſt aliud Deũ eſſe, aliud perſonam eſſe. li. 1. di. 25. §. Quod autem. Et tamen non dicuntur hi tres pater filius, & ſpirituſſanctus, una perſona, ſicut dicuntur una ſubſtantia, quia uolumus uel unum aliquod uocabulum ſeruare huic ſignificationi, quę ſtelligit̃ trinitas, ne oĩno taceremus interroganti quid tres, cũ tres, eſſe fateremur, Aug. Magna p̃rſus inopia laborat humanũ eloquium, dictũ eſt tamen, tres perſonæ non ut illud diceret̃, ſ3 ne taceretur. Non eñ rei ineffabilis eminentia hoc uocabulo explicari, ualet. li. 1. d. 23. §. Ideo oritur, & §. Qua.

Perſonam hominis non dicitur Deus aſſumpſiſſe Sup. aſſumpſit.

Perſona dr̃ quaſi per ſe ſonans (id eſt exiſtens per ſe quaſi alteri rei non couiuncta ſemper perſonaliter. li. 3. diſt. 10 §. Illud tamen.

Perſonę legitimæ ad contrahendũ. Supra. Legitimę.

Pes aĩæ eſt amor q̃ ſi prauꝰ eſt, dr̃ cupiditas ſiue libido ſi rectus dr̃ charitas. Et mouetur, aĩa, quaſi ad locũ quo tendit, id eſt, ad delectationem bonã uel malam, quo ſe per amorẽ ueniſſe lætat̃. li. 2. di. 38. §. Solet ẽt.

Petrus habuit fidem paſſionis in eo, q̃ hominem credit̃ pati, quia hoc videbat̃, ſed non in eo, quòd credebat Deum eſſe q̃i patiebatur. lib. 2. di. 24 §. Si uerò.

¶ Philoſophi antiqui Deum cognouerunt per creaturas. li. 1. di. 3. §. Apoſtolus. Sed quaſi p̃ umbrã de longinquo viderunt ueritatem deficientes in contuitu trinitatis, ut magi Pharaonis in tertio ſigno. Iõ q̃uis in creaturis aliqualiter indicatur imago trinitatis, nõ tn̄ põt p̃ creaturarũ conteplationẽ ſufficiens notitia trinitatis haberi, nec potuit ſine doctrina uel interioris inſpirationis reuelatione. lib. 1. diſt. 3. §. Nũc reſtat.

Pietas eſt cultus Dei. Inf. Sapientia ut dicitur.

Plato poſuit tria principia. Inf. principium omniũ.

Pluuiæ quomodo fiant. Sup. Aquæ licet.

¶ Pœna eſt corruptio, uel priuatio boni paſſiuè.

Peccatum uerò eſt corruptio actiuè, ita q̃ pœna eſt effectus illius corruptionis ſiue priuationis, & ita priuatio, ſiue corruptio capit̃ actiuè, & paſſiuè, & pœna eſt Dei, culpa uerò diaboli ſiue hominis. li. 2. di. 35. §. Quæri autem ſolet.

Pœna temporalis ab æterna pœna non liberat, quẽ hic in melius non commutat. li. 4. di. 15. §. Attende, Supra. Flagellum.

Pœna in originali tantum decedẽtiũ eſt mitiſſima, q̃a nullã aliã habebũt pœnã, niſi, q̃ perpetuò carebũt Dei uiſiõe l. 2. di 33. §. Prędictis adiiciẽdũ. &§. Alioq̃n.

Pœna peccatis debita dimittitur uirtute paſſionis Chriſti. Supra, Chriſtus. Supra. Peccata.

Pœnitentia longè poſitis à Deo eſt neceſſaria ut approp̃inquent. li. 4. di. 14. §. Poſt hæc.

Pœnitẽtia eſt ſecunda tabula poſt naufragiũ, quia ſi quis ueſtẽ innocẽtiæ in baptiſmo p̃ceptã peccando corrupit penitẽtiæ remedio reparare poteſt. Prima tabula eſt baptiſmus vbi deponitur uerus homo, & inuitur nouus. Secunda eſt pœnitẽtia, qua poſt lapſum reſurgimus. Ibidem.

Præſentia fuit exordium prædicationis Iohannis, & Saluatoris Ibidem.

Pœnitentiæ tẽpus eſt uſq; ad extremũ articulũ vitæ. Vñ nemo deſperãdus dũ in hoc corpore cõſtitutus eſt, quia nonnunq̃, qđ diffidentia ætatis differtur conſilio maturiori perficitur li. 4. di. 20. § Sciendum eſt.

Pœnitentię fructuoſæ tempus in hac uita ſolum eſt, q̃ qui in hac vita non fecerit habebit quidem pœnitentiam in futuro ſeculo de malis ſuis, ſed indulgentiam in cõſpectu Dei non inuenier. li. 3 diſt. 50. §. Hic orit.

Pœnitentia tribus modis agit̃. ſ. ante baptiſmum de prioribus peccatis, ſed poſt, mortalium, & quotidianarum uenialium. li. 4. diſt. 16 § Prædictis uero.

Pœnitẽtia mortaliũ peccatorũ neceſſaria eſt. Aug. Nõ ſufficit mores in melius mutare, & a malis factis recedere, niſi, & de his, q̃ facta ſunt ſatisfiat Deo p̃ pñię dolorẽ, humilitatis gemitũ p̃ cõtriti cordis ſacrificium cooperantibus eleemoſynis. li. 4. di. 16. §. Quæ autem.

Pñia añ baptiſmũ adultis eſt neceſſaria, q̃ nouum hoĩem parturit donec per baptiſmum, omnium prætæritorũ fiat abolitio peccatorum. Ibidẽ. §. Prædictis.

Pñia dr̃ à p̃ uniendo, qua quis punit illicita, quę cõmiſit, & eſt duplex, interior, ſcilicet, quæ eſt uirtus mẽtis, & exterior, quæ eſt ſacrm̃ & utraq; eſt cauſa iuſtificationis, & ſalutis. li. 4. diſt. 14. §. Poſt hæc.

Pœnitẽtiæ uirtus, ſi interior, timore concipit̃. Eſaiæ 19. A timore tuo domine concepimus, & peperimus ſpiritum ſalutis. Ibidem.

Pñia eſt q̃da dolentis uindicta, ſemper puniens in ſe, qđ ſe dolet commiſiſſe. Ibidem. §. De pœnitentia.

Pñia ut dicit Ambroſius eſt, p̃terita mala plãgere. & plãgẽda iterũ nõ cõmittere. li. 4. di. 24. §. Poſt hæc.

Pœnitere eſt pœnã tenere, ut ſemp̃ puniat in ſe vlciſcẽdo, quod cõmiſit peccando. Vbi eñ dolor finit̃, deficit, & pœnitẽtia. Si uerò pœnitẽtia finit̃, quid relinquit de uenia? Tãdiu gaudeat, & ſperet de gratia, quãdiu ſuſtentat̃ a pñia. li. 4 di. 14 De pñia. Et intelligitur de pñia pfectorũ, & ſufficienti ad ſalutẽ. Illud aũt quod dr̃, nihil relinquitur de uenia, intelligit̃ quod propter ingratitudinem ita reus eſt, ac ſi illa redirent.

Pœnitere ſecundũ Gregoriũ, eſt ante acta pctã deflere, & flenda non committere. lib. 4. §. poſt hæc.

Pœnitẽs debet abſtinere à pctis. Vnde Iſidorus. Irriſor eſt nõ pœnitẽs, qui adhuc agit quod pœnitet. Nec vĩ Deũ poſcere ſubditus, ſed ſubſannare ſuperbus, Vñ Eſaias: Lauamini, mũdi eſtote. Lauatur, & mundus nõ eſt, qui plãgit, q̃ geſſit, nec deſerit, & poſt lacrymas ea, q̃ defleuerat reperit. Canis reuerſus ad vomitũ, eſt pctor pœnitẽs. rediẽs ad peccatũ. Vnde, & Auguſtinus Inanis, eſt pœnitentia, quã ſequens culpa coinquinat. Et nihil proſunt lamenta, ſi replicant̃ peccata. Ibidẽ.

Pœnitere uerè, eſt ſic à malis mentem reuocare, ut commiſſa quis plangat, & plangenda committere nõ uelit, nec ſatisfacere negligat, Ibidem.

Pœnitens uerè, põt nihilominus poſt verã pœnitẽtiã dãnabiliter peccare. iõ auctoritates, quæ dicũt, q̃ pñia ſit flenda non admittere, & ſimiles, nõ ad diuerſa tempora, ſed ad idẽ tẽpus debẽt referri, ut ſc3, eo tempore quo flet cõmiſſa mala, nõ cõmittat ea volũtate uel ope. Hinc dñs dixit adulteræ. Vade, & ampliùs noli peccare, nõ dixit ne pecces. Quod igit̃ dr̃, inanis eſt pñia, q̃ ſequẽs culpa coinquinat, intelligendũ eſt de fructu illius pñiæ, & alia bona opera mortificant̃ ut non fortiãtur mercedem, quam meruerunt. Ibidem. & ſeq.

Pñia eſt uirtus uel gr̃a, q̃ commiſſa mala cũ emẽdationis propoſito plangimus, & odimus, & plangenda iterum committere nolumus. Ibidem.

Pnia uera eſt, in aĩo dolere, & odire uitia. Ibidem.

Pœnitẽs nõ eſt, q̃ malũ nõdũ deſerit Aug. pœnitẽtes verè ſi eſtis, & non irridẽtes mutate vitã recõciliamini Deo Genua figis & rides ſubſannas patientiam Dei. li. 4. di. 15. §. Satis.

Pœnitentia vera, ut dicit ad baptiſmi puritatem cõfitentem conatur adducere. Ibidem.

Pœnitentia reſuſcitat opera bona per peccatũ mortificata. Sup. Opera bona. &

Præſentia uera eſt, quæ peccatum abolet qđ illa ſola facit, quæ ſcelus corrigit. Illa uerò ſcelus corrigit, qua odium commiſſi criminis, & committẽdi cum deſiderio ſatisfaciẽdi aſſert. Vñ Hie. Nihil Iudæ profuit egiſſe pœnitentiam, per quam ſcelus corrigere nõ potuit, li. 4. di. 15. §. Ex præmiſſis.

Pñas falſas (ingt Greg (dicim⁹, q̃ nõ ſcdm̃ auctoritates ſctorũ imponunt̃, p̃ qualitate criminũ. Iõ miles, vel negociator uel officio deditus, quod ſine peccato exerceri non poſſit, uel qui bona alterius iniuſtè obtinet, ne qui odium in corde gerit, recognoſcat ſe uerã pñiam agere non poſſe, niſi negotium relinquat, officiũ deſerat, odiũ ex corde dimittat, & bona, quę iniuſtè abſtulerit, reſtituat. li. 4 di. 16. §. Et ſicut.

Pñiam falſam eę conſtat cũ pluribus ſpretis de uno ſolo agitur pœnitentia. Vel cum ſic agitur de uno, ut non diſcedatur ab alio. li 4 diſt. 15. § Satis.

Pñia non poteſt agi de vno peccato, altero retento in delectatione, uel per confeſſionẽ non expoſito. Vñ illud Naum. 1. nõ punit Deus bis in idipm̃, & ſimilia, ſtelligit̃ de illis p̃ pœnitentibus ſupplicijs, ſ3 bonum cõmutant̃, & uerã pñiam agũt, & ſ3 bono pſeuerãt. li. 4. d. 15. § poſt hoc. Vñ Aug de pñia, ſunt q̃uit plures, quos pœnitet peccaſſe, ſed tn̄ quędã reſeruantes ſunt, in quibus delectent̃, nõ aĩa duertẽtes dñm ſimul mutum, & ſurdũ a demõio liberaſſe, p̃ hæc docẽs nos nunq̃, niſi de oĩbꝰ ſanari. Nunq̃ ſanauit dñs aliquẽ, quẽ nõ a io liberauit. Totũ eñ hoĩem ſanum fecit in ſabbato. Quędã

enim

em impietas infidelitatis est ab illo, q̃ iustus est, & iustitia dimidiam partem sperare venię. eadem. §. Satis.

Pnia facta de uno pcto, retẽto altero, nulla est. Vñ postea. dũ alterũ peccatũ ẽt cõfiteẽ de utroq; fieri pnia imponatur. li. 4 di. 15. §. His responderi. Nõ reuiuiscit prima pœnitentia, quæ in peccato facta fuit, licet baptismus recedente fictione incipiat ualere. Aug. dicit: Qđ cũ gra Chri in hoĩe destruxerit mala priora, ẽt bona remunerat Et Hiero. Nõ est tã iniustus Deus, ut pp multa mala obliuiscat paucorũ bonorũ. Qđ intelligit de bonis in charitate factis, & postea mortificatis. li. 4. di. 15. §. Quibusdã, uel pœnitere nemo dignè pôt, quẽ nõ sustinet unitas ecclesiæ. li. 3 di. 17 §. Nũc priusquã.

Pnia exterior, & interior sunt unum sacramentum: non duo. li. 4. di. 22. §. Post prædicta.

Pœnitẽtia exterior est sacramentũ tantũ, id est, signũ interioris pœnitẽtiæ, & remissionis pcti. Interior autem penitentia est sacramentum. i. signũ remissionis & res sacramenti scilicet pœnitentiæ exterioris. Remissio. verò est tres tantũ. li. 4 di. 21. §. Post prædicta.

Pœnitentia exterioribus iniungitur. Inf. Satisfactio exterior.

Pœnitentia discreta iniungenda secundum circunstantias. li. 4. di. 29. §. Si uerò de.

Pniæ sunt arbitrariæ. Vnde Hiero. Mensurã tempo ris in agenda pœnitẽtia canones, id non satis apertè pfigũt, sed magis in arbitrio intelligentis sacerdotis relinquũt, qa apud Deũ non tã ualet mensura temporis quã doloris, ne abstinentia tãtũ ciborũ, quantũ morti ficatio uitiorum, ita tamẽ, q̃ circunstãtię debitę attendantur, iuxta confitentis deuotionem, ætatem, infirmitatem, & pericula, & necessitatem. Ibidem & seq.

Pœnitẽtia protrahere, usq; ad mortẽ est periculosissimum, & interitu uicinum, qa multa sunt, quæ impediunt languentem li. 4. di. 20. § Sciendum est.

Pœnitẽtia sera, Aug. Si q̃s, inquit, positus in ultima necessitate uoluerit accipere pœnitentiam, & accipit, & mox reconciliabitur, & hinc uadit, fateor uobis nõ illi negamus, q̃ petit, sed nõ præsumimus quia hinc bñ erit. Nunquid dico damnatur. Sed nec dico, liberatur. Si uis ergo a dubio liberari, age pœnitentiam dum sanus es Si uis agere pniam, q̃n iã peccare nõ potes, peccata te dimiserunt, nõ tu illa. Nullus expectet, q̃n iam peccare non pôt. Arbitrii eñ libertatẽ, quæri: Deus, ut possit delere pctã, non necessitatẽ, charitatẽ, nõ timorẽ, quia nõ in solo timore uiuit hõ. Quẽ ergo serò pœnitet, oportet non solũ timere iudicẽ, sed diligere, qã sine charitate nemo potest saluus esse. Non ergo tãtũ timeat pœnã, sed anxiet̃ ꝓ gloria. Sed: q̃n uix uel rarò est tã iucta conuersio, timẽdũ est de sero pœnitente, maximè cũ filij, quos illicitè dilexit, sint ꝓsentes uxor, & mundus ad se uocet. Multos solet serotina pœnitentia decipere. Si tñ uera conuersio contigerit alicui in fine desperandum non est. Cum igitur sit opus non hominis, sed Dei fructifera pnia eam inspirari pôt q̃cũque uult sua misericordia. Et remunerare ex misericordia, quos damnare pôt ex iustitia. Sed magnũ est cui Deus tunc inspirat, (si quis est) uerã pœnitentiam. Sed si etiam sic conuersus uiuat, & non moriatur, non promittimus, q̃ euadat omnem pœnam. Vndè periculosum est differre pœnitentiã usq; ad finẽ uitæ, si tñ ẽt tũc habeat uera pœnitentia, hominẽ liberat, non sic tñ ut nullã sentiat pœnã, nisi fortè tanta sit uehementia gemitus, & cõtritionis, quæ sufficiat ad delicti punitionem. Possit eñ tanta esse cõtritio, & sufficiens, ut liberi ab alijs pœnam transeant ad uitam: Si uerò interior pœnitentia non sufficit, & exterior non implẽt addit Deus pœnã sufficiẽtẽ. Horrendũ tñ est incidere in manus Dei uiuentis. Similiter enim est de illis qui pœnitentiam iniunctã nõ impleuerint. Et simile est si pœniteutia iniuncta non fuit sufficiens. li. 3. di. 2. §. Sciendum & seq.

Pnia ẽt si extremo hiatu uitæ aduenit, sanat, & liberat, licet difficila fit ut tunc si uera pœnitentia quãdo cruciatus membra ligat, & dolor sensum opprimit, ut uix hõ aliquis cogitare debeat. Melior est tamen sera, quàm nulla. Ibidem.

Pœnitentia non completa in præsenti. Supra. Pœnitentia sera Infra. Purgatorium.

Pœnitentia insufficiens in præsenti. Supra. Pœnitentia sera. Infra. Purgatorium.

Pœnitẽtia infirmorũ. Theodorus in pœnitentia li. innuit, ab infirmis in periculo mortis positis pura est inquirenda confessio peccatorũ, nõ tñ est illis imponẽda quantitas pœnitẽtiæ, sed innotescenda eũ & cũ amicorũ orõnibus, & eleemosynis pondus pœnitẽtiæ subleuãdũ, si forte migrauerint. Si uerò conualuerint pnię modũ a sacerdote impositum diligẽt obseruẽt. li. 4. d. 20 §. Solet. pnia denegari non debet cuiq̃ in necessitate poscenti. Et si prius desiderauerit, & postea pro infirmitate uerbis uel si quis non potest id significare, dẽt nihilominus pnia ei præstari, dummodo fideliũ assit testimoniũ, q̃ hoc priùs poposcerit. Alioq̃n sacerdos, qui negauerit, reus erit animarũ. Quia misericordiæ Dei nec mẽsurã, neq; modũ ponere possumus. qa non tã ꝓpis, q̃ cordis ispector ẽ, sicut latro ꝓbat. ea. §. Sciẽ.

Pœnitere uolẽtis, sed morte ꝓoccupati, ita, q̃ non fuerit confessus, oblatio recipiat. li. 4 di. 28. § Si autẽ.

Pnia reiterari sæpius potest, & licet Chryso. Talis mihi crede, talis est, erga homines pietas Dei, q̃ nunq̃ spernit pœnitẽtiã, si ei syncere, & simpliciter offerat ẽt si ad summũ, quis perueniat malorũ. Nã Dauid post ꝓ actã pœnitentiã adulterij, & homicidij grauiter peccauit in populi, numeratione, qui tũ pcti sui adept̃ est ueniã. Illud uero apostoli Heb. 15 Voluntariè nobis peccantibus non relinquit hostia ꝓ pctis scda, intelligit, qđ Christus non ultra moritur, nec concedit baptismus secundus, sed pnia secunda, tertia, & ultra, non negatur. li. 4 dist. 12. §. Quod uerò.

Pnia solennis est, quę fit extra ecclesiam in manifesto, in cinere, & cilicio, q̃ pro granioribus, horrẽdisq; ac manifestis delictis tantum imponitur, & illa nõ est reiteranda pro reuerentia sacramenti, & ne uilescat, & contemptibilis fiat hominibus. li. 4 dist. 14. §. Illud autem.

Pœnitẽtẽ publicè non potest sacerdos reccõciliare nisi in ultima necessitate. & absente episcopo, sed de præcepto episcopi hoc pôt, li. 4. di. 20. §. Non debet.

Pniæ patres sunt tres, scilicet ꝓpunctio cordis, ꝓfessio oris, & satisfactio operis. De prima dr Iohel. 4. Scindite corda uestra. De scda Prou. 18. Iustus in principio sermonis accusator est sui. Verè eñ cõfiteẽ, qui seipm accusat Et Psal. 40. Effundite corã illo corda uestra, Iacobi. vl. Cõfitemini alterutrũ peccata uestra. De tertia a Ioanne percipitur, Matt. 3 Facite fructus dignos pœnitentiæ, li. 4 di. 16. §. In perfectione

Scientia, & intellectus dona ſpirituſſancti, differunt à ſcientia, & intellectu naturali hominis. Hæc. n. ſc3 dona, uirtutes ſunt, q̃ per gratiam infunduntur animis fidelium, ut per eas rectè viuant. Illa uerò naturaliter habet homo ex beneficio creationis, à Deo tamẽ. Per has aũt uirtutes quæ dicuntur dona, reformantur illa naturalia, & adiuuantur. lib. 3. di. 35 §. Et notandum.

Scientia quomodo euacuabitur. ſup. Charitas non euacuabitur.

Sciẽtiã aĩę ſcriptura ſacra ſolũ tradit, q̃a illã hõ pecando amiſit. Sed ſcientiam rerũ propterſe factarum, qua ea gubernaret, & eis neceſſaria prouideret, non amiſit peccando. Ideo ſcriptura hominem de ea non erudit. Homo. n. in creatione fuit triplici cognitione præditus. &c. lib. 2. diſtinctio. 23 §. Fujtq; ſup. Homo conditus.

Scientiam cœlorum, & aliorũ non neceſſariorum ſcriptura non docet. li. 2. di. 14. § Quæri etiam.

Scit Deus oĩa, & qũo bona, & mala ſũt in Deo per ſcientiã, ſup. Eſſe omia, ſupra, mala, non ſunt.

Scire Dei idem eſt, quod eſſe Dei, & eius ſcientia idem eſt, quod eſſentia, Igitur, ſicut eſſentia eſt immutabilis, ita & ſcientia. Et nec augeri, nec minui poteſt, li. 1. d. 39. §. Hic opponitur.

Scire põt Deus plura, q̃ ſcit, quia põt ſcire oĩa, q̃ ſcit, & põt aliqua facere q̃ nunq̃ erunt, & illa põt ſcire. Nõ enim aliqua incognita facere poteſt. Si uerò aliqua faceret, quæ non ſunt, nec erunt, & illa omnia ſciret, plura ſciret, quàm modo ſciunt: Nec tamen eius ſcientia augeri poteſt, quia hæc omnia poſſet ſine mutabilitate ſcientiæ, ead. §. Item a quibuſdam. Huius intellectum uide ſupra, Scire, uel præſcire.

Scita uel præſcita utrum poſſint aliter euenire, li. 1. diſtin. 38. §. Ad hoc, ſup. præſcita, ſup. prædeſtinatio duplex.

Scribi in li. vitæ, uel delere q̃d ſit, li. 3. d. 31. Illã quoq; Scintilla ſupior ẽ motus, i. tẽdẽtia quæ ẽt in Cayn ſecundum Hieron. non potuit extingui, igitur nec in aliis. Et illa ſemper bonum uult, & malum odit. li. 2. di. 39. § Præterea quæri, Infra, Voluntatis malę.

Scriptura tota tractat de rebus uel ſignis, & circa ea pręcipuè uerſatur. Vnde Auguſt., Omnis doctrina uel rerum eſt uel ſignorum: res etiam per ſigna diſcuntur. li. 1, diſt. 1. § Veteris ac nouæ.

Scriptura ſacra non tradit curioſa, ſupra. Saluti.

Scriptura qualẽ ſciẽtiã docet, ſup Scientiã animæ.

Secundum habet multiplicẽ acceptionem Aliq̃n. exprimit conditionem ſiue proprietatẽ, vt dicẽdo ſm q̃ homo, & eſt ſenſus, ideſt, ex conditione humanæ naturæ. Aliq̃n unitatẽ perſonæ. Vnde Chriſtus ſm, quod homo ualet intãtũ. i. Chriſ inquãtum habet humanitatẽ unitã diuinitati. Aliq̃n notat habitu, & ualet tm̃, i. Chriſ ſm habitũ, quo dr̃ homo. Aliq̃n notat cauſam, & ualet tm̃. Chriſtus inquantum homo eſt perſona, i. cauſa quare eſt perſona, quia eſt homo. Et iuxta huiuſmodi acceptiones uerificantur, vel falſificantur loquutiones illæ, Chriſtus ſecundum quod homo eſt perſona, & ſimiles li 3. diſt. 10. §. ſolet etiam.

Sedere Chriſtus uincẽs in throno cum patre dr̃, q̃ omnibus claruit, quod poſt paſsionis certamen, & reſurrectionis palmam patri eſſet æqualis. Vnde Apocal. 3. in fine. Qui uicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut ego uici, & ſedi cum patre meo in throno eius. li. 4. diſt 47. §. erant autem.

Sedere nobis in throno Chriſti, eſt ex eiuſdem filii poteſtate iudicare, ſm Gregorium 26. Moralium. uer. Iudicium pauperibus tribuit. Quia igitur iudicandi principatum ex eius uirtute percipimꝰ, in eius quoq; throno reſidem, li 4. diſt. 47. §. Erant autem.

Sedebunt in throno eodem iudicaturi cũ Chro, q̃ hic non ſolum quę lex præcipit, impleri contenti ſũt, ſed, & q̃ ad perfectionẽ conſulitur, implere ſtudẽt. Hi rectè ſub generali iudicio non tenenter, ſed ut iudice ueniunt, quia, & præcepta generalia uiuẽdo uincerũt, & relictis oĩbus ſequuti ſunt Chm̃. Iõ Iob. 36. dr̃. Et pauperibus iudicium tribuit, q̃ quãto huic mũdo magna humilitate deſpecti ſũt, tãto tũc maiori culmine poteſtatis excreſcent, iuxta illud Apocal 3 Qui uicerit &c. De qbus Eſaiæ 3. Dns ad iudicium uenıet cum ſenioribus populi ſui. Et prouerbiorũ ultimo. Nobilis in portis, i, in iudicio, uir eius, ideſt, Chriſtus, quando ſederit cum ſenatoribus terrę Hæc Gregor. li. 4. diſt. 47 § erunt autem.

Sedes duodecim, de qbus Matt. 19. dr̃. Sedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus. Iſrael, ſignificant perfectionem tribunalis, ſm uniuerſitatẽ iudicantiũ: ſc3 oẽs perfectos. qui relictis omnibus ſequuti ſunt Chriſtum. Et duodecim tribus ſignificãt uniuerſitatem iudicandorum. eadem. §. Non autem.

Seducta erat mulier, i Eua, quę uerũ credebat, q̃ diabolus ſuggerebat, uir aũt nõ erat ſeductus, prima, ad Thim. 2 ſc3 propriè, fuit tñ aliqualiter ſeductus, quia ueniale putabat, quod peremptorium erat Elatio tamen aliqualis præceſit in cordibus utriuſq; ſed maior in muliere, quam in uiro. li 2. ſtiſt 22 § & talis.

Senſualis ſiue carnalis motus animæ, qui in corporis ſẽſus intẽdit̃, nobis, pecoribusq; cõmunis eſt, qui ſecluſus eſt à ratione ſapientiæ. i. portione ſuperiorum ratione autem ſcientiæ, ideſt, inferiori portione uicinus eſt. lib. 2. diſt. 24. § Eſt enim, ſup. rõnis portionis.

Senſualitas eſt quædam uis animæ inferior, extra quam eſt motus, qui intenditur in corporis ſenſus atq; appetitus rerum ad corpus pertinentium ibidẽ. Et hoc ſecundum propriam acceptionem, ut comprę hendit potentias motiuas, & apprehenſiuas.

Sen-

Senſualitas differt à ratione, Supra, Rationis eſt.

Senſualitatis nomine ſæpe in ſcriptura appellatur inferior portio rationis. eadem. §. non eſt.

Senſualitatis eſt, quicquid in anima nobis confidentibus occurrit, quod, commune ſit cum beſtiis. ea. §. eſt enim, ſup. rationis eſt.

Senſus oẽs tã exteriores q̃ interiores ſunt ipſiꝰ animæ. Nõ. n. ſentit caro, ſed anima utens corpore uelut inſtro. Aug. ſuper Gen. li. 12. ca. 45: Nõ corpus ſentit, ſed anima vtens corpore uelut nuncio utitur ad confirmandum in ſeipſa, quod extrinſecus nunciatur. Sicut ergo anima, quod foris eſt per corpus tanquã per inſtrm̃ uidet, & audit, ita etiã per ſeipſam quidem ſentit, quę ſine corpore ſentire non poſſet, ut famem, ſitim, & huiuſmodi. Vnde merito dicũtur defectus corporis: q̃dã quoq; ſentit anima ſine corpore, ut timorem, & triſtitiã, & huiuſmodi. li. 3: di. 15. §. illud quoq;

Snĩa iudicis extremi, & accuſatio reproborum, ſc3 eſuriui, & non dediſtis mihi manducare, &c. ac illa talis diſceptatio erit uocalis, & etiam mentalis li. 4. di. 47. §. ſolet etiam. Erit etiam citatio vocalis. & mẽtalis.

Snĩa eccleſiæ tũc approbatur, & confirmatur iudicio Dei, & totius cæleſtis curię, cum merita reorum illos ita ſolui, uel ligari poſtulãt. Quos ergo ſm merita præcellit ſententia eccleſię, eos lædit, & illi foris ſunt apud Deum. Qui autem non meruit, non lædit̃ ſententia eccleſiæ, niſi eam contemnat. Nam eccleſia ſicut, & ſacerdos interdum pœna ſatisfactionis, & excommunicationis ligat indignos, & ſoluit: & econuerſo. li. 4. di. 18. §. Secundum hos, & ſequ.

Sepultura præciosa, ſupra, pompa.

Serpens callidior cunctis amantibus dc̃t̃i eſt: q̃a ut ait Aug. Mali angeli licet ſuperbi deiecti, natura tamẽ excellentiores ſunt omnibus beſtiis, propter eminentiã rationis. Non ergo mirum ſi diabolus ſuo ſpiritu ſerpentẽ replens reddebat ſapiẽtiſsimum omnium beſtiarum: quẽ tamẽn eſt tentandum non elegit, ſed in eo tantum permiſſus eſt, ut hominẽ tentaret. Serpẽte autem uelut organo uſus eſt, mouens naturã eius ad exprimendos ſonos uerborum, & ſigna: quibus monſtraret uoluntatem ſuam, ſicut per energumenos loqꝛtur. Serpens igiẽ rationalis non fuit nec factus eſt, nec uerba intellexit. Callidiſsimus tñ dictus eſt propter aſtutiã diaboli. li. 2. di. 21 §. Sed q̃a, ſicut angelꝰ bonꝰ p aſinã Barlaã loquutꝰ eſt, ita diabolꝰ p ſerpẽtẽ. Ibidem.

Serpens ſpiritualiter in quolibet hoĩe eſt ipſa ſẽſualitas ſiue motus ſenſualitatis. li. 2. di 24 §. illud quoq;

Seruitus. ſupra, error conditionis.

Sydera facta ſũt, ut p ea illuſtretur inferior, pars, ne eſſet habitãtibus tenebroſa, & ne nox indecora remaneret, & ut hoĩes conſolarentur, qbus in nocte neceſsitas opandi incũberet. Et q̃a q̃dã aĩalia lucẽ ferre nõ poſſunt. Qđ aũt dr̃, q̃ in ſigna, & tẽpora, & dies, & annos, intelligiẽ, in ſigna, ſc3, ſerenitatis, & tẽpeſtatis, & in tẽpora, nõ q̃ ante nõ fuerit tẽpꝰ, ſed q̃a p ea diſtinguimꝰ quatuor tpa anni, ſe3 uer, æſtatẽ autũmnum, & hyemem, uel ſunt in ſigna, & tempora, i. in diſtinctionem horarum temporis. li 2. di. 14. §. quia ergo.

Signum eſt res præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus aliud aliquid ex ſe faciens in cognitionem uenire li. 4. di. 1. §. ſacramentum.

Signorũ alia ſũt ſigna naturalia, ut fumꝰ ſignificãs ignẽ: alia data, & illorũ quędã ſũt ſacramẽta. Ibidem.

Signa ſunt, quorum uſus eſt in ſignificãdo, ſed, illorum quædam ſunt quorum uſus eſt in ſignificando tantum, & non iuſtificãdo, ut aliqua ſacra legalia. Alia, quę non ſolum ſignificant, ſed etiam conferunt quod intus adiuuet, id eſt, gratiam, ſicut ſacramenta euangelica. libro 1, diſtinctio 1. §. ueteris, ac nouæ.

Signum omne res aliqua eſt. Quod enim nulla res eſt, omnino nihil eſt. Ibidem.

Silentium non eſt aliqua res, ſed abſentia ſoni. li 2. diſt. 12 ſecundum hanc.

Simię cũ hoĩes non ſunt, formã tñ imitantur humana, ſic & hæretici uultũ eccleſiæ, & auctoritatem ſibi vẽdicãt, cum in eccleſia nõ ſint. li. 4. di. 25. §. ſolet ẽt.

Similitudo Dei quomodo reperitur in homine ſũ homo ad imaginem.

Similitudo nulla. ſc3 pfecta, põt dari diuinis rebꝰ.

Similitudo, Intelligentiæ.

Similitudo uel ſimile ad q̃d dicat̃. ſu. Aequalis dr̃ ſi

Similitudo, & idolũ differunt ſupra Idolum.

Similitudo, & ſimile in diuinis dicuntur relatiuè, & quomodo. ſupra, Aequalis dicitur filius.

Simoniaci dicuntur, qui inſtar Simonis magis impiabilẽ gratiã p tio cõducere uolũt. Et q̃ p miniſterio prætiũ recipiũt in modũ Gehezi, uocãdi ſunt Gehezitæ. Omnes tñ & dantes, & accipientes ſimoniaci dicũtur, & utriq; hæretici ſunt. Nec obſtat, ſi dicant nõ ſe conſecrationes emere, ſed res ipſas, quæ ex cõſecratione pueniũt, nã, & in idem redit: quia ſi quis alterũ uẽdit, quorum unum ſine altero uendi nõ poteſt, neutrũ inuẽditũ derelinquit. li. 4. di. 25. §. De ſimoniacis. & ſeq. Intelligitur hoc quando ſpiritualia uendũtur, quibus annexa ſunt temporalia, non ecõuerſo. Nã ſi uenditur uilla cui annexũ eſt ius patronatus, nõ cõmittit̃ ſymonia, quãuis ipſum niſi excipiatur trãſeat cũ uilla Simoniacẽ ordinãtur aliq̃ à ſimoniacis, alii uero a nõ ſymoniacis: alii autem non ſymoniacẽ à ſymoniacis, primi tã ordinati, quàm ordinatores à proprio gradu decidunt, ut q̃n ordinandus dat Epiſcopo. Secũdi, ſimiliter ab officio remoueantur, ut quando aliq̃d datur collaterabilibus epiſcopi. Tertio miſericorditer p manus impoſitionem pro tẽporis neceſsitate in officio permittuntur, ut quãdo quis a ſimoniaco ignorãter ordinatur. Similiter accuſatur, q̃ uiolẽter attracti a ſymoniacis ordinantur uel hæreticis dũmodo tamẽ ſtatim recedunt ab eis. li. 5 di. 25 §. Simoniacẽ autem. Simplex ſola diuina eſſentia, ꝓpria eſt, ubi nec partiũ nec accidentium ſeu quarũlibet formarum ulla eſt diuerſitas, ſiue uariatio, ſiue multitudo Et ſi multipliciter dr̃ uerè tamẽ, & ſummè ſimplex eſt. Dicitur enim magnus, bonus, ſapiẽs, uerus, beatus, & hmõi, non ſm diuerſitatem accidentium uel partium, ſed propter multitudinẽ nominum, quæ licet multiplicia ſint, tñ unum ſignificant, uidelicet diuinam naturam. Non eadem eſt eius magnitudo & ueritas, &c. Nã Deo hoc ẽ eſſe, quod fortem eſſe uel ſapientẽ eſſe, uel bonũ eſſe, &c. Humano autem animo non eſt hoc eſſe, q̃ fortem eſſe, aut prudentem, aut huiuſmodi. Poteſt. n. animus eſſe, & nulla illam habere uirtutem. eadem. §. Hic diligẽter. Simplex nihil eſt niſi etiã ſit immutabile. Omnis ita q; creatura multiplex eſt, & nullo modo ſimplex. Corporal. ſ autem ſimplex nullo modo eſt, quia conſtat partibus, coloribus, & figuris. li. 1. di. 8. §. Eadẽq;.

Spiritualis aũt, ut anima in cõparatione corporis, ſimplex eſt, quia mole non diffunditur p ſpaciũ loci, ſed in uno quoq; corpore, & ĩ toto tota eſt, & ĩ qualibet eiꝰ parte tota ẽ. Sed ſine cõparatiõe corporis multiplex ẽ, & nõ ſimplex: nã aliud ẽ artificioſũ eẽ, aliud ĩertum eẽ, aliud cupiditas, aliud timor, aliud lætitia, & hmõi, q̃ oĩa põt in aĩæ natura ſueniri, & alia ſine aliis: alia vero magis alia minus. li 1. di. 6 § Eademq; & ſe.

Simplex dicitur de natura diuina, quę eſt hoc, q̃ habet, & quod non aliud ſit habens, & aliud id, quod habetur ſicut in cæteris rebus eſt. Nam habens liquorem non ideo eſt liquor, nec corpus color, nec anima ſapientia eſt libro. 1. diſt. 8 § huius autem.

Simplicitas nō excludit trinitatē. Aug. 11. de Ciuitate ca. 10. Non ꝓp hoc inquā naturā ſummi boni ſimplicē dicimus, quia eſt pater in ea ſolus, aut, filius ſolꝰ, aut ſpiritus ſanctus ſolus: ſed ideo quia eſt hoc, ꝙ habet, excepto, ꝙ relatiuè perſona dicitur ad alteram, nec tū eſt ipſa. Nā pr̄ habet filiū, ad quē relatiuè dr̄, nec tamen eſt filius r& econuerſo. In quo uero ad ſemetipſum, dr̄ non ad alterū hoc eſt, qđ habet, ſicut dr̄ uiuus habendo vitam, & eadem vita eſt ipſe. Ibidem.

Simul creata dicūt oīa. Iuxta illud: Qui uiuit in eternū creauit omnia ſimul. 1. ſpiritualem, & corporalem creaturam. Et tamen omnim primò creata eſt ſapientia i. angelica natura, non prioritate temporis ſed dignitatis. li. 2. di. 2. §. videtur.

Sinus Abrahæ ſupra Lazari.

Sol, luna, & ſtellę facta, sūt, & eis firmamētū 4. die ornatum eſt, li. 2. di. 14. §. Sequitur: Dixit Deus: Fiant.

Sol ió factus eſt, quia lux trium dierum forte ſuperiores partes illuſtrabat, & ad illuſtrationē inferiorū ſolē fieri oportebat, uel quia facto ſole fulgor diei factus eſt. Multa. n. ampliore luce radiauit dies poſtea quā ante. Et de luce ipſa factus dicitur ſol. li. 2 diſt. 13. §. ſolet autem. ſupra. Sydera.

Sol, & luna obſcurata ſunt propter hominem. & ſimiliter alia ſydera, & lux eorum tenebrata. lib. 4. diſt. 48. §. ueniente.

Sol, & luna obſcurabunt ueniente Chriſto ad iudiciū, nō tū priuatione ſui luminis, ſed ſupueniēte maioris luminis i. corporū glorificatorū, claritate. Ante uerò diē iudicii ſol, & luna eclypſim patienter Iohelis, 1. Sol cōuertetur in tenebras, & luna in ſanguinē, anteq̄ ueniet dies dñi magnus, & horribilis. Ibidem.

Solis lux erit poſt iudiciū ſicut lux ſeptē dierū primæ cōditiōis, qa tūc eius lux erat maior, ſed ꝓp pctm̄ hoīs fuit minorata. Vñ Eſaiæ. 3. Erit lux lunæ ſicut lux ſolis. Et lux ſolis ſeptē plicit̄, ſicut lux, ſeptē dierum, q̄ tū luxit ante pctm̄ hoīs, tm̄ lucebit poſt iudiciū. Qđ aūt dr̄ beatis Eſaiæ 60. Nō erit tibi ampli⁹ ſol ad lucēdū ꝓ diem, nec ſplēdor lucis illuminauit te, ſed erit tibi dñs in lucē sēpiternū, intelligit̄, ꝙ tūc ſol & luna non habebūt ortum & occaſum ſicut nūc. Vnde Iſidorus quaſi exponēs illud dictū Eſaiæ ait: Poſt iudiciū inq̄t ſol, & laboris ſui mercedē ſuſcipiet. Et ſic ſtabunt in loco ſuo ubi creati ſunt, ne impii ſub terra poſiti in tormentis fruantur luce eorum. lib. 4 di. 48. §. ueniente.

Soluere, & ligare dicuntur ſacerdotes. Sup. Sacerdotes habent.

Solꝰ pater uel ſolꝰ filiꝰ, aut ſolus ſpūs ſctūs, nō ita dr̄ qa alius ſeparat̄ ab alio: inſeparabiles. n. ſunt hæ tres perſonæ, ſed dicētes ſolus pr̄ ſignificamus ꝙ illi ſimul cum eo nō ſunt pater, & ſic de ſimilibus. Dicendo ergo pr̄ ſolus eſt Deus, ſic diſtinguit̄ ſm aliquos, ſc3 qđ ly ſolus ponit̄ apertè prædicati, ut dicēdo, pr̄ eſt, ſolus Deꝰ, tūc ſit admittenda talis loquutio uel ſimilis. Si uero ponitur in parte ſubiecti, ut dicendo ſolus pater eſt Deus, tunc nō cōcedit̄ li. 1. di. 11. §. hic orit̄ & ſeq.

Solus Deus quando dicitur, ut ſoli Deo honor & gloria intelligitur tota trini. Non enim hæc, & ſimilia de ſolo patre accipienda ſunt uel de aliqua perſona ſingulari, ſed de tota trinitate. Ibi.

Solus pater, uel ſolus filius, uel ſpiritusſanctus quiſquis trium nominatur, etiam reliqui intelliguntur, quia inſeparabiles ſunt, ut dicendo, nemo nouit patrem niſi filius. Non inde ſeparatur pater, & ſpiritus ſanctus. eadem §. ueruntamen.

Solus Deus dr̄ ipſa trinitas q̄uis ſp ſit cum ſpiritibus & animabus ſctis. Solū ergo dicimꝰ, qa nō aliđ q̄ ipſa trinitas Deus eſt. Non enim cum trinitate Deus ſunt, uel aliqua, ana li. 1. di. 21. §. ſed iterum.

Sperare ſine meritis, non ſpes ſed præſumptio dici poteſt. li 3. diſt. 26. §. cum autem.

Spes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, ueniens Dei grā, & ex meritis præcedentibus, ſc3 ipſam ſpem, quam natura charitatis præcedit, uel rem ipſam ſperatam, li. 3. diſt. 26. § Eſt autem.

Spes eſt uirtus, qua ſpiritualia, & æterna bona ſperantur. i cum fiducia expectantur. Ibidem.

Spes eſt de non uiſis, ſicut, & fides. Vnde Rom. 8. Spes quæ uidetur non eſt ſpes. Quod enim quis uidet quid ſperat. ea. §. Et ſicut.

Spes, & fides in quibus conueniunt, & differunt. ſu. Fides & ſpes.

Spem utrum Chriſtus habuit, ſupra. Chriſtus non habuit.

Speculator dicitur præpoſitus eccleſiæ, eo quòd ſpeculetur, atq; proſpiciat ſubditorum mores, & uitam. li. 4 di. 24 §. ſunt & alia.

Spiritus ſanctus eſſe oſtenditur teſtimoniis ueteris teſtamenti. Vnde Pſal. Quo ibo a ſpiritu tuo. Et Sapiētiæ. i. Spiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum. Et Eſaiæ: Spiritus domini ſuper me & c. lib. 1. di. 2. §. Ne ſpiritu. Infra. Spiritus ſanctus procedens.

Spiritus ſanctus quomodo dicitur de ſubſtantia patris, & filii ſupra. Pater non genuit.

Spiritus ſanctus ꝓcedit a patre, & filio, qđ ꝓbatur multis auctoriratibus. li. 1. di. 11. §. Hic dicendum.

Spūs ſctūs nō dr̄ genitꝰ, ſed ꝓcedens, & ideo nec filius dr̄. Nā ſi ſpūs ſctūs filius diceret̄, amborū utiq; filius diceret̄, ꝙ abſurdiſsimū eſt. Nullus. n. duorū filius dr̄, niſi patris, & matris, qđ de patre, & filio in diuinis nequaq̄ ſuſpicari conuenit, ergo non ab utroq; genitus eſt, ſed procedit ab utroq; li. 1. diſt. 13. §. poſt hęc.

Spiritus proceſsio diſsimilis eſt a filii proceſsione. ſup. Filius ſecundum. Infra. Spiritus proceſsio.

Spiritus proceſsio quomodo differt a filii natiuitate. ſupra. Proceſsio.

Spm̄ ſanctum nec genitū nec ingenitum fides certa declarat, quia ſi dixerimus ingenitum, duos patres, ſi genitum duos filios inculpamur credere. li. 1. d. 13. §. nunc conſiderandū. Nec obſtat, ꝙ Hiero. dicit ſpm̄ ſctm̄ ingenitū, quia Hieron. accepit ingenitū. i. nō genitum Aug. uerò accipit ingenitū, i. qđ ab alio non eſt ea. § Hiero. ſup. Ingenitum. Spūs ſctūs ſine tpe, & æternaliter proceſsit a patre, & filio, li. 1. d. 12. § Item. Nō tm̄ magis, uel plenius procedit a patre, q̄ a filio, licet dicat̄ principaliter a patre, hoc iō dr̄, quia a patre habet filius hoc ipſum, ſc3 q ſpiritus ſanctus ab eo, procedat. ea § Nunc tractandū, & ſequen. Eodem ſenſu dicitur etiā propriè de pr̄e procedere, ſc3 qa hoc habet pater a ſe, & non ab alio, Eadem. §. Ex eodem.

Spūs ſctūs nec pater eſt nec filius, ſed dilectio, q̄ habet pater in filiū, & filius in patrem. i. qua pater diligit filium, & econuerſo, lib. 1 diſt. 10. §. nunc uerò.

Spiritus ſanctus amor, charitas & dilectio eſt patris & filii, Aug. Spiritus ſanctus inquit, nec patris eſt ſolius, nec filii eſt ſolius, ſed amborū. Iō cōmunē, qua inuicem ſe diligunt pater, & filius nobis inſinuat charitatē, q̄uis ēt pr̄ dicatur charitas, & filius. 1. Io. 2. Deus charitas eſt, unde Augu. ubi ſupra. ca. 19. Charitas in trinitate aliqñ refertur ad ſubſtātiā, quę cōmunis eſt tribꝰ perſonis, & tota in ſingulis, aliqñ ſpecialiter ad perſonam ſpiritus ſancti refertur, ſicut ſapientia pro ſubſtantia diuina, & aliqñ propriè pro filio capit̄. lib. 1. di. 10. §. Si ergo, & ſeq. ſupra, Diligere.

Spūs ſctūs nō ē charitas ſiue dilectio, qua nos Deū, diligimus, ſed qua Deus diligit nos. Qđ probatur pluribus auctoritatibus. li. 1. d. 17, §. ſupradictum eſt.

Spiritus ſanctus utrū ſit amor ſupra. Charitas qua.

Spi-

Spūs, ſctūs quare eſt, vel dr̄ charitas. ſup. Donū Dei.

Spiritus ſanctus dr̄ charitas nō ſolū cauſaliter, ſicut Deus dr̄ inſa patiētia, & ſpes, ꝓ eo tm̄, qa iſta ex eo ſunt cauſaliter. Hinc ſcriptura dicit: Tu es ſpes mea, fortitudo mea, & ſimilia, ſed de charitate loquens, nō addit mea, vel nr̄a, ſed dr̄ charitas eſt, ſicut dr̄ Deus eſt. li. 1. di. 17. §. Sed ne fortè.

Spūs ſctūs dr̄ concordia, vel cōnexio patris, & filij, quia ipſe eſt amor, quo pater diligit filium, & econuerſo. li 1. diſt. 10. §. Nunc verò, & ſeq. ſupra. Appropriata alia.

Spiritus ſanctus dr̄ a pr̄e mitti ꝓ filiū, nō tanq̄ ꝓ minorē, ſed qa hoc ipſum habet filius a patre, vt ab ipſo ſit, & mittatur ſpiritus ſanctus li. 1. di. §. Ex eodem.

Spūs q̄uis ipſe pater ſit, & ēt filius ſit ſpūs, tm̄ one nēter tertia ꝑſona ſpūs ſctūs nūcupat̄, qa ipſe eſt communis ambobus, iō propriè vocat̄ ipſe, quod ambo cōmuniter, & iō ēt charitas vocat̄, q̄uis etiam pater, & filius charitas ſit, quia ipſe eſt amborum charitas ſeu dilectio. lib. 1. di 10. §. Hic notandum.

Spūs ſctūs ꝓpriè dr̄ donū proprietate immutabili, & æterno. Eo enim dr̄ donū, quo ſpūs ſctūs, & vtroq; noīe dr̄ relatiuè, & eadē relatione. In hoc ſc3, ꝙ ad patrem, & filium referē, quia vtriusq; ſpiritus. li. 1. diſt. 26, §. Ita ēt. Ipſa nihilominus trinitas dr̄ ſpūs ſctūs, ſed tunc ſpūs ſanctus non dr̄ relatiuè, ſed ſm eſſentiam, quia propriè ſpiritus ſanctus, q̄ non eſt trinitas, ſed in trinitate dr̄ relatiuè. ea. §. Hic quæri.

Spiritus ſanctus dupliciter dicitur, ſcilicet relatiuè, ſecundum ſubſtantiam. ſupra proximè.

Spiritus ſanctus ipſa trinitas dr̄, quomō, & Ibidem.

Spiritus ſancti ꝓceſsio ſiue miſsio qualis ſit, & quotuplex, ſupra. Proceſsio. Infra, Spiritus ſanctus dicitur.

Spiritus ſanctus duobus modis mittit̄, quēmadmodū, & filius. Vno ſc3 a patre, & filio, & ſeipſo viſibiliter, altero inuiſibiliter. Viſibiliter datus eſt demonſtratione creaturæ, ſicut in die Pentecoſtes, & alijs vicib⁹. Inuiſibiliter daī quotidie illabēs mētibus fideliū, libro 1. di 16. §. Nūc de ſpū ſctō, De viſibili Aug. dicit. Facta ēq̄dā creaturæ ſpecies, ſiue cū in ipm̄ dñm corporali ſpecie colūbæ, deſcēdit ſpūs ſctūs, ſiue cū in die Pētecoſtes factus eſt ſubito ſonus de cęlo, & viſæ ſunt illis linguæ diuiſæ. Hæc operatio viſibiliter expreſſa, & oculis oblata mortalibus, miſsio dicta eſt ſpiritus ſancti, Nō vt apparet eis ipſa ſubſtantia, qua & ipſe inuiſibilis, & incōmutabilis eſt, ſicut pr̄, & filius, ſed ut exterioribus viſis, corda hoīm cōmota, à tēporali manifeſtatione venientis ad occultā æternitatē, ſp præſentis conuertereť. Nec tm̄ in illis creaturis magis erat, q̄ in alijs, ſed ad aliud, vt ſc3 ꝓ eas ad hoīes veniens oſtenderet̄ eſſe in illis, ad quos ille creaturæ veniebant. Non enim tunc temporali motu venit ſpiritus ſanctus ad hoīes, ſed per illud modum miſsionis corporaliter exhibitū, monſtrata eſt ſpiritualis, & interior miſsio, lib. 1. diſt. 19. §. Nunc de ſpū ſancto, & ead §. Et primo agamus.

Spiritus ſanctus mittit̄ vel daī nobis inuiſibiliter, cū ita in nobis eſt, vt faciat nos diligere Deū, & proximū, per quod manemus in Deo, & Deus in nobis, Aug. Spiritus ſanctus inquit, cū datus fuerit hoī accendit eum ad intelligendum Deum, & proximum, Non enim habet homo, vt diligat Deum, niſi ex Deo. lib. 1. diſt. 17. §. Tunc enim.

Spiritus ſanctus vbiq; eſt, ſupra, Deus ſiue ſpiritus.

Spūs ſanctus non dr̄ minor patre, vel filio, pro eo, quod in forma creata miſſus eſt, licet filius dicat̄ minor patre ſm miſsionē, qua in forma creata apparuit, quia vt dicit Aug. Nō ſic aſſumpta eſt creatura, in qua appareret ſpiritus ſanctus, ſicut aſſumptus eſt filius hominis. Non enim columba, vel illū flatū ſiue ignē beatificat. ſibique in vnitatem perſonæ coniungit in æternū, & c. Filius aūt accepit ꝓ vnionē, Spūs verò nō, Filiꝰ enim accepit hoīem, ita vt fieret homo. Spiritus verò ſanctus non ita accepit colūbā, vt fieret columba. lib 1. diſtinctio. 16. §. Sed priùs.

Spiritus ſanctus vnitus columbæ, quomodo fuit. Supra. Proximæ.

Spiritus ſanctus eſt donū, per quod oīa dona danť.

Supra. Donum eſt ſpiritus.

Spiritus ſanctus ꝓcecendo accepit non tantum, vt ſpiritus ſanctus ſit, vel donum, ſed etiam ut omnino ſit, & ſubſtantia ſit. Sicut, & filius naſcendo accepit, non tantum vt filius ſit, quod dicitur relatiuè, ſed vt omnino ſit, & vt ipſa ſubſtantia ſit. li. 1. di. 18. § Notandum. Nec tū filius natiuitate eſſentia eſt, ſed tantum filius. Nec ſpiritus ſanctus proceſsione eſſentia eſt, ſed tantum donum, ſed tamen vtriq; ille naſcendo, & ille procedendo accepit, vt eſſet eſſentia. eadem. §. Hic oritur, & ſequen.

Spiritus proceſsit donabilis nobis tantum. ſicut & donatus tantum nobis eſt, non patri, vel filio, Filius aūt licet verè datus eſt nobis, & ab æterno proceſsit a patre, non vt donabilis tantum, ſed vt genitus, & donabilis, quia donari poſſet: ſed ſpiritus ſanctus procedit, vt donum tantum. lib. 1. di. 18. §. Sed priùs. Supra. Filius. ſecundum Aug.

Spiritus ſanctus dicitur ſm proceſsionē æternā, & datum ſecundū temporalem proceſsionem. Et ſm, ꝙ donum ſempiternum dicitur refertur ad patrem, & filium, ſm verò, quod datum dicitur, vel donatum, refertur ad eum, qui dedit, & ad eos, quibus dedit. Eadem. §. Ex prædictis, & ſequen non tamen referť ad ſeipſum Inf Spiritus ſanctus licet.

Spiritus ſanctus datum, & donum dicitur. Datū aūt ex eo tm̄, quia daī, vel donatur, quod habet tm̄ ex tempore. Donum verò dicitur non ex tm̄, quòd donetur, ſed ex proprietate, q̄ habuit ab æterno. Sempiternæ eſt donum fuit: non quia daretur, ſed quia proceſsit a patre, & filio, ſcilicet, vt donabilis. Proprietas ergo, qua dicitur ſpiritus ſanctus donum, proceſsio ipſa eſt, & ab vtroque procedit. Eſt ergo æternaliter donum, nō quia à patre donaretur filio, & econuerſo, ſed quia ꝓceſsit donabilis. Temporaliter autem datum ſiue donatum dicitur. eadem. § Præterea, & ea. §. Ad ꝙ. Spiritus proceſsit, & ſequen.

Spiritus ſanctus Deus eſt donum, & ideo datur, ſcilicet ſe ipſum inquantum Deus, & datur inquantum donum. Donatio enim ſpiritus ſancti eſt operatio doni. Sed operatio trium perſonarum communis eſt, & indiuiſa. Vnde Aug. Datur ſicut donū. Dei, vt etiam ſeipſum ſicut Deus det. Igitur procedit etiam a ſeipſo, quia temporalis proceſsio ipſius miſsio, vel donatio eſt lib. 1. di. 15. §. Hic conſiderandum.

Spiritus & Dei eſt, & noſter eſt, Dei, quia dedit, & noſter, quia accepimus illum Non loquitur de ſpiritu hominino. i. anima, quem etiā accepimus, vt eſſemus, ſed alium accepimus, vt ſancti eſſemus. Et de ſpiritu ſancto dicitur. Præcedet in ſpiritu Heliæ. Et Moſen: Tollam de ſpiritu tuo, & dabo eis. li 1. di. 18. § eſt ſecundum. & ſeq. Non tamen dicitur in ſcriptura, ſpiritus ſanctus noſter, vel illius, ſed ſimpliciter ſpiritus noſter, vel tuus, quia ſpiritus dicitur, quo ad donum, & vtrumq; relatiuè ad patrem, & filium, & hoc ſempiterna relatione. eadem. §. Hic quęritur.

Spiritus ſanctus ſi dicatur donum noſtrum accipitur pro donato. Ibid.

Spiritus ſanctus, vtrum refertur ad ſeipſum. Sup. ſpiritus ſanctus licet.

Spūs ſanctus dū mittit̄, non ſolū dona eius dantur, ſed

sed & ipse æqualis patri,filio nobis donatur, simplex vna substantia,Et secundum Aug.Non ideo minorem spiritum sanctum,quia cum pater misit, & filius,arbitrandum est,libro.1.di.14.§.Sunt autem in fine.

Spiritus sanctus secúdum Aug.est virtus illa,de qua dicitur Luce 6.Virtus exibat de illo,& sanabat omnes Ibidem.

Spiritum sanctum post resurrectionem bis dominus dedit,semel in terra propter dilectionem proximi, & iterum de cœlo,propter dilectionem Dei: quia per ipsum donum,diffunditur charitas in cordibus nostris, qua diligimus Deum,& proximum. ead §. Præterea, & §.De temporali.

Spiritum sanctũ nullus homo dare alijs potest. Nec aliquis discipulorum,Christi dedit spiritum sanctum. Orabant quippè,vt veniret ad eos, quibus manus imponebant nõ ipsi dabant. Quem etiam morem in suis præpositis nunc seruat ecclesia.eadem.§.Hic quæritur. Vnde Aug.Christus accepit spiritum, vt homo effundit vt Deus.eadem.§.Et quod plùs est.Etsi Aposto. dicit se tribuisse spiritum,hoc intelligitur,quòd ministerium exhibuit,scilicet prædicando,in qua prædicatione ipsi senserant spiritũ adueniſſe.Eadem.§. Sed huic.

Spiritus sanctus non diuiditur, sed dona sua diuidit.li.1.di.17.§ Hic quæritur.Si obijciatur illud Nume. 1.Et auferam de spiritu tuo.Et illud.1.Ioh.4.De spiritu suo dedit nobis.Dicendum, quod spiritus sanctus indiuisus est in seipso,sed in affectibus est multiplex.

Spiritui sancto attribuitur bonitas, non quòd ipse solus sit bonus:vna est enim trium potentia,sapientia, benignitas,sicut vna essentia,sed ideo scriptura sermonem temperauit,spiritum bonum nominans,ne crudelis putaretur,qui mitis est.Nam Deus est dictus spiritus,& Deus dictus est habere spiritum,& videbat hoc quasi nomen inflationis,& tumoris. Vnde humana cõscientia pro rigore,& crudelitate ad Deum accedere metuit,nisi hoc modo sermo temperatus,fuisset.lib.1. di.34.§.Id ergo,& seq.supra Attribuunt.

Spiritui sancto attribuitur incarnatio Christi.supra. Incarnationis opera.

Spiritus sanctus dari dicitur non habenti,& augeri, & minui: cum tamen omnino sit immutabilis, & sit vbique.Hoc intelligitur, quod in homine augetur, & minuitur,& magis,aut minus datur,sicut Deus dicitur magnificari,siue exaltari in nobis:qui tamen in se,nec magnificatur, augetur,nec minuitur.Vnde Psal Accedit homo ad cor altum,& exaltabitur Deus.Super quo Gloſſa:Deus non in se,sed in corde hominis grande scit li.1 di.17.§ His itaque.Et licet sit vbique, & omni creatura totus:sunt tamen multi,qui eum non habent. Non enim omnes spiritum sanctum habent, in quibus est,alioquin irrationales creaturę eum haberent. eadem §.His itaque,& sequen.Ergo non habenti,& augetur,vel minuitur,cum ipsa charitas augetur,vel minuitur.eadem.§. Vt autem.

Spiritus datus est Christo,qui est filius Dei,nõ ad mẽsuram:neque enim sine gratia spiritus sancti est mediator Dei,& hominum,homo Christus. Quod enim est vnigenitus filius æqualis patri,non est gratia sed natura.Quod autem in vnitate personę vnigeniti assumptus est homo,gratiæ est, non naturæ. Cæteris autem ad mensuram datur,& datus additur, donec vnicuique pro modo suæ perfectionis.i.capacitatis, propria mensura conpleatur.lib.1.dist. 17.§. Vt autem. supra. Christo data.

Spiritus duplex Eliæ. quem Eliseus sibi postulauit. Fuit quod ipse spiritu prophetali,& operatione miraculorum excellenter pollebat. libro. 2. dist. 17. §. Vt autem.

Spiritus sanctus semper manet in sanctis, vt bonis operibus insistant.Recedit verò ad tempus,ne semper miraculis clareant,manet semper in his,scilicet virtutibus,sine quibus ad vitam non peruenitur. Recedit aliquando in his,per quas sanctitas ostenditur. lib. 3. dist.31.§.Illud quoque In Christo autem semper mãsit veroq; modo.Vnde Iohan.1. legitur. Spiritum super eum mansisse. Ibidem.

Spiritus vnus est cum Deo,qui adhęret Deo, nõ dicit vnus,vel vnum est, sed addit spiritus. Nam spiritus hominis,& spiritus Dei sunt natura diuersi,sed inhærendo fit spiritus hominis vnus spiritus cum Deo,quia particeps fit virtutibus,& beatitudinis illius.libro primo.dist. 31 § Hic dici ante medium.

Spiritus creati simul plures in vno loco existentes,nõ coangustant locum,quo minus corpora caperent.lib. 1.dist. 37.§.Sed vt.

Spiritus humanus vnitus corpori cur dicitur. supra,Anima vita.

Spititus rationabilibus.i.angelis,& hominibus vtrisque Deus conditor regulam obediẽtiæ imposuit,quatenus angeli ab eo vbi erant non caderent,& aiæ ab eo vbi erant ad id vbi non erant ascenderent.li.2.dist. 1.§.Solet etiam.

Spiritualis creatura localis est,& circumscriptibilis, & transit,ac mouetur de loco ad locum. Nam Ambrosius: Seraphyn de loco ad locum transit: non enim complet omnia,sed ipse repletur à spiritu.lib. 1.di.37. §. Sunt ergo.

Spiritualis cognatio inter, quos contrahitur, sup. Cognatio.

Sponsi,& sponsæ propriè dicuntur,qui contrahunt per verba de futuro.Alij licent spõsi vocentur,sunt tñ coniuges.Vnde de præsenti contrahentes, licet sponsi dicantur:sunt tamen verè coniuges.Qui autem de futuro contrahunt,sponsi vocantur, & non sunt coniugens.libro 4.dist 27.§.His autem,& sequen. sup.Coniugium est.

Sponsus,vel sponsa potest alteri inuito ante copulã carnalem monasterium intrare.Quod probatur auctoritatibus,& exemplis Macharij, & Alexij. libro.4. dist.37.§.Quod verò.Sed post copulam neuter potest sine consensu communi profiteri continentiam,vel religionem intrare,nisi vterque profiteatur continentiã alioquin reuocari debet,vel nisi alter fornicatus fuisset.ibidem,& §.Hoc autem.

Sponsam alicuius non potest cognatus illius ducere,etiam si ille mortuus nondum cognouerat,& intelligitur de sponsa de præsenti eadem §.Aliquando.

Sponsam alterius de præsenti,vel futuro ducens antequam sit cognita,potest ea mortua ad sacros ordines promoueri.libro 4.distinctio 27.§. secundum.

Sponsæ de futuro non statim tradantur,ne vilem habeat maritus datam ea §.De nuptialibus.

Sponsa si nupserit, alteri viro viuente,sup. Coniuges non sunt.

Sponsalia dicuntur,quando contrahitur de presenti,& etiam de futuro Propriè tamen dicuntur sponsalia quędam solemnia pacta nuptialia.li. 4. dist. 27 §. Hæc etiam.

Sponsaliæ sicut nuptiæ consensu fiunt contrahentium.Et ideo sicut ad nuptias consensus filiæ patrisfamilias requiritur.li.4.dist.29.§.Consentire. sup. Matrimonium requiritur.

Sponsalia ante septennium contrahi non possunt, quia solo consensu contrahuntur,qui non potest interuenire nisi alterutra parte intelligatur, quid inter eos agat.li.5.di.36.§.Hoc etiam.

Sponsalia de futuro soluuntur per sponsalia de presenti.

senti Supra, Coniuges nondum.

Status hominis triplex.Supra,Homo primus.ſm.

Status hominis quadruplex.Supra, Christus de oĩ.

Stellæ cur factæ sunt,Supra,Sydera.

Stellarum lux minorata fuit propter hominis peccatum.Supra,Sol,& Luna.

Stella à stella differt.i.electus ab electo in charitate, ſc3 mentis,& corporis.Nã sicut differens erit clarificatio corporũ,ita & gloria aĩarũ.Alij.eũ alijs vicinius, clariusq; Dei speciẽ contẽplabuntur.Et hęc differentia dr̃ mansionum diuersitas Iohannis 14.In domo patris mei,&c.Domus ergo vna, & denarius vnus, sed mansiones multę libro.4.dist. 49.§. Post resurrectionem,& §.Solet etiam quæri vtrum.

Stipula, quid significet,Supra,peccata venialia.

Stuprum quid,Super,Fornicatio licet.

Subdiaconi dicuntur græcè hypodiaconis, quia subiacent præceptis,& officijs leuitarum.Oblationes eũ in tẽplo à fidelibus suscipiunt,& leuitis superponẽdas altaribus offerunt.Hi apud. Hæbreos. Nathinnęi vocabantur.libro quarto.distinctio.24.§.Quintus.

Subdiacono cõpetit calicẽ,& patenam ad altare Christi deferre,& leuitis tradere, eisq; ministrare vrceolũ, & aqua manile.i.peluim,& manutergiũ tenere episcopo,& presbyteris,& leuitis pro lauandis ad altare manibus aquam prębere. Ibidem.

Subdiaconis cõtinentiæ lex imponitur, quia altari ꝓpinquitates vasa corporis, & sanguinis Christi portant.Hoc officio Christus vſus fuit, quando lintheo præcinctus aquam misit in pleuim, &c. Ibidem.

Subdiaconus ordinari prohibet ante 14.annũ, diaconus ante.25.annũ, præsbyter ante 30.annum, & postea se fuerit dignus,potest episcopus ordinari.li.4.di. 25.§.Sacri.Hoc verum est secundum antiquos canones,sed modo aliter seruatur.

Subditis non nocet mala vita sacerdotum,multi dũ plùs sacerdotum,vitam,quàm suam discutiunt, in erroris vitium dilabuntur,minus considerantes, quod non eos vita sacerdotum lædet,si humiliter bonis sacerdotum ammonitionibus aurem præberent.lib 4. dist.19.§ Alijs.

Suffragia defunctorũ,Aug.Neq; negandũ est inquit, defunctorũ aĩam pietate suorũ viuentiũ releuari,cum pro illis sacrificiũ mediatoris offerr̃, vel eleemosynæ fiunt in ecclesia.Sed hæc eis prosunt,q dũ viuerẽt hoc sibi vt postea possent prodesse meruerũt.Est enim quidã viuendi modus,nec malus,vt ei non prosint.Est verò alius,ita bonus vt ista non requirat. Et est alius ita mãlus, vt nec his valeat,cum hac vita transiri adiuuari.li 4 di.45.§.Neque.

Suffragia ꝓ valde bonis,sunt gratiarũ actiones: ꝓ nõ valde malis ꝓpiciationes:sed pro valde malis, & si nulla sunt adiumenta mortuorum:tamen qualescunque viuorum consolationes sunt.Ibidem.

Suffragia defunctis (sc3 medio criter bonis,vel malis)prosunt,ad hoc,vt sit plena remissio,vel certè,vt tolerabilis sit ipsa dãnatio,Ibidem.Capitur dãnatio hic non valde propriè sed pro graui purgatorij pœna.

Suffragia frustra impenduntur sine charitate defuncti.Ibi.

Suffragijs viuorum non cõparantur defunctis noua merita,sed eorum præcedentibus sequẽtia ista reddunt.Nã istã quisq; finiens vitam,nisi quod in ea qſque meruerit,non poterit habet post eam. Ibidem.

Suffragia generalia,& cũ illis plura specialia facta ꝓ diuite defuncto plùs conferunt ad celeriorem absolutionem,quã pauperi solum generalia, dũmodo priùs fuerint ęqualis meriti.Et licet conferant diuiti ad celeriorem absolutionem,non tamen pleniorem, id est non maiorem gloriam.eadem.§.Solet.

Superbia est radix omnis mali.Et est amor propriæ excellentiæ,lib.2.di.xlij §.Ex superbia.supra.Radix.

Superbia est mater inuidiæ,qa dũ vnus alteri parificari,vel præferri vult,inuidet sibi alterum gratiã, vel fortunam.li.2.dist 5.§.Por hæc.

Superbiæ quatuor sunt species,Prima,cũ quis bonũ, quod habet,sibi tribuit.Secunda,si a Deo se habere cognoscit,tñ proprijs hoc meritis tribuit.Tertia,cum se iactat habere,ꝙ non habet.Quarta,qñ cæteris despectis,vult singulariter videri,& singulariter bonus haberi.li 2.dist 42.§ Ex superbia.

Superbię species est taciturnitas.Infra.Taciturnitas.

Superbia habet confusionis difformitatem,non cõfessionis humilitatem.li.2.dist.22.§.Sed huic.

Superbia ex cupiditate nascitur,& econuerso,ea. §. Sed verumq;.Et supra Radix omnium.

Substantia apud Græcos significat personam.Vnde ipsi dicunt vna essentia tres substantiæ apud latinos significat essentiam,libro primo.dist 23.§ Qua necessitate.Et.§ Quod enim.

Substantia,dicitur abusiuè de Deo. Sup. Deus dicitur.

Substantia diuina non dicatur caro, facta, Supra, Christum factum.

Symbolum dr̃ signum,vel collatio.Signum, quia in eo fideles ab infidelibus discernuntur.Collatio dr̃,qa in totius fidei sufficientia,& integritas collata est.lib. 4 dist.6.§ Illa autem.

Abula prima post naufragium est baptismus,& secunda est pœnitentia.libro.4. distinctio,14.§.Post hæc.

Taciturnitas peccati ex superbia nascitur cordis. Species enim superbiæ est se velle iustum videri, qui peccator est, atque de hypocrisi cõuincitur vbi superbia regnat vel hypocrisis humilitas locum non habet.Sine vera humilitate veniam sperare non licet. Vbi ergo est taciturnitas confessionis, non est speranda venia criminis. libro 4.di.17 §. Cum ergo.

Tatiani hæretici nuptias omnino damnant,ac pares fornicationibus faciunt,nec in numero suorum recipiunt marem,& fœminam coniugio vtentem. lib. 4. di.26 § Fuerunt autem.

Tegere peccata dicitur Deus. Sup.Peccata tegere.

Temeritas non interuenit præsumptionis,vbi est diligentia pietatis.li.4 di.6.§.Præterea.

Templum Dei dicitur abusiuè locus Dei, nõ quod in eo contineatur,sed quod ei præsens sit, & inhabitans.Id aũt anima munda intelligitur.lib.2.dist.33. §. Ab eo.Supra.Deus habitat. Supra.Deus vbi.

Temperantia Infra Virtutes cardinales.

Temporalia petimus bene proprer regnum Dei: Et tunc sinistra nesciat, quid faciat dextra, vt sit leua sub capite. Et dextra in amplexu. li. 2. di.38. §. Hæc autem.

Tempus quando cœpit Supra. Creata sunt.simul.

Temporis dominus cœpit esse Deus, quia non semper fuit tempus,licet non cœperit ex tempore esse tẽporis dominus.li.1.di.30 §.Sunt enim.

Tẽpus quodlibet dr̃ verè de Deo. Nec obstat illud Hiero.vbi dicit.Deus tm̃ est,& nõ nouit fuisse,vel futurũ esse.Hoc enim sic intelligitur i.cũ dr̃ de Deo, ꝙ fuit vel erit,nõ est intelligendũ,quod pterierit, vel futurus sit,sed quod existat sine aliquo tpali motu.Vnde licet verba substantiua diuersorum temporum dicantur de Deo, vt fuit,erit,erat: non tamen temporales motus tunc distinguunt,sed essentiã siue existentiam diuinitatis simpliciter insinuant. Vnde August. super Io-

Iohã. Cum de ſe mpiterna re propriè dicatur, eſt tñ ſe cundum nos bene dicitur fuit, & erit. Fuit, quia nunq̃ defuit. Erit, quia nunquã deerit. Cum ergo noſtra loquutio per tempora varietur, de eo verè dicuntur verba cuiuſlibet temporis, qui nullo tempore defuit, deeſt, vel deerit. libro 1. diſtin. 8 §. Hic diligenter, Supra. Deus cum dicitur.

Tempus plenitudinis dr̃ tps gratiæ, quod ab aduentu ſaluatoris exordium ſumpſit, quod eſt tps miſerendi, & tps benignitatis, in quo gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. li. 3. di. 1. §. Cum venit.

Tenebræ non ſunt aliquid, ſed ipſa lucis abſentia. Sicut ſilentium non eſt res aliqua, ſed vbi ſonus non eſt, & nuditas non eſt aliqua res, ſed abſentia indumẽti in corpore. Sic ietam inanitas non eſt res aliqua ſed abſentia corporis in aliquo loco. lib. 2. diſt. 12. §. Secundum hanc.

Tenebræ dupliciter accipiuntur. Vno modo pro lucis abſentia, & ſic non ſunt aliquid, & ita accipitur Geneſis primo. Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi. Alio modo pro aere obſcurato, vel aeris obſcura qualitate, & ſecundum hanc ſunt aliqua res creata. De quibus dicitur: Benedicite lux, & tenebræ domino. libro ſecundo, diſtinctione. 12. §. Attende.

Tenebræ exterior res ſunt extra Deum penitus eſſe, q̃ habitat lucẽ inacceſsibilẽ. i. in ſumma cæcitate eſſe, & hæ tenebræ incipiunt, qñ peccato ab interiori diei luce ſecluditur, ſed non penitus dum in hac vita eſt, quia nullus eſt tam malus in hac vita, vt penitus ſeludatur a cognitione Dei, quia nec perdit, appetitũ beatitudinis, & quendã boni amorem, quẽ habet naturaliter creatura rationalis. Exteriores igitur tenebræ intelligi poſſunt quędam malignitas odij, & voluntatis, quæ tunc excreſcet in mentibus reproborum, & quædam obliuio Dei: quia tormentorum interiorum, & exteriorum doloribus, adeo efficienter, & turbabuntur, vt ab illis vix vel rarò, aut nunquam mentem reuocẽt, ad cogitandũ aliquid de Deo. li. 4 di. 50 §. Hic quæri. Non eſt intelligendum, quòd damnati totaliter careant Dei cognitione, vel beatitudinis naturalis appetitu, ſed habent cogitationem minorem, & appetitum magis depraũatum.

Tentatio duplex eſt, ſcilicet exterior, & interior. Exterior eſt, qñ nobis extrinſecus malum viſibiliter ſuggeritur verbo, vel ſigno aliquo, vt iſte, cui ſit ad cõſenſum peccati declinet, & talis fit tãtum ab aduerſario. Interior eſt, q̃ nobis inuiſibiliter malum intrinſecus ſuggeritur. Et hoc aliquando fit ab hoſte, aliqñ a carne, Nã & diabolus inuiſibiliter mala ſuggerit, & ex carnis corruptione ſuboritur motus illicitus, & praua titillatio. lib. 2. diſt. 21. §. Porrò.

Tentatio, quæ eſt a carne, nõ fit ſine peccato, & hęc interior difficiliùs vincitur, quia interiùs oppugnans de noſtro contra nos roboratur. Ibidem. diſtinctione. 21. §. Porrò.

Tentatio diaboli, niſi ei conſentiatur, non habet peccatum, ſed eſt materia exercendæ virtutis Ibidem.

Tentari permiſit Deus hominem, quẽ ſciuit decipiẽdum, quia non eſſet laudabile homini ſi ideo benè viuere poſſit: quia nemo malè viuere ſuaderet, cum in natura habuerit Poſſe, & in poteſtate velle Glorioſius eſt non conſentire, quàm tentari non poſſe. li. 2. di. 23. §. Præterea quæri.

Tentauit diabolus primum hominem, quia vidit hominem per obedientiæ humilitalem poſſe aſcendere. Vnde ipſe per ſuperbiam corruerat, & ideo ei inuidit. lib. 2. di. 21. §. Videns igitur.

Tentauit diabolus primò mulierem, quàm minore ratione, quàm virum uigere conſideraũit. Nam eius malitia ad tentandum virtutem timida, humanam naturam in ea parte vbi debilior videbatur, aggreſſa eſt, vt ibi præualens vlterius fiducialiter accederet. Ideo ſolitariam fœminam explorauit, vt in ea primo omnẽ vim tentationis experiretur. Sed quia per violentiam non potuit, ad fraudem ſe contertit. Et ne fraus eius conſideraretur, in alia ſpecie venit. Sed ne omnino occulta eſſet fraus eius, quo caueri non poſſet, permiſſus eſt duntaxat in tali ſpecie, qua malitia eius facilè poſsit deprehendi. Quod ergo in aliena ſpecie venit, ſua voluntate factum eſt. Quod autem non in quacunq; ſpecie, diuinitus eſt factum. Non enim niſi per ſerpentem permiſſus eſt, qui potiùs per columbam veniſſet: ſed indignum erat, vt diabolus odioſam faceret homini formam, in qua ſpiritus ſanctus appariturus erat, lib. ſecundo, diſt. 21. §. Viuens igitur, & §. Sed quia. Et ſupra. Serpens.

Tentandi poteſtas eſt diabolo diminuta. ſupra. Chriſti ſanguine.

Tentare virum diabolus non eſt permiſſus, niſi per mulierem, vt ſicut præceptum Dei per virum venit ad mulierem, ita tentatio diaboli per mulierem tranſiret, ad virum. libro ſecundo diſt. 22. §. Hic videtur. ſupra Præceptum Dei.

Tentans igitur diabolus, ſub interrogatione mulierem aggreditur, timens deprehẽdi, ſi perſuaſionis verba primo proponeret, & vt colligeret, ex reſponſione mulieris, qualiter in malitia procedere poſſet. Et mulier ſub dubio reſpondens, locum tentandi dedit. Iſte ergo ordo fuit. Dominus dixit affirmatiuè Mulier dubitariuè diabolus negatiuè. Quæ ergo dubitauit, ſab affirmante recesſit, & ad negantem appropinquauit, qui dixit: Nequaquam moriemini. libro ſecundo, diſt. 21. §. Tentatio. Et præſuaſioni duplicem diabolus adiecit promiſsionem, vt citiùs reciperetur, ſcilicet ſimilitudinem Dei, & ſcientiam boni, & mali. Vnde tribus modis hominem tentauit, ſcilicet gula, in perſuaſione cibi: inani gloria, in promiſsione deitatis: auaritia in promiſsione ſcientiæ. eadem §. Qui ad ſuam. ſupra. Diabolus triplici.

Tentationis primi hominis ordo, & modus. ſup. Tẽtauit. ſupra. Tentatio.

Tentauit. diabolus primum hominem triplici vitio ſupra. Tentans. ſupra. Diabolus triplici.

Tentati hominis, quædam elatio in animo eius præcesſit. Auguſtinus: Non eſt, inquit, putandum, quòd hõ deijceretur, niſi præceſſiſſet in eo, quædam elatio comprimenda, vt per humilitatem peccati ſciret, quàm falſo de ſe præſumpſerit, & quòd non ſe benè habet natura, ſi a faciente receſſerit. Quomodo item verbis tentatoris crederet mulier Deum ſe a re bona, & vtili prohibuiſſe: niſi ineſſet in eius mente amor illę propriæ poteſtatis, & de ſe ſuperbia præſumptio, quæ per tentationem fuerat conuincenda, aut perimenda: Verba hæc Auguſtini, ita ſunt intelligenda: Non deiceretur homo in actum illius peccati, vt ſcilicet lignum uetitum ederet, & in has miſerias per tentatienem diaboli, niſi elatio comprimenda præceſſiſſet: Non vtique tentationem, ſed opus peccati. Nam mulier audito verbo diaboli dicentes: Eritis ſicut dij, &c. ſtatim menti eius ſurrepſit elatio quædam, & amor propriæ poteſtatis, ex quo placuit ei facere, quod diabolus ſuadebat, & vtique fecit. Sic tentatio præceſsit ex qua orta eſt elatio in mente, quam ſequutum eſt peccatum operis, & pœna peccati. Itaque alio ſuggerente peccauit. libro ſecundo diſtinctione. 22. § Hic videtur, & §. Quòd ſi.

Tentationis ordo in vnoquoque hoſte talis eſt, qualis in primis parentibus præceſsit. Nam pro ſerpente

eſt

eſt motus ſenſualitatis, qui ſuggerit mulieri, hoc eſt, inferiori portioni rõnis, &, mulier dat viro, hoc, ſuperiori portioni. Hic eſt vir, q̃ ſm Apoſtolũ dr̃ imago Dei, & illa mulier, quæ dr̃ gloria viri. Inter hunc virũ, & mulierẽ eſt velut, quoddã ſpiritualẽ coniugiũ. Cũ igit̃ ſenſualis motus illecebrã, id eſt, ſpeciẽ rei delectabilis allicientẽ ad pctm̃ conceperit, quaſi ſerpẽs iã mulieri ſuggerit, id eſt, inferiori portioni rationis, hoc eſt rationi ſcientiæ, quæ ſi conſentit illecebre, iam mulier ædit cibum vetitum, quam cum ſperiori parti rõnis, id eſt, rationi ſapientiæ ſuggerit: tunc dat viro, qui ſi conſentit, vir cum muliere comedit. Si ergo in motu ſenſuali tñ peccati illecebra teneatur, veniale, ac leuiſſimum peccatum eſt. Si verò inferior ratio conſentit, ita quòd in cogitationis ſola delectatione ſine voluntate perficiẽdi teneatur, tunc ſola mulier comedit, & non vir, cuius auctoritate voluntas cohibetur, ne vſq; ad opus p ueniat. Si verò aſsit plena voluntas perficiendi dũ adeſſet facultas, tunc & vir manducauit, quia ſuperior pars conſentit, & eſt damnabile, & graue peccatum. Quando autem mulier ſola manducat, ita vt peccatũ non diu teneatur in delectatione cogitationis, ſed ſtatim, vt talis cogitatio mulierem tetigerit, viri auctoritate repellatur, veniale eſt. Si verò diu teneatur, etiam ſi deſit voluntas perficiendi, mortale eſt propter delectationem in cogitatione, & pro eo dãnabitur ſimul vir, & mulier: quia tunc vir mulierem nõ cohibuit ſtatim, vt debuit. Non enim potuit inferior pars mortaliter peccare ſine ſuperiore, ſcilicet verè, vel interptatiuè conſentiente. libro ſecundo, diſt. 24. §. Illud, & Nunc ſupereſt.

Tertia illa, de qua hr̃ Geneſis 1. In principio creauit Deus cœlum, & terram, dicebatur materialiter informis, non quòd omnino nullam formam habuit, quia nullũ corpus ſine vlla forma exiſtere poteſt, ſed ideo, quia in confuſione, & permixtione quędam exiſtens, nõdum pulchram apertamq;, & diſtinctam acceperat formam, qualem modo cernimus. Fuit itaque in forma confuſionis, ante formam diſpoſitionis. Et illa moles prima omnium rerum videtur ibidem ad eſſe prodijſſe, vbi nunc formata ſubſiſtit. Et pars, quæ facta eſt terra, conſiſtebat in medio, & alia pars, de qua factus eſt, aer, & alia elementa huius ſenſibilis mundi per modum nebulæ circundabant eam, quod apparere non poterat, & tota moles porrecta fuit ad altitudinem tantam, ad quam nunc pertingit ſummitas corporalis naturæ. Et ſecundum aliquos, vltra locum firmamenti extendebatur, & fuit in inferiori parte ſpiſſior, & groſſior: in ſuperiori verò rarior, & ſubtilior, de qua parte quidam dicunt aquas eſſe, quæ ſunt ſupra firmamentum. lib. 2. di. §. De qua, & §. Nunc ſupereſt.

Terra qualis fuit, & quomodo tertia die apparuit. ſupra. Die tertia.

Terra ſignificat peccatores. ſupra. Deus habitat.

NOmina, quæ exprimunt modum entis consequentem generaliter omne ens, & addunt hunc modum exprimendo ipsum varie super ens, sunt quinq; trā scendentia, & ens, ad quod addūt hūc modū, ē sextū trāscendentes. Horū aūt sufficientiā, significationem, similiter & differentiam ab inuicem, ponit sanctus Thomas in quæstioībus de ueritate, q. 1. ar 1. & communiter sumitur hoc modo. Modus enim expressus consequens omne ens generaliter dupliciter potest accipi. Vno mō ſm quod cōsequitur vnumquodque in se. Alio mō, secundum qđ consequitur unumquodq; in ordine ad aliud. Si primo modo, hoc est dupliciter, quia tali sexpresio vel fit affirmatiuè, vel negatiuè. Nihil aūt inuenitur affirmatiuè dictum absolutè, quod posit accipi in omni ente, nisi essentia eius, secundum quā esse dr, & sic ab hoc mō affirmatiuè expressō: imponitur hoc nomen res, qđ in hoc differt ab ente scđm Aui. primo suæ metaph. ꝙ ens sumit ab actu essendi, sed nomen rei exprimit quidditatem siue essentiā entis. Negatio autem cōsequens omne ens absolute est indiuisio, & hāc exprimit hoc nomen unū: nihil enim aliud est vnum, quàm ens indiuisum. Si autē modus entis exprimat scđo mō scilicet ſm ordinē unius ad alterū, hoc est dupliciter. Vno mō ſm differentiam, & tūc ad hoc imponit hoc nomen aliquid, quasi aliud quid. Vnde sicut ens dicit vnum, inquantum est in se indiuisum, ita dicit aliquid inquantum est ab alijs diuisum. Alio mō secundum conuenientiam vnius entis ad alterum, & hoc quidē non potest esse nisi accipiatur aliquid, quod natū est conuenire cum omni ente; hoc autem est anima, quæ est quodammō (vt dr tertio de anima) omnia. In aīa autem est uis cognoscitiua, & appetitiua. Conuenientia ergo entis ad intellectum, exprimit hoc nomen uerum, & secūdum hoc Isaac definit veritatem dicens, Veritas est adæquatio rei, & intellectus. Conuenientiam autem entis ad appetitum, exprimit hoc nomen bonum, vnde i n principio Ethicorum dicitur, quod bonum est, quod omnia appetunt. Concludendo ergo recolligitur, ꝙ sex sunt transcendentia ſ. Ens, ad cuius conceptum omnium resoluuntur conceptus, qđ differt ab omnibus, alijs, quia ab actu sumitur essendi. Res, ab essentia. Vnū, a sui indiuisione. Aliquid, ab alio rum diuisione. Verum a conuenientia ad intellectum, Bonum, a conuenientia ad appetitum.

Primum transcendentes est Ens.

DIuisio entis in actum, & potentiam, tripliciter potest intelligi. Primò, vt sit diuisio vnius communis in diuersa entia vt ens diceretur diuidi in rosam, quæ ē actū, & in rosam, quæ non est actu, sed in potētia in principijs rosarū. Et sic diuisio entis in actū, & potentiā, est diuisio in duo entia quorū unū est in actu, & aliud in potentia, & hoc nō vr propriè ſonare diuisio. Secūdo, vt sit diuisio eiusdē entis in actum, & potentiā. Et hoc dupliciter. Primo, vt dicatur ens diuidi in actum actualem, quia habet aliqñ actualem existentiam, vt rosa in vere. Et in potētiam, qñ habet esse in potentia in suis principijs, vt rosa in hyeme. Secundo modo, vt dicatur actus vnius, & eiusdem rei sua existentia actualis, & sic denominat ab eo, quod est in eo realiter actualiter: potētia aūt dr ipsa possibilitas ad actualitatē, q̄ habet, quæ respicit agens, & suū principiū, & hoc pro tpe pñt, si agēs sit causa in fieri, & conseruans in esse, vt sol respectu lucis in aere. Vel ꝓ pterito, si causa conseruans in esse, vt domificator respectu domus. Et sic dr dupliciter talis potentia per denominationē ab extrinseco, qa vel a potentia passiua, vel actiua rei. Et q̄tum ad istos duos modos diuisiōis, pōt poni exemplū conueniens, vt rosa in actum, & potentiam dupliciter. Primò potest diuidi rosa in actum, & potentiā sic, quòd ipsa quando que existit actualiter in rerum natura, vt cum est actualiter in vere, & sic dr in actu. Quandoque autem solum in potentia, quia. ſ. non est in rerū natura, vt in hyeme, sed in virtute in suis pricipijs vel suis causis. Et hæc diuisio rosæ respondet primæ diuisioni entis, & talis diuisio rosæ, vel entis actum: & potentiam, nō est diuisio vnius, & eiusdem rei in actu existentis, sed est diuisio eiusdem rei existentis aliquando in actu, & aliquando in potentia. Alio modo pōt diuidi, vt accipiatur actus ipsamet actualis existentia, potentia aūt accipiatur ipsamet possibilitas, vel potestas, quia ipsa actu existens, est possibilis ad essendum respectu sui cō seruatiui, vel fuit possibilis ad essendum respectu sui principij productiui, & sic est denominatio ab extrinseco, & ab eo, ꝙ in rosa nō existit, sed in principio sui actiuo, vel passiuo, & sic actus, & potentia respiciunt rosam eandem numero actualiter existentem, & hæc diuisio respondet secundæ diuisioni entis positæ, & hæc diuisio est eiusdem rei actualiter existentis.

Possibile dicitur secundum potentiam actiuam, & passiuam, & non repugnantiam terminorum.

ALiquid dicitur possibile vel impossibile tripliciter: Vno modo secundum potentiam actiuā sicut homini est impossibile ambulare secundū potē tiam gressiuā, volare aūt impossibile Habet em hō in se naturaliter potentiā actiuā ad ambulādū, nō aūt ad volandū. Secūdo mō dr aliquid possibile vel impossile secūdū potētiā passiuā, sicut corpori cęlesti est possibile moueri circulari, corrūpi aūt impossibile. Est n. in cęlo potētia passiua ad vbi, siue ad locū, nō aūt ad corrūpi, quia nō est cōpositū ex contrarijs. Tertio modo dicitur aliquid possibile, vel impossibile nō secundū aliquam potentiam actiuam, vel passiuā, habēdo respectum ad ens secundū se, & absolutè. Et hoc mō in logicis dicitur possibile aliquid enunciabile, cuius termini nullam habent repugnantiam, uel possibile, est, quòd Socrates currat. Impossibile verò dicitur illud, cuius termini habent repugnantiā, vt quòd homo manens homo, sit asinus, & illud possibile, dicitur possibile per cohærentiam terminorum, vel nō repugnātiam terminorum, & est respectu cuiuscunque factibilis a quacunque potentia. Impossibile autem vocatur per repugnantiam, vel nō cohærentiam terminorum & est respectu contradictoriorū. Et sic patet, quòd triplex est potentia, factiua, quæ est agentis: & passiua, q̄ est patientis, & per cohærentiam vel nōn repugnantiam terminorum, quæ proprius dicitur possibilitas, & hoc est respectu vtriusq; potentiæ tā actiuæ, quàm passiuæ. Et ab hac triplici potentia sumitur possibile secundum potentiam actiuam, & possibile secundū potentiā passiuam, & possibile secundum cohærentiam vel non terminorum repugnantiam.

Diuisio entis in actum, & potentiā est realis, & in res diuersas.

HAc diuisione præmissa, sciendum est, quòd diuisio entis respectu vnius, & eiusdem entis in actum, & potentiam, quia scilicet, ens dicitur in actu ab actuali existentia: ens autem in potentia, quia solū est in potentia, & in causis suis, potest tripliciter accipi secundum triplicem modum potentiæ nominatæ. Si enim loquamur de actu respectu potentiæ actiuæ, & respectu sui principij productiui, sic dico, quòd diuisio entis in actum, & potentiam est realis, & duorū realium realiter differentium, quia actiuè nullus actus, nec aliqua res productiua est suipsius, & sic rosa realiter differt a potentia sua actiua productiua. Si autem loquamur de potentia passiua, qua actus dicitur possibilis: sic dicendum est, quod etiam potentia passiua. quæ est ad aliquem actum, & actus, ad quem est dicuntur differre: quia impossibile est idem secundū idem, formaliter simul esse in potentia, & in actu, & iterum, quia nihil stat cum opposito suo formaliter simul, sed potentia ad actum fiat formaliter simul cū opposito actus, sicut potentia ab albedinem, stat cum nigredine actualis, & hoc modo actualis existentia rosæ in vere, differt realiter ab existentia potentiæ passiuæ, quæ existit in humore terræ in hyeme. Si autem accipitur potentia tertio modo, scilicet pro non repugnātia, vel pro cohærentia terminorum, quod idem est sic talis possibilitas non dicit nisi exclusionem, impossibilitatis, quæ circunscripta potentia actiua, vel passiua non est aliqua res in rerum natura. Et sic accipiendo diuisionem entis in actum, & potentiam ab ab hac passibilitate dictam, non est diuisio duorum diuersorum realiter, nec est diuisio realis. Verum est autē, quod quælibet aliarum potentiarum, scilicet actiua, & passiua, includit possibilitatem nō repugnātiæ terminorū. Et iō cū realiter nihil sit aliud diuersū ab illis, vt est in illis, & ad illa reducitur, tunc iudicandū ē de ea, sicut de alijs duabus potentijs, ſ. actiua, & passiua. Si autē accipiatur diuisio entis, tertio modo, ſ. ꝙ intelligatur diuidi ens in actū, & potētiā sic, ꝙ ea dē res actu existens, diuidat in actum rōne suæ existētiæ ꝑ denominationem intrinsecā, & in potētiā rōne possibilitatis, quā habet ad essendū respectu sui principij productiui, & conseruatiui simul, quale productiuū est sol respectu lucis in aere, vel respectu principii productiui, q̄uis nō conseruatiui, sicut est faber respectu cultelli. Primū n. productiuū ē causa in fieri, & cōseruās in esse sicut sol. Secundū aūt productiuū solum in fieri causa est, sicut faber. Sic dicendnm est, quòd talis diuisio nō est in diuersas res, sed eius dem rei a se ipsa,

ipſa, prout conſideratur diuerſimodè: quia pr out accipitur, ſecundum illud, quod eſt quantum ad actualem exiſtentiam ſuam propriam, ſumitur actualitas. quantum autem ad pœnitẽtiam eius actiuam, vel paſſiuam, quæ eſt vel cauſans actu, & conſeruãs, ſicut ſol lucem in aere, vel cauſans, & non conſeruans, ſicut faber cultellum, ſumitur per extrinſecam denominationem potentialis, vel pro tempore, quo cauſans erat & conſeruat, vel pro tempore, quo cauſauit. Igitur hæc diuiſio eſt vnius, & eiuſdem entis realis, ſed eſt diuiſio rationis, & non realis, & non eſt diuiſio in diuerſas res. Prima igitur diuiſio ſcilicet omnium trium, cõuenit omnibus entibus, quia quædam ſunt in actu, & alia in potẽtia. Secunda cõuenit omnibus entibus, poſito, quòd mundus ſit creatus ex tempore. Sed ſi mundus fuiſſet ab æterno, & omnes res ab æterno fuiſſent tam genera, quàm ſpecies, quàm indiuidua, illa diuiſio locum non haberet, quia in illa diuiſione in illa diuiſione in eadem durationepotentia præcedit actum Tertia autem diuiſio entis conuenit omni creaturæ, & omnipotenti creato, etiam ſi creaturæ fuiſſent ab æterno, quia etſi non habuiſſent principium durationis, habuiſſent tamẽ principium cauſalitatis, reſpectu cuius attenditur potentialitas tertio modo ſumpta. Ex quo patet, quòd prima diuiſio omnium trium, eſt realis, & diuerſorum realiter. Secunda eſt realis, & in diuerſas res tertio modo, quo potentia, aqua ſumitur potentialitas ſiue actiua, ſiue paſſiua, eſt diuerſa ab eo ſed hoc non eſt ponere in eodem ente diuerſas res, quarum vna ſit actualis exiſtentia rei, a qua ſumantur actualitas eius, alia ſit potentialitas eius in ea exiſtens, quæ ſit alia potentia actiua, vel paſſiua. Tertia autem diuiſio eſt non in diuerſas res, ſed eſt eiuſdem rei uerè & realis: ipſa autem diuiſio eſt ſecundum rationem, & non ſecundum rem.

Nomen hoc actus vnde habuit originem, & ad quæ ad quæ eſt ſecundario extenſum.

VNde ſumptum ſit hoc nomen actus, patet per Philoſo. ix. Metph. Quia enim rebus nomina imponimus, q̃ eas cognoſcimus, ideo voces ſunt ſigna conceptum. vt dicitur primo Perher. Cum inter omnes actus motus ſit nobis notior, & magis ſenſu perceptibilis: ideo motui fuit nomen actus impoſitum. primò vt motus actus diceretur Qua propter, 3. Phy. motus definitur per actum, & dicitur, quod ſit actus entis in potentia. Quoniam autem non entia ſenſu p̃cipi non poſſunt, ideo non entibus nullo mõ attribuitur motus, licet eis alia attribuantur. Dicimus enim non entia eſſe intelligibilia, & actu intelliguntur, vt roſa in hyeme actu non exiſtens. Sed non dicimus ea eſſe mobilia, vel actu mota, vel quod actu moueantur quapropter cum nomen actus impoſitum ſit motui ad ipſum primo ſignificandum, quia eſt nobis magis cognoſcibilis ratione ſuæ claritatis (alias entitatis) q̃ ſenſu percipimus, idcirco tractum eſt nomẽ actus ad ad ſignificandum illud, quod habet motum tranſcendentem omnem actualitatem, & entitatem creatam, Et ſic dicitur Deus actus, non qualiſcunque, ſed primus, quia eſt cauſa omnis alterius actus. Exinde tractum eſt nomen actus ad omne illud, quod dat eſſe actu alicui rei. Et quia forma omnis tam ſubſtantialis quæ dat eſſe rei ſubſtantiale, & ſimpliciter, quam accidentalis, quæ dat eſſe accidentale, & ſecundum quid vt albedo dat aliquam actualitatem: idcirco omnis forma ſubſtantialis dicitur actus, & omne accidens de genere nouem prædicamentorum accidentium, cum ſit forma accidentalis, dicitur actus. Hæc eſt autem differentia inter Deum, qui dicitur actus primus, & alias formas ſubſtantiales, & accidentales, quæ etiam actus dicuntur, quia Deus dicitur, actus primus, & purus, non habens in ſe aliquam poſſibilitatem. Secus eſt de illis, de quibus dictũ eſt, reſpectu quorum attenditur diuiſio entis in actum, & potentiam: nec tamen nego in Deo eſſe potentiam actiuam, ſed ſolum poſſibilitatem paſſiuam, per cuius priuationem dicitur actus purus. In omni autem forma dante eſſe actu, tam ſubſtantiali, quàm accidentali eſt aliqua poſſibilitas, vt patet ex prædictis. Qua propter nulla dicitur actus purus, ſed aliquæ poſſunt dici actus primus reſpectu actuum ſequentem, vt immediatè patebit. Ex quo patet vnde ortum habuit nomen actus, & ad quæ poſtea eſt tractum, & quomodo conuenit Deo, qui eſt forma omnium exemplaris, non exiſtens in alio, & quomodo conuenit aliis formis, quæ ſunt in ſubiecto. eſſe dãtes, vel ſubſtantiale, vel accidentale.

Quidam eſt actus primus, quidam ſecundus.

TRipliciter poteſt intelligi actus primus, & ſecundus. Vno mõ, vt quia Deo conuenit eſſe primũ ens, & eſſe actum primum, vt immediatè dictum eſt. Omnis autem res creata, talia ordine eſt ens ſecundarium, & quia quibuſdam rebus conuenit nomẽ actus poſſet intelligi diuiſio actus primi, & ſecundi, vt Deus qui eſt actus primus, increatus, & purus, diceretur actus primus: actus autem creatus diceretur actus ſecũdus. Alio modo poſſet intelligi actus primus, & actus ſecundus, ſecundum ſucceſſionem actuum, vt actus præcedens, diceretur actus primus, & actus ſequens, ſecundus, in eadem ſpecie vel in eodem genere, & ſic non ſolum poſſet poni diuiſio actus primi, & ſecundi, ſed etiam tertij vel alterius ſecundum conditionẽ actuum. Et illo modo Ariſto. 3. de anima, ponit triplicem operationem intellectus. Primam, quæ eſt intelligentia ſimplicium quidditatum, vt cum appræhendit, quis naturam lapidis. Secundam, quæ eſt in appræhenſorum compoſitio, vel diuiſio, vt cum dicitur, quod lapis eſt ſubſtantia quantum ad compoſitionem, & hæc eſt affirmatio, vel quod lapis nõ eſt homo, quantum ad diuiſionem, & hæc eſt negatio. Tertiã, q̃ eſt diſcurſus a magis notis ad minus nota, quod fit in diſcurſu ſyllogiſtico rationis. Et cum quælibet talium operationum ſit quidam actus intellectus poſſet dici, quòd prima operatio eſſet primus actus intellectus, & ſecunda ſecũdus, & tertia tertius, & ſicut hic, ita, & in alijs. Iſtis tamen duobus modis non eſt cõmunis acceptio iſtius diſtinctionis, quando diximus, quod actꝰ eſt duplex, ſcilicet primus, & ſecundus, quam ponit. Ariſto. in principio ſecundi de anima. Eſt ergo intelligendus iſte Philoſo. & communiter loquentium de actu primo, & ſecundo, quod cum (vt dictum eſt) omnis forma tam ſubſtantialis, quàm accidentalis, ſit quidã actus in omni re, in qua eſt, cum omnis actualitas ſit forma, ipſa forma poteſt dici, & dicitur actus primus & ſm hoc aliquid dicitur eſſe in actu primo: Sed quia vnaquæq; res ſicut ſe habet ad eſſe, ita ſe habet ad operari: idcirco ſicut forma eſt principiũ eſſendi, ita, & principiũ opandi. oĩs. n. operatio eſt a forma Cũ aũt operatio ſit quoddã accidens vt prædictum eſt, ipſũ aũt accidens, quidam actus eſt, ipſa operatio dicitur primus actus, inquantum eſt forma accidentalis, & dicitur actus ſecundus, inquantum procedit, & eſt a forma, q̃ eſt principiũ actiõis, & quæ dicit actus primus. Sicut ergo operatio dicitur actus ſecundus, quæ a forma egreditur, ita per operationem actualiter exiſtẽs in operante, vel ab operãte, dicitur aliquid in actu ſecundo. Sicut patet, quod ſcientia eſt quædã forma, accidentalis de prima ſpecie qualitatis, & hęc dicitur, actus primus, & eam habens, dicitur in actu primo per eam. Sed conſiderare actu, eſt operatio, quæ egreditur a ſcientia modò, quo actus elicitur mediante habitu ſciẽtiæ, & iõ dicit actus ſecundus, & habens actualẽ conſiderationem de pertinentibus ad ſciendam, dicit eſſe in actu ſecundo Et ſic paret, quid eſt actus primus quia ipſa forma, & ſecundus, quia ipſa operatio.

Potentia triplex.

SCiendum eſt, quòd ſecundum Auicen. nomẽ potẽtiæ fuit primo inuentum ad ſignificandum potentatem hominum, prout dicimus, aliquos magnos potens eſſe. Ex hoc autem translatum eſt ex quadã proportione, & ſimilitudine ad res naturales, quod ſic patet. Dicitur enim in homines eſſe potens, qui facit, q̃d vult, vel poteſt facere, quod vult de alijs ſine impedimento, & ſic ſecundum hoc translatum eſt nomen potentię ad omne principium actionis in naturalibus ut potentia dicatur tam in hominibus, vbi ab eorum poteſtate primò eius nomen impoſitum eſt, q̃ in rebus naturalibus, quæ ſunt principiũ actionis ad quas tranſlatũ eſt, ſm quod quælibet harum plus agere poteſt, & minus pati. Secundum enim, quod plus impediri poteſt ſecundũ hoc plus minuitur de potentia eius, Impeditur autem potentia alicuius agentis, vel naturalis uel uoluntarij, inquantum poteſt pati ab aliquo. Vnde de ratione potentiæ eſt quantum ad primã ſui impoſitionẽ eſſe principiũ actionis, & non poſſe pati. Vñ illud, q̃ non põt pati, dato, q̃ nihil poſſit agere, potens dicimus: ſicut ferrum, quod habet potentiã vt non ſecetur, vel diuidatur. Sed ex alia conſideratione ſcilicet, quod oporret actionum agentis in aliquo reci pi, quæ actio ẽ agẽtis: conuenienter nomen potentiæ, extẽſum eſt ad hoc, vt recipiens actionem agentis, habeat nomen potentiæ, & potentiam habere dicatur, q̃ potẽtia vocatur paſſiua. Sicut enim illis, quæ in agente eſt actionis principium, potẽtia actiua vocatur: Ita illa, q̃ eſt recipiendi principiũ, paſſiua vocatur. Ex quibus colligitur, quòd eſt duplex potẽtia, vna, quæ dicit actiua, alia, quæ dicitur paſſiua. Et quia in omni potẽtia actiua, uel paſſiua attenditur, vt poſſibile non repugnet potentiæ: Idcirco ponitur 5. Metaph. tertia potentia, quę uocatur potentia coherentiæ terminorũ, vel non repngnantia terminorũ. Et quia iſta fundat ſuper duas primas, & videtur magis logicæ accipi, q̃ realiter ab eis diſtincta: idcirco illa dimiſſa, q̃a per alꝰ duas importatur, ſolum de alijs duabus in ſpeciali p̃ ſequendum eſt. Potentia enim coherentiæ, vel non repugnantię terminorum, dicitur reſpectu omnium, q̃ contractionem aliquã non includunt, quæ ſunt poſſibilia, vel per potentiam actiuam, vel paſſiuam, quam cunque, vt quod ex ligno fiat lanx, vel domus, eſt in ligno potentia, ſed non repugnantia terminorum, & p̃ oppoſitum, qucquid contradictionẽ includit, eſt impoſſibile, oppoſitum iſti potentiæ: ſicut quod lignum manens lignum, fiat lapis vel vitulus, vnde nec hoc ẽ poſſibile per diuinã virtutem, licet ſit poſſibile diuinæ uirtuti, ex ligno ſubitò facere vitulum, ligni tamẽ natura non manente.

De potentia abſoluta, & ordinata in Deo.

POtentia Dei abſoluta, dicitur poſſe ſuum, vel poteſtas ſua abſolutè conſiderata, ſine reſpectu habito ad aliquod attributum diuinum, & hac potentia poteſt abſolutæ quicquid habet rationem factibilitatis, & illud quod non põt facere, dicitur impoſſibile, non propter defectũ diuinæ potentiæ, ſed propter defectũ rei factibilis, q̃ nõ eſt capax, ſicut magiſter in theologia, de potentia abſoluta põt docere theologiã, ſed qđ non poſſet docere aſinũ, nõ eſt defectus potentiæ in magiſtro, ſed eſt defectus aſini, q̃ nõ eſt capax doctrinæ Potentia aũt ordinata, dicitur potentia Dei ordinata ad aliquod attributum, vel iuſtitiam, vel ſapiẽtiã, vel clementiam, & huiuſmodi. Et ſic Deus poteſt aliquid de potentia abſoluta, quod non poteſt de potentia ordinata. Vt verbi gratia, de potentia abſoluta Deus poſſet omnes, qui ſunt in paradiſo, in infernum ponere, & de inferno omnes, qui ibi ſunt, in paradiſum ducere, ſed conſiderato ordine ſuæ iuſtitiæ, qui apparet hoc nõ poteſt. Item de potentia abſoluta poſſet peccatori contrito reuertenti veniam negare: ſed conſiderata ſua miſericordia, hoc nõ poteſt, & ſic de alijs. Etiam ponitur exemplum quãtum ad vtrãq; potẽtiam in humanis: q̃a rex poſſet duos pauperes, quorum vnus eſſet innocens. alius fur, de potentia abſoluta ſuſpendere, ſed de potentia ordinata, non niſi furẽ.

Aliæ ſunt potentiæ naturales, aliæ rationales; & harum aliæ rationales per eſſentiam, aliæ participationẽ.

NAturale poteſt ſumi dupliciter. Vno modo, q̃ dicatur naturale illud, quod ineſt homini a principijs naturalibus, & ſic omnes potentiæ, quę ſunt in homine, ſunt naturales, tam rationales, quàm aliæ, & ſic vna non diſtinguitur contra aliam. Alio modo dicitur naturale, quod ſequitur modum communem naturæ. Modus autem cõmunis naturæ eſt eſſe determinatum motum, ſcilicet fieri deorſum, & ſic q̃a in homine ſunt quædam potentiæ determinatæ an vnũ, alię autem nõ determinatæ: ideo ponitur diſtinctio, quod quædam ſunt potentiæ naturales, & iſtæ ſunt determinatæ ad vnum, & ſunt omnes pertinentes ad partem vegetatiuam, & ſenſitiuam, & omnes, quæ nõ ſunt natæ obedire rationi. Illæ autem, quæ non ſunt determinatę ad unum, dicuntur rationales, vt per eſſentiam, vel per participationem. Rationale autem ſic diſtinguitur (ex quo ſecundo ponenda eſt diſtinctio potentiarum rationalium) quia quędam ſunt rationales p̃ eſſentiam, quædam per participationem. Dicitur aũtẽ rationale per eſſentiam, ipſe intellectus, uel ratio, quæ idem ſunt ſed rationale per participationem, eſt appetitus, quid diſtinguitur in appetitum intellectiuum (qui dicitur voluntas, quæ dicitur rationalis per participationem, quia ſequtur rationem: quod enim ratio iudicat eligendum, hoc voluntas eligit, & acceptat) & in appetitum ſenſitiuum. Dr autem appetitus ſenſitiuus rationalis per participationem, quia eſt aptus natus regulari per rationem. & q̃a appetitus ſenſitiuus diſtinguitur in iraſcibilem, & concupiſcibilem, ideo etiam tam iraſcibilis, quàm concupiſcibilis, dicuntur rationales per participationem. ¶ Tamen notandum eſt, quòd doctores voluntatem aliquando vocant rationalem per eſſentiam, aliquando per participationẽ inquantum tamen non eſt contrarietas: quia hoc eſt reſpectu diuerſorũ. Dicitur enim voluntas rationalis per eſſentiam inquantum comparatur ad appetitum ſenſitiuũ, non quòd ipſa ſit ratio eſſentialiter, ſed q̃a eſt in parte intellectiua, & rationali: hoc modo non eſt appetitus ſenſitiuus, nec eſt in parte ſenſitiua. Dicitẽ autem voluntas rationalis per participationem in cõparatione ad intellectum vel rationem: quia ſcilicet non eſt eſſentialiter ratio, ſed participat aliquid cũ ratione, i. partẽ ſuperiorem animæ quantum ad ſubiectum. Itẽ etiã, quia ſequitur actum rationis. ¶ Vlteriùs notandũ eſt, quòd potentiæ ſenſitiuę, q̃ dicuntur rõnales per participationem dupliciter poſſunt conſiderari. Vno modo, prout operantur inſtinctu naturæ, & ſic ordinantur ad unum ſicut naturam, & ſic ſunt determinatæ ad vnũ, & iſto mõ dicuntur naturales,

autem (quæ eſt cauſata ex diuiſione continui) menſurat unũ, qđ eſt principiũ numeri, & a quo numerus efficitur, & a quo numerus cauſetur ¶ Ex his oſtendo quomodo ſe habet unum, quod eſt ád principium numeri, ad continuum Et dicendum, quòd unum, quod eſt principium numeri) ſuper cõtinuum (quod eſt unũ addit eſſe partem aliquotam tòtius diſcreti. Nam eſſe continuum abſolutè acceptum, non importat eſſe partem aliquotam alicuius diſcreti, ſed ſolum importat habere plures partes indiuiſas ab inuicem, unum autẽ importat eſſe patrem aliquotam totius diſcreti, uel alicuius multitudinis. Quod patet. quia ad quæſtionem factam per quotam, conuenienter reſpondetur, per aliquotum. Quando enim quæritur, quot ſunt, ut puta homines, conuenienter reſpondetur, unus, uel duo, uel tres, & conſtat, quòd ibi eſt reſponſio de uno, qđ eſt principium numeri. Ergo vnum quòd eſt principiũ numeri, ſuper continuum addit eſſe patrem aliquotã alicuius diſcretæ multitudinis cum non dicat totam multitudinem, uel totum diſcretum. Quia uerò feci mentionẽ de parte aliquota, ut uideatur, quid eſt pars aliquota: ſciendum, quòd numerus habet quaſdã partes aliquotas, quaſdam non aliquotas. Patres aliquotę dicuntur, quæ aliquoties per ſe ſumptæ reddunt ſuũ totum, & ſic duo, & tria ſunt partes aliquotæ ſenarii, quia duo ter ſumpta faciunt ſenarium, & tria bis ſumpta faciũt ſenarium Quatuor autem, & quinque ſunt partes non aliquotæ, quia aliquoties ſumptę, nunq̃ faciunt ſenarium, ſemel enim ſumptæ, non reddunt ſenarium, bis autem ſumptę reddunt ultra, ut bis quatuor, faciũt octo: bis quinque, decem. vlterius autem oſtenditur ex dictis, quid addẽt unum, quòd eſt principium numeri, ſuper unum, quod conuertitur cum ente: quia hoc addit, in quo differt ab eo, hoc autem eſt, quia unum, quod conuertitur cum ente, dicit abſolutã diuiſionẽ in quacunque entitate. Sed unum, eſt principium numeri, dicit diuiſionem indeterminato genere i. in genere quantitatis continuæ. Secundò differunt in hoc, quia vnum, ꝙ cum ente conuertitur, vĩ importare abſolutam indiuiſionem. vnum uerò, ꝙ eſt principium numeri, importat eſſe partem aliquotam alicuius totius diſcreti, ut dictum eſt. Continuum uerò, ꝙ eſt unum vnitate, quæ eſt principiũ numeri, à quo numerus efficitur, addit idem, ꝙ vnum quod eſt principium numeri, ſuper vnum quod cũ ente conuertitur, & ultra hac uidetur differre: ꝙa ratio unius, quod cũ ente cõuertitur, eſt priuatiua, quia dicit indiuiſionẽ. Ratio, autem continui nõ eſſe poſitiua. Vnum autem, quòd eſt tranſcendes, non addit aliquid reale ſuper ens, ſed ſolum addit negationem diuiſionis. Nihil em̃ aliud eſt, unum, quod eſt tranſcendens, quàm ens indiuiſum. Ex quo tale vnum cum ente conuertitur, ſecundum. non. Nam omne ens aut eſt ſimplex, aut eſt cõpoſitum: quod autẽ eſt ſimplex eſt indiuiſum actu, & potentia: quod autem eſt compoſitum, non habet eſſe quamdiu partes eius diuiſæ ſunt. Sed poſt q̃ ſunt vnitæ, & compoſitæ conſtituunt ipſum, unde eſſe, cuiuslibet rei conſiſtit in ſui indiuiſione. Et inde eſt, quòd unumquodque ſicut cuſtodit ſuũ eſſe, ita cuſtodit ſuam unitatem. Numerus autem ſuper unitatem nihil addit, niſi illud, quod addit totum integrale ſuper ſuas partes. Totum autem diſcretum ſuper totum continuum addit, ſ. habere partes actu diuiſas, & per hoc realiter differt ab eo.

Duobus modis dicuntur aliqua eſſe vnum.

VNum nihil aliud eſt, quàm ens indiuiſum, quot modis ergo contingit aliquid eſſe indiuiſum, tot modis dicitur unum eſſe. Indiuiſum autẽ aliquid dicitur dupliciter. Vno modo per accidem, ut Socrates eſt albus, quia albedo in eſt Socrati. Et ſic iſto mõ dicuntur aliqua eſſe, unum per accidens, ſiue ſit unum per inhærentiam, ut in exemplo dicto. ſiue per colligationem, ut in onere lignorum, ſiue per coadunationẽ, & congregationem, ut in aceruo lapidũ. uel tritici, & huiuſmodi. Alio mõ dr̃ aliquid indiuiſum, & per conſequens unum per ſe. Hoc autẽ eſt dupliciter. Vno mõ aliqua ſunt indiuiſa ſimpliciter p̃, ſe alio mõ reſpectu alterius. Si reſpectu alterius, hoc eſt uel reſpectu alicuius ſpeciei: & ſic dicuntur omnia eſſe unum ſpecie, q̃ ſub una ſpecie continetur, uel reſpectu alicuius generis, & ſic dicuntur unum genere, quæcunque ſub uno genere continentur. Vel reſpectu alicuius analogi, & ſic dicuntur unum proportione uel analogicè, quæcũque ſub uno analogo continentur. Dicuntur aũt p̃ ſe unũ eſſe abſolutè, & ſimpliciter quæcunque ſunt unũ numero, ut Socrates eſt unũ numero. Sed in iſtis eſt differentia duplex, quia quædam horum ſunt vnũ. q̃ ſunt indiuiſa in actu, & unum in actu, diuiſibilia tñ, & per conſequens plura in potentia. Et hoc tripliciter, uel diuiſione quãtitatis, ſicut, quod eſt unũ, & indiuiſum cõtinuitate, ut linea, Vel diuiſione eſſentiali, ſicut qđ eſt unũ, & ĩdiuiſum p cõpoſitionẽ formæ, & materiæ, ut lapis, uel hõ. uel eius, qđ ex quo eſt, & qđ eſt ut angel⁹ uel ſecũdũ utrũq; , ſicut qđ eſt unũ p cõditionẽ materię, & formę, & unũ cõtinuitate: & ſic ſunt unũ oĩa corpa naturalia. Qđ aliqua horũ non ſint diuiſibilia, uel nõ diuidanẽ actu, eſt ex aliquo in eis ꝑtra naturã cõpoſitionis uel diuiſibilitatis, ſicut ſunt corpora cæleſtia. & quãuis nõ ſunt diuiſibilia actu, ſunt tñ diuiſibilia intellectu. Quædã ſunt, quorũ qđlibet eſt indiuiſibile actu, & potẽtia. Et hoc eſt tripliciter. Eſt em̃ aliquid indiuiſibile, qđ eſt unũ indiuiſibilitate qđ hẽt aliquid in ſui ratione prẽter rationem indiuiſibilitatis, ut punctũ ꝙ ꝑter indiuiſibilitatẽ importat ſitũ. Aliquid uerò eſt vnũ indiuiſibilitate, indiuiſibile actu, & potentia, qđ nihil aliud impor tat; ſed eſt ipſa ſua indiuiſibilitas, q̃ eſt principium numeri, & tamen inhæret alicui, quod non eſt ipſa unitas ſicut ſubiecto ſuo. Eſt autem aliqđ unum indiuiſibile actu, & potentia, ꝙ in ſui rõne non includit aliquid præter rationem indiuiſibilitatis, nec alicui alteri eſt inhærens, & talis vnitas, & tale unum eſt Deus, qui eſt cauſa, & principium oĩs alterius unitatis. Ad iſtos aũt modos unitatis reducuntur omnes alij, qui poſſent inueniri, uel per ſe, uel per accidens, quia cum uno opponatur multitudini, toties dr̃ multitudo oppoſita, quoties unum. Ex p̃dictis põt patere qũo, & quibus conuenit maximã eſſe, unũ, inter oĩa quibus vnũ cõuenit. Magis enim ſunt unũ, q̃ ſunt unũ p̃ ſe, quã q̃ ſunt unum per accidens. Et inter illa, q̃ ſunt unũ per ſe, illa q̃ ſunt unũ per ſe, ſimpliciter, & abſolutè magis ſunt vnũ, q̃ qua ſunt unũ reſpectu alterius. Magis autem ſunt unum, q̃ ſunt unum in ſpecie, ut Socrates, & Plato, quã q̃ ſunt uuum genere, ut hõ, & leo. Et illa magis ſunt vnum, q̃ ſunt unum genere, q̃ q̃ ſunt unum analogo. ut Socrates, & albedo ſunt unum in ente. Inter illa uerò, q̃ ſunt unum in numero, illud eſt maximè unum, ꝙ eſt unum diuiſibile in potentia diuiſione ſola quantitatis, ut linea quàm ꝙ eſt unum diuiſibile diuiſione eſſentiali, ut hõ, & iſta duo magis ſunt unum, quã illud, quod eſt vnum diuiſibile ĩ potentia diuiſione quantitatis, & eſſentiali, ut qđlibet corpus. Inter illa uerò, quæ ſunt per ſe unum abſolutè, q̃ ſunt indiuiſibilia actu, & potentia. magis ſunt vnum, quàm illa, quæ indiuiſibilia in potentia. Et inter hæc plus eſt unũ unitas, q̃ punctus, & Deus plus, q̃ unitas uel punctus. In Deo enim nulla eſt partium compoſitio, nulla diuiſionis continuitas, nulla accidẽtium varie-

varietas, nulli inherens. Qua propter ſummè unus eſt quinimo menſura, principium, & cã omnis unitatis.

Illud enim, ꝙ eſt maximum in quolibet genere, eſt principium in eo, ut dicitur, 2. metaph. & ideo etiã dicitur, ꝙ illud, quod eſt ſimplicisſimum, eſt menſura in quolibet genere, ut dicitur in decimo. ¶ Nunc dicendum eſt, quomodo conuenit alicui rei, quod ſit vnum & multa. Vbi notãdum, quòd nihil prohibet illud, qđ eſt uno modo diuiſum, eſſe alio modo in diuiſum: ſicut, ꝙ eſt diuiſum numero, vt Socartes, & Plato, eſſe indiuiſum ſecundum ſpeciem. Socrates enim, & Plato ſecundum Porhi. ſunt vnum ſpecie. Participatione em̃ ſpecie plures homines ſunt unus homo. Et ſic ſimiliter cum vnum non dicat niſi ens indiuiſum, contingit aliquid uno modo eſſe unum, & alio modo eſſe multo: Contingit ergo, quòd aliquid eſt unum ſimpliciter, & multa ſecundum quid, ſicut indiuiſum ſimpliciter, & diuiſum ſecundum quid, quod contingit duobus modis. Primò, qñ eſt aliqđ indiuiſum ſecundum eſſentiã, licẽt ſit diuiſum quantum ad ea, quæ ſunt extra eſſentiam rei, ſicut quòd eſt unum ſubiecto, & multa ſecũdum accidentia multa, quæ in eo ſunt, ut Socrates, & eius accidentia. ſic enim Socrates eſt unum ſimpliciter, & multa ſecundum quid. Secundò hoc contingit, qñ aliquid eſt indiuiſum in actu, & diuiſum in potentia, ſicut quod eſt unum toto, & multa ſecundum partes in quas eſt diuiſibile, ſiue partes ille ſint eſſentiales ſicut materia, & forma in compoſitis: ſiue ſint partes quantitatiuæ, ut in continuis. Tale enim erit vnum ſimpliciter, & multa ſecundum quid, Si autem econuerſo aliquid ſit indiuiſum ſimpliciter, erit vnum ſecundum quid, & multa ſimpliciter. Hoc autẽ contingit in omnibus, quæ ſunt plura, diuiſa numero, & ſunt unũ ſpecie, uel genere analogo, & quæ ſunt plura diſtincta, & ſecundum eſſentiam, diuiſa, & ſunt indiſtincta ſecundum rationem, uel ſecundum, principium, uel ſcđm cauſam, omnia talia ſunt unum ſecundũ quid, & multa ſimpliciter. ¶ Ens diuiditur per unũ, & multa, hęc diuiſio eſt per unum ſimpliciter, & multa ſecundũ qđ. Nam & ipſa multa non continentur ſub ente, niſi ſecũdum ꝙ aliquo modo continentur ſub vno. Secundũ enim Dioniſium ultimo capitulo: de diuinis nominibus, non eſt multitudo non participans uno. Quæ em̃ ſunt multa partibus, ſunt unum toto: & quę ſunt multa accidentibus, ſunt vno ſubiecto: & quę multa numero, ſunt unum ſpecie, & quę multa ſpecie, ſunt unum genere, & quæ ſunt multa proceſſibus, ſunt unũ principio, uel priuatione.

Quartum tranſcendens eſt Aliquid.

DIcendum nunc eſt de quarto tranſcendente, ꝙ eſt aliquid. Dictum eſt ſuperiùs, ꝙ ſicut vnum dicit ens in ſe indiuiſum, ita aliquid dicit ens ab alio diuiſum, vnde dr̃ aliquid quaſi aliud quid. vbi intelligendum eſt, ꝙ multũ differũt aliquid, & aliquis. Nam aliquis, eſt adiectiuum generis maſculini. aliquid autem, ſubſtantiuum uel adiectiuum ſubſtantiuatum in neutro genere.

Hæc autem eſt differentia inter hæc, quia maſculinum genus ponitur circa ſuppoſitum, & perſonã. Vnde ſubiectum ponit ſuũ ſignificatũ, uel ſuã ſignificationem circa ſubſtantiã. Neutrũ aũt habet ſuam ſignificationem abſolutam. Ex quo ſignificatur, qđ nomẽ adiectiuum ſignificant alietatem, ſignificat alietatem in ſuppoſito, uel perſona, ut cum dico, alius homo. Sed ſubſtantiuum, uel adiectiuum in neutro genere ſubſtantiuatum, importat alietatem in eſſentia, & diuerſitatem. ut cum dico, aliud. Vnde in diuinis poſſum dicere maſculinã, pater eſt alius a filio, quia differunt p̃ ſonaliter, ſed non poſſum dicere, pater eſt aliud neutraliter, quia ſignificaretur, ꝙ differrent ſubſtantialiter, hoc autem eſt falſum. Ergo cum aliquis importat quandã alietatẽ, eum ſumitur maſculinè, aliquis dicit quaſi alius quis. Hoc autem totum ſignificat alietatem in ſuppoſito, non in eſſentia, & ſic non eſt unum de tranſcendentibus, imò eſt ſignum particulare, & ab ali quibus vocatur indiuiduum vagum, quia nullum determinatũ particulare deſignat, ſed particulare ideterminatum. Socrates aũt dr̃ indiuiduum ſignatum, ſed cũ dico aliquid, ſignificatur, quaſi aliud qđ. Aliud aũt neutri generis, importat alietatem in ſubſtantia. Et qa ſubſtantia, & eſſentia importatur per hoc, quod dico, qđ, vnde & eſſentia rei, quidditas uocatur. vt infra patebit. ideo aliqđ ſubſtantiuũ in neutro genere, eſt unũ de tranſcendentibus, importans diuerſitatem neutraliter, & per conſequens alietatem in ſubſtantia. Vnde aliquid, unum eſt de trãſcendentibus reſpectu illius, reſpectu cuius dicitur aliud, quod dr̃ aliud non quocunq; modo, ſed alietate ſubſtantiali, & eſſentiali. Et ita patet, ꝙ aliquid dicit alietatem eſſentialem, & ſumitur ſubſtãtiue, & eſt tranſcendens. ſed aliquis ſumitur in maſculino, & non eſt tranſcendens. Ex quo ulterius patet, quod conuenienter poteſt dici in diuinis, pater eſt aliquis, & filius eſt aliquis, & pater a filio eſt alius quis: quia hinc importãtur ſola differentia perſonalis, quamuis autem poſſet dici, qđ pater eſt aliquid, & filius eſt aliquid non tñ põt dici, ꝙ pater eſt aliquid a filio, id eſt, aliud quid, & filius eſt aliquid, id eſt, aliud quid a patre, quia una eſt eſſentia utriuſque, & non differunt eſſentialiter. Poteſt tamen dici, quòd pater, & filius ſunt aliquid, & aliud quid a lapide, & ſic de alijs, a quibus differunt eſſentialiter.

Quintum tranſcendens eſt Verum.

NVnc dicendum eſt de quinto tranſcendente, qđ eſt uerum. Et quia verum a ueritate dicitur, ideo primo de ueritate quadruplici uidendum eſt. ¶ Vnde ſciendum, quòd quadruplex eſt ueritas. Vna, quæ dicitur prima ueritas, quę Deus eſt. Alia veritas creata, q̃ eſt cuiuslibet rei creatæ entitas.

Alia ueritas intellectus. Alia ueritas orationis, quæ ſic patere poſſunt, Dum enim uerum, & ens cõuertãtum, verum nihil aliud addit ſupra ens, niſi ordinẽ ad intellectum. Ipſa ergo diuina entitas, ut conſideratur prout habet eſſe actu, dr̃ ens, quia ſumitur ab actu eſſendi, ut dictum eſt. Quia uerò ipſa diuina entitas intelligitur intellectu diuino (ipſi aũt intellectu, diuino diuina entitas totaliter adęquat: quia omni mõ, quo intelligibilis eſt, & nullo modo aliter (iõ ipſa diuina entitas, vt comparatus ad actũ eſſendi quo eſt, dr̃ ens: ut comparatur ad intellectũ eã adæquant apprehendentem in omnibus, qui eſt intellectus diuinus, dicit vera. Et quia in diuiuis concretum, & abſtractum non differunt, ideo ſicut eſt uera entitas, ita eſt ueritas. Vñ ſicut Deus eſt ſua entitas, ita eſt ſua ueritas per adæquationem ſuæ entitatis ad ſuum intellectum in affirmatione, ut quod eſt trinus, & unus, & negatione, ut, ꝙ non eſt lapis. Iccirco ibi ẽt uerum eſt, quòd ueritas eſt adæquatio rei, & intellectus. Hæc igitur ueritas uocatur prima ueritas, ſicut, & prima entitas. Ideo Chriſtus dixit Iohannis 14. Ego ſum via, veritas, & uita. Res autem quælibet, ut conſideratur hãbens eſſe actu dicitur ens, & quia habet ſuam entitatem apprehenſibilem ab intellectu, ſicut reſpectu eſſe dicuntur ens, ita ad intellectum comparata dicitur uera. Res autem poteſt habere duplicem ordinem ad intellectum, ſicet

licet per se,& per accidens.Per se autem habet ordinē illa res ad intellectum illum,à quo secundum esse suū dependet,& à quo cognoscibilis est.Et isto modo dependet domus ab intellectu domificatoris,& generaliter omne artificiatum ab artifice.Alio modo habet res ordinem ad intellectum per accidens,quia scilicet nō dependet ab eo,secundum suum esse,sed solum quantum ad cognosci:quia accidit rei,ꝙ cognoscatur,& sic lapis dependet ab humano intellectu.Iudicium autem sumitur de re secundum illud,ꝙ ineſt sibi secundum se,& non secundum illud,ꝙ ineſt sibi secundū accidens.Quia ergo non dicitur uera nisi per ordinē ad intellectum uel practicam,à quo dependet quantum ad esse,& cognosci: vel speculatiuum,a quo dependet quantum ad cognosci solum:sequitur,ꝙ ueritas,quæ est in rebus,sit magis ueritas secūdum quod dependet ab intellectu practico,& speculatiuo,ꝙ secundum quod dependet solum ab intellectu speculatiuo.Quia uerò omnes res naturales comparantur ad intellectum diuinum,sicut res artificiales comparant ad intellectum humanum.sequitur,ꝙ res naturales respiciunt intellectum duplicem,scilicet diuinum,tanq̄ illum,à quo habent esse,& cognosci,& sic res dicuntur veræ,secundum quod assequuntur formam siue similitudinem,quæ est in intellectu diuino, secundum quam producuntur,& sic dicitur lapis verus,qui assequitur propriam lapidis naturam secundum præconceptionem intellectus diuini. Respiciunt etiam intellectum creatum speculatiuum,& sic secundariò dicunt veræ,quia natę sunt facere veram æstimationem de se & intellectum sibi cōformare,& adæquare,sicut sunt quantum ad affirmationem:uel sicut non sunt,quantum ad negatiouem.Et sic aurum dicitur verū, quòd est aptum facere rectam æstimationem in intellectu, quantum ad realem,& ueram naturam auri,quam habet,& per oppositum,aurichalum dicitur aurum falsum.Res etiam artificiales dicuntur ueræ per comparationem ad intellectum practicum à quo dependēt quantum ad esse,inquantum assequuntur esse secūdū formam præconceptam in intellectu artificis.Res igitur artificiales comparantur ad intellectum practicū, a quo dependent,sicut naturales ad intellectum diuinum,a quo dependent quantum ad suum esse. Comparātur autem ad intellectum speculatiuum alterius à quo non dependent nisi quātum ad cognosci, sicut dependent res naturales à nostro intellectu speculatiuo.Et de tali rerum ueritate,quæ est rerum entitas ad intellectum comparata,vel speculatiuum,uel practicum dicit Augustinus libro soliloquiorum ,ꝙ uerum est id,quod est.Et in libro de uera religione. Veritas est summa simililudo principij sine ulla dissimilitudine.Et Auicenna dicit ꝙ ueritas vniusciuiusq; rei est ꝓprietas sui esse,quod stabilitum est ei. Veritas autem intellectus dicitur, secundum quod ipse intellectus adæquatur ipsa rei per apprehensionem suam secundum ea,quæ apprædendit de re sibi in omnibus conformi,uel affirmando ea,quę rei conueniunt quantū ad intellectum componentem, & affirmatiuum: uel negando ea, quæ rei non conueniunt,quantū ad intellectum diuidentem,& negatiuum. Et quia conformitas rei ad intellectum,& intellectus ad rē,perficitur in apprehensione intellectus: iccirco ratio ueritatis primò consistit in intellectu, & secundariò ex hoc dicit res uera. Et ex hoc dicit Philosophus sexto Methaphi. ꝙ bonū, & malū sunt in rebus,verum autē, & falsum sunt intellectu.Et sic definitur ueritas ab Augustino in libro de vera religione.Veritas est,qua ostenditur id ꝙ est.Et Hilarius:Verum est determinatiuum,& manifestatiuum esse Et Isaac in libro de definitionibus.Veritas est adæquatio rerum,& intellectus,quia ratio veritatis per prius inuenitur in intellectu.Iccirco etiam per hoc incipit propriè esse in intellectu per qđ habet aliquid proprium intellectus respectu rei apprehēsę. Hoc autem est iudicium de re apprehensa.Hoc autem est propriè intellectus cōponentis, & diuidētis.Et ꝙ veritas est in intellectu,quando de re affirmatur per iudicium intellectus,quod est,uel negatur, quod non est.inde est,ꝙ ueritas propriè est in intellectu componente,& diuidentem, in quo est perfecta adæquatio rei,& intellectus. Quia vero in prima operatione intellectus est aliqua conformitas, & adæquatio, licet imperfecta,iccirco etiam in prima operatione intellectus secundariò dicitur uerum,& falsum,& eadem rōne in sensu, quando res sensibilis nata est adæquari sensui scđm id,ꝙ est.Ex quo etiam per similitudinem tractum est nomen ueri ad hominem,qui facit ueram æstimationem de se uel de alijs. ꝑ ea, quæ dicit uel facit.vnde de tali consueuit dici,ꝙ verus sit,& per oppositum,ꝙ sit falsus,& hoc per quādam similitudinē. Vnde & circa hoc ponit Philosophus quandam uirtutem 2.Ethic. quam uocat ueritatem. Ex quo patet, ꝙ uerum per prius dicitur de secunda operatione, intellectus,in qua est compositio,& diuisio,& ibi propriè & primariò est ueritas,& falsitas.Secundò autē tractū est ratione cuiusdam conformitatis, & adæquationis,quę aliqualis in aliis inuenitur ad primam operationē intellectus, & ad operationem sensitiuam,& ultra usque ad hominem,& facta humana,secundum ꝙ est natum facere ueram æstimationem per ea, quę dicuntur,uel fiunt.Quia uerò voces sunt signa intellectionū,iccirco ueritas ponitur in oratione sicut in signo,quia est signum significatiuū ueritatis, q̄ est in intellectu,causata à re, de qua dicit Philosophus in Prædicamētis,ꝙ ab eo,quod res est,uel non est dr̄ō uera uel falsa primo Perihermenias.

¶Ex dictis patet,ꝙ diuina ueritas ab aliquo non dependet,sed oīs alia ab ipsa dependet, & ipsa est mensura omnis alterius ueritatis, & a nullo mensuratur. Veritas autem rerum naturalium dependet ab intellectu diuino,& est mensurata ab eo:quia sic omnes res naturales sunt in intellectu diuino,& omnia creata si sunt artificiata in mente artificis.veritas autem rerum naturalium mensurat ueritatē intellectus creati.Vnde res naturalis inter duos intellectus constituta,est mēsurans,& mensurata.sed intellectus speculatiuus non mensurat res naturales,sed practicus mensurat ueritatem rerum artificialem. Vnde ueritas intellectus speculatiui,est mensurata à ueritate rei. Veritas autē orationis est mensurata à veritate rei,& à veritate intellectus,cuius est signum, & ideo ueritas intellectus est mensurata a ueritate rei,& per consequens dependet ab ea,sed ueritas orationis dependet ab ea, sed ueritas orationis dependet à ueritate intellectus,& iō mēsuratur ab ea.Diuina igitur ueritas est mensurans,nō mensurata: ueritas autem rerum naturalium,& ueritas intellectus quælibet diuersimodè est mensurans, & mensurata,ueritas aut propositionis est mensurata non mensurans.

¶Sicut autem animal abstrahitur ab homine,capra leone,& boue,& est quid commune ad ea: ita etiam veritas,& uerum ꝙ est unum de transcendentibus, est commune istis ueritatibus,& ipsum uerum trāscēdēs est cōmune,& dicitur de omnibus.vnde Deus est ens verum,res quælibet est ens uerum,& intellectus est uerus,propositio est uera,suis modis unūqđq; est uerū. Veritas autem super quālibet rē uerā non addit nisi ordinem ad intellectum,& ideo etiam uerū nō addit supra ens,nisi conformitatem ad intellectū Multa dicuntur

cuntur talia circa ueritatem,& uerum, quæ hic explicanda non sunt.

Sextum transcendentes est Bonum.

NVnc dicendum est de sexto transcendēdēte, quod est bonum.Circa quod non tandum est,quod bonitas nihil addit supra entitatem,nisi solum ordinē ad appetitū,sicut ueritas ordinem ad intellectum. Est autē quadruplex bonitas, cuius distinctio sic patet.Nā est q̄dam bonitas essentialis,& substātialis,talem bonitatem habent omnia entia inquantum habent substātiam, & naturam, hæc bonitas nihil aliud est,quàm substātialis entitas. Alia autem est bonitas accidentalis, & super addita. Hæc autem est triplex,quia est quædam bonitas accidentalis,& superaddita,quæ habet bonitatem in esse naturæ,sicut ambulatio ad ecclesiam sine claudicatione,est habens bonitatem naturæ,q̄ superadditur ambulanti.Alia est bonitas moralis,quæ superadditur bonitati naturæ,ut ire ad ecclesiam ad audiendum missam, habet præter bonitatem naturę, qua graditur nō claudicando,bonitatem moris,qua uadit ad audiendum missam.Si autem iret claudicando, actus ambulationis haberet malum naturæ.Et si iret ad furandum, haberet malum moris,& esset ambulatio mala, malo moris.Est autem tertia bonitas accidentalis superaddita omnibus istis,quæ est gratuita,& meritoria, vt si aliquis uadit recto gressu ad ecclesiam,vt audiat missam in statu charitatis existens, talis actus est bonus bonitate naturę,bonitate moris,& gratuita,& meritoria Et istæ tres bonitates sunt super additæ bonitate essentiali ipsius ambulationis.

¶Item uidendum est,quomodo bonum trāscendēs se habeat ad quodlibet particulare bonum,& bonitas transcendens ad quamlibet particularem bonitatem. Ad quod dicendū:quod sicut uerum transcendens abstrahit à quolibet particulari vero, ita & bonum transcendens abstrahit à quolibet particulari bono, & ipsum de quolibet bono dicitur.Sicut autem ueritas super rem naturalem non addit nisi ordinem ad intellectum,ita bouitas substantialis super rem, quæ est bona substantialiter,nō addit nisi ordinem ad appetitū. Bonitas tñ accidentalis benè addit aliquid supra bonitatē substantialem, quia perfectionē quandā. Et ita ēt bonum,quo cum ente conuertitur,non addit supra ens,nisi conuenientiam ad appetitum.

Decem sunt prędicamenta,scilicet,Substantia,Quātitas,Qualitas,Relatio,Actio,Passio,Quando, Vbi, Situs,Habitus.Et ipsis in generali.

DOstquam dictum est de nominibus primæ intentionis,quibus exprimitur modus generalis consequens omne ens, quem modum exprimunt omnia transcendentia,nunc dicendū est de nominibus primæ intētionis,qbus exprimūtur speciales modi essendi entiū realiū, quę nomina dicuntur de illis, quæ conueniunt omni enti creato. Et uocantur a logicis decem rerum genera siue decē prædicamenta.quę continet sic speciales modos essendi rerum quod nullus modus essendi in re aliqua inuenitur,qui non contineatur ab aliquo istorum.Nec est alius, qui istorum aliquem contineat, nisi omnibus istis modis conueniat, ut dictum est de transcendentibus. Circa ista sic procedendū est, quia primo ponetur simul eorum significantia, differentia.Deinde secundo descendetur ad quędam nomina, quę conueniunt propriæ prædicamento substantiæ, & suo modo prædicamentis nouem accidentium, & sic sunt omnibus prædicamentis communia.Tertiò autem uenemus ad quodlibet in speciali,ut de quolibet aliqđ declaretur,quantum præsens tractatus requirit, de illis etiam,quæ continentur ab eis,& de quibus prædicantur ipsa:Quartò dicetur de quibusdam, quæ consequuntur dicetur de quibusdam, quæ consequuntur prędicamenta,uel omnia uel plura,quæ ab aliquibus ponit prædicamenta dicuntur.Quantum autem ad primum,primò ponetur sufficientia, differentia,significā tia extensiūs:secundò, concludetur sub breuibus.

Quantū ad primum,ponenda est sufficientia, differentia,& significantia simul nominum decem prędicamentorum,quæ sunt substantia,quantitas,qualitas relatio,actio,passio,quādo, ubi,situs habitus.Hoc autem pōt sic patere. Cū em̄ vt dictum est ens sit illud, ad ꝙ oīa alia reducuntur,& omnia alia addant solū aliquē modū essendi:ens nō potest descendere in hæc decem prædicamenta per differentias formales, quia nec genus est,quod sit extra intellectum entis,sed descendit per diuersos modos essendi,quos ipsa nomina exprimunt ipsorum decem generum.Substātia autem non addit super ens aliquam naturam super addita entis,sed solum aliquem specialem modum essendi,scilicet per se,& in se ens.Accidens etiam est ens ꝑ aliud,& in alio,scilicet,in substantia, & sic ex omnibus nominibus decem generum accipiuntur diuersimodi essendi, & exprimuntur à quibus modis essendi, secundum logicos sumuntur diuersimodi prędicādi:Omne ergo ens vel habet modum essendi per,se, & nō in alio,& hunc modum exprimit hoc nomen substantia,quæ est primum,& perfectissimum genus entiū.Vel habet modum essendi in alio.i.in substantia,& sic generaliter exprimit hoc nomen accidentis,qđ nō facit speciale prædicamentum, sed secundum quod modus essendi in alio inuenitur nouem modis, sic exprimitur nō nouem in nominibus, nouem genera, & prędicamenta accidentium significantibus,quæ sic distinguuntur. Accidens quod habet esse in alio.i. in substantia,habet esse in substantia per aliquid, quod est in ea,uel per aliquid aliud,quod est extra substantiam,sed tamen est applicabile substantiæ uel substātia est applicabilis ei.Si primo modo hoc fiat.i. qđ accidens sit in substantia per aliquid est in ea, hoc potest esse dupliciter. Vno mō: quod sit per aliqđ,quod sit in substantia absoluta.Et hoc dupliciter, quia uel ꝑ materiam,& talem modum essendi exprimit hoc nomen quantitas,quæ dicit modum essendi accidentis in alio i. in substantia,per aliquid,quod est in ea ex parte materiæ.Vel per formā,& hoc exprimit hoc nomē qualitas:qualitas em̄ dicit modū essendi accidentis in alio i3 in substantia ex parte formæ,sicut quantitas ex parte materię.Alio modo potest esse accidens in substantia per aliquid,quod est in ea nō absolutè, sed in comparatione ad aliud,& respectiuè,& talem modum essendi accidentis exprimit hoc nomen relatio,qđ significat similitudinem,sicut Socrates dicitur similis per albedinem,q̄ est in eo non absolutè, sed in comparatione ad albedinem,quæ est in Platone.Vel ēt hic modus essendi exprimit ꝑ has duas dictiones ad aliqđ, tamen nomine ad aliquid potest significari, ipsa relatio,& ipsa relatiua,quæ ad aliquid sunt.De rebus aūt significatis per hæc quatuor nomina p̄dicta,vc3 substantiam,quantitatem,qualitatem,relationē, determinat Aristot. in libro Prędicamentorum.Sed quid significent,& quæ res sint significatę per ea,ostendit quinto metaphysices.Si autem accidens sit in substātia per aliquid,qđ est extra ipsam,cui est subiectum applicabile

bile uel ſubſtantia, hoc poteſt eſſe tripliciter. Primò, qa ſubſtantia, uel ſubiectum accidentis poteſt comparari ad aliquid extra ſicut habens ad habitum, ut homo habet veſtimentum, & ſic ſumitur prædicamentum habitus, quia talis modus eſſendi exprimitur hoc nomine habitus, uel habere. Ex applicatione enim talis rei extrinſecæ cauſatur talē habere. Vnde auctor principiorum dicit, quod habitus eſt corporis, & eorum, q circa corpus ſunt adiacentia. Secundo modo pōt cōparari ſubiectum ad aliqd extra in comparatione agētis ad patiens, uel patientis ad agens. Si comparetur ſubiectum ad aliquid extra, quod eſt aptum natū agere in ipſum, ſic talis modus eſſendi exprimitur hoc nomine paſſio. Vnde in ſex principijs dr̄, quod paſſio eſt effectus, illatioq; actionis. Si autem comparetur ſubiectum ad aliquid extra, quod eſt aptum natum pati ab eo, ſic dicitur actio ineſſe ſubiecto. Et talis modus eſſendi accidentis, exprimitur hoc nomine actio. Vñ in prædicto libro dr̄, quod actio eſt ſecundum quam in id, quod ſubijcitur agere mur: licet autem actio, & paſſio ſint unus faciunt tamen duo prædicamenta, quia motus prout eſt ab hoc, ſ. ab agente, eſt actio, prout eſt in hoc, ſ. in patiēte, ſic eſt paſſio. Tertiò poteſt comparari ſubiectum ad aliquid extra, ſicut menſuratum ad menſurā. Et hoc dupliciter, quia duplex eſt menſura extrinſeca. Vna fluens, ut tempus. ſi ergo accidens ſit in ſubiecto per applicationem eius ad tempus, ſic talis modus eſſendi exprimitur hoc noīe quando, qd̄ eſt alterum prædicamentum. Quādo enim nihil aliud eſt, quàm eſſe in tempore, uel eſſe temporale, quod eſt in re temporali per applicationem eius ad tempus. Vnde dicit auctor ſex principiorū, quod quādo eſt illud quod ex adiacentia temporis. relinquitur in re tēporali. Alia eſt menſura rei extrinſeca manens, ſcīlicēt, locus. Si ergo accidens ſit in ſubſtantia per applicationē eius ad locum hoc dupliciter. Vno modo abſolutè, & ſic talis modus eſſendi accidentis exprimitur hoc nomine ubi, vnde auctor ſex principiorū dicit qd̄ ubi eſt circumſcriptio corporis, a loci circumſcriptione procedens. Vel hoc erit in reuelatione ad partes locati, & ſic talis modus eſſendi accidentis exprimit hoc nomine poſitio. Vnde poſitio eſt quidam ſitus, & quædam ordinatio partium totius locati in loco. De iſtis autem ſex ultimis nominibus, & rebus ſignificatis per ipſa, determinatur in libro ſex prinpiorum, qui eſt ſupplementum libri prædicamentorum.

¶Ex iſtis poteſt breuiter recolligi differentia horū decem nominum ad ſex prima, quæ trāſcēdētia dicuntur: quia ſex prima exprimunt modum eſſendi, qui ſequitur generaliter omne ens. Iſta autem decem exprimunt modum eſſendi ſpecialium entium. Prima dicūtur ſex tranſcendentia, hæc dicuntur decem rerū principia ſiue decem rerum genera, quorū breuis eſt differentia. Quia nomine ſubſtantiæ exprimitur ens, cuius modus eſſendi eſt per ſe, & non in alio. Nomine accidentis exprimitur ens, cuius modus eſſendi eſt eſſe in alio, ſed differenter in diuerſis.

Quia quantitas ſignificat ens, cuius modus eſſendi eſt eſſe in alio ratione materię, quæ eſt in eo. Qualitas eſt ens, cuius modus eſſendi eſt eſſe in alio eodem mō ſed ratione formę. Relatio. uel ad aliquid dicit ens, cuius modus eſſendi eſt eſſe in alio ex aliquo in eo exiſtente in reſpectu ad alterum. Habitus eſt ens, cuius modus eſſendi eſt eſſe in alio ex aliquo extra ipſum, quod comparatur ad ipſum ſubiectum ſuum, ſicut habitū ad habens. Actio dicit ens, cuius modus eſſendi eſt eſſe in alio propter aliud, quod comparatur ad ipſum, ut agens ad patiens. Paſſio autem dicitur ens, cuius modus eſſendi eſt eſſe in alio propter aliud, quod eſt extra illud, quod comparat illud ſicut patiens ad agens. Quando verò dicit ens, cuius modus eſſendi eſt eſſe in alio propter aliud, quod eſt extra illud, qd̄ comparatur ad ipſum ſicut menſurata extrinſeca fluens; quam nos uocamus tempus. Vbi dicit ens, cuius modus eſſendi eſt eſſe ī alio propter aliquid, quod eſt extra ipſum, quod explicatur illi ſicut menſura extrinſeca manens abſolutè, quam nos uocamus locum. Poſitio autem dicit ens, cuius modus eſſendi eſt eſſe ī alio propter aliquid extrinſecum ſibi, quod applicatur illi ſicut menſura extrinſeca manens non abſolutè, quā nos uocamus locum non abſolutè, ſed in reſpectu ad partes locati, & per ordinem partium locati, quia poſitio non addit ſupra ubi, niſi ordinem partium locati ad locum. Hæc autem poſitio aliquando uocatur alio nomine, ſcilicet, ſitus. Patet ergo decem nominū prædicamentorum ſignificantia, differentia, & ſufficientia. Et ſic habemus ſecundum, quod fuerat declarandum.

Subſtantia primum prædicamentum. Natura, Eſſentia, Quidditas.

NVnc dicēdū eſt de nominibus primæ impoſitionis, & intentionis, quæ ſecundū propriā ſignificationē, & acceptionem primariam, dicuntur, & inueniuntur in genere ſubſtantię; ſed ex conſequenti, & ex quadā ſimilitudine, inueniunt in aliis omnibus generibus accidētiū. Et ſunt quatuor ſc3 ſubſtātia, natura eſſentia, & q̄ditas. Sicut em̄ āial eſt de ſubſtātijs, de natura, de eſſentia, & de quidditate hominis: ita color eſt de ſubſtātia, de natura, de eſſentia, & de quidditate albedinis; & ita inuenitur in aliis prædicamentis dici ſunt in prędicamento qualitatis. Dicendum eſt ergo de quolibet in ſpeciali primò & ſecundò ponetur differentia inter ipſa. Dicendum eſt autem primò de iſtis, quia ſunt magis communia, & magis communia præceduntin cognitione, ut dicitur primo phyſicorum.

¶Subſtantia aūt dr̄ dupliciter. Vno mō dr̄ ſubſtantia illud, quod ſignificat p̄ diffinitionē ſcd̄m, qd̄ dicimus qd̄ diffinitio ſignificat ſubſtantiam rei, quam quidem greci vſiam dicunt, quam nos eſſentiam dicimus. Et ſic cum in generibus accidentiū, res definiat̄, ut in genere ſubſtantiæ, tū ipſa accidentia non ita propriè deſiniunt̄, quia illa definiuntur per addimenta. Item ēt cū ſint æqualiter non tantæ realitatis, & nobilitatis, ſicut ea, quæ ſunt in genere ſubſtantiæ, oportet ponere, qd̄ nomen ſubſtantiæ conueniat, & illis de genere ſubſtātię, & illis de genere accidentium, tamen iſto modo accipiendo ſubſtantiam inuenitur, quod ſubſtantia quodam nobiliori modo dr̄ de eis, quæ definiuntur in genere ſubſtātię, & inuenitur etiā ſuo modo dici de his, quæ definiuntur in genere accidentium. Et hic, & ibi ſignificat illud, quod per definitionem importat̄. Alio modo accipitur ſubſtantia pro ſubſiſtētia, vel pro ſuppoſito ſubſiſtentiæ in genere ſubſtantiæ, & hæc vocatur prima ſubſtantia in libro prædicamentorū: ut Socrates, & hic lapis. Et hæc duplex acceptio ſubſtantię ponitur quinto metaphyſicæ cap. de ſubſtantia. Tertiū modum acceptionis ſubſtantię ponit philoſophus in libro prædicamentorū, pro illis, quæ ſubſiſtunt in primis ſubſtantiis, & de primis ſubſtantiis dicunt̄, ut hō, & animal. Et quia ſuppoſitum in genere ſubſtātiæ materiale, componitur ex materia, & forma: ideo etiam materiam ſubſtantiam dicimus, & formam ſimiliter. Sed quia materia, & forma cum ſint partes, non ſunt in genere propriè, ſed per reductionē, ideo etiam nec eſt uſquam propria gñe prędicatio. materia uel forma eſt

eſt ſubſtantia, ſed hæc materia, & forma ſunt de ſubſtantia compoſitæ rei. Et hæc etiam ſubſtantiæ acceptio ponitur quinto metaphyſicæ. Et iſto duplici modo dicitur ſubſtantia de his, quæ pertinent ad genus ſubſtantiæ præciſè, & non de aliquo genere accidentium.

Primo autem modo ſubſtantia dicta eſt communis ſubſtantiæ, & accidenti. De ſubſtantia autem plùs infrà dicetur.

¶Nomē autē naturæ ſecundū phyloſophum quinto metaphyſicę, primo impoſitum eſt ad ſignificandū generationem viuentium, quæ dicitur natiuitas. Et qa huiuſmodi generatio eſt a principio intrinſeco, extenſum eſt hoc nomen ad ſignificandum principium intrinſecum cuiuſcunque motus. Et ſic diffinitur ſecundo phyſicorum. Natura eſt principium motus, & quietis eius in quo, & cætera. Et quia huiuſmodi principiū eſt formale, vel materiale, ideo communiter tam materia, quàm forma dicitur natura, & quocunque iſtorū modorum accipiatur, ſolum conuenit propriè his quæ ſunt in genere ſubſtantiæ. Et quia per formam cōpletur eſſe vniuſcuiuſque rei, conuenienter vniuſcuiuſque rei eſſentia, quam ſignificat definitio, vocatur natura. Et ſic Boethius in libro de duabus naturis definit naturam, dicēs. Natura eſt vnū quodq; informās ſpecifica differentia, & quia genus, ſpecies, & differentia, & diffinitio dantur de his, quæ ſunt in genere ſubſtantiæ, & in generibus accidentium, ideo hoc modo natura dicitur de ſubſtantia, & de accidente.

¶Nomē aūt eſſentiæ importat aliquid in ordine ad eſſe, & ideo, quia eſſentia eſt illud, in qua, & per quam ens habet eſſe, iō ſubſtantia à natura rei, per quam res habet eſſe dicitur eſſentia. Et quia iam ſubſtantia, quā accidens habet eſſe, licet ſubſtantia nobilius habeat eſſe accidente, ideo eſſentia ēt dicitur de ſubſtantia per priùs, & de accidente per poſteriùs. ¶Nomen verò quidditatis ſumitur ab eſſentia. Quia enim illud, p quod conſtituitur res in proprio genere, vel ſpecie, eſt hoc, quod ſignificatur per differentias indicantes, qd̄ eſt res, inde eſt, q̄ nomen eſſentię a Philoſophis mutatū eſt in nomē quidditatis. Et inde eſt ēt, quod Philoſophus definitionem, & eſſentiam rei ſępè nominat, quod qd̄ erat eſſe rei, ut patet. 17. metaph. Et eſt etiam alia cauſa quia ad quæſtionem factam per quid eſt res, cōuenienter reſpondetur de eſſentia: vt, quid eſt homo reſpondetur, animal rationale. Sic autem accipiendo quidditatem, patet quòd conuenit ſubſtantiæ, & accidentibus eo modo, quo dictum eſt de eſſentia. ¶Patet ſecūdo ex iſtis quomodo ſe habent ad inuicem hęc quatuor nomina, ſubſtantia, natura, eſſentia, quidditas. Et quia inquantum ſunt communia ſubſtātiæ, & accidēti conueniunt in vno, ſcilicet, q̄ hęc quatuor nomina ſignificāt vnum realiter, ſcilicet illud, quod per definitionem importatur, differunt autem, quia alia, & alia ratione hoc ſignificant: quia ſubſtantia hoc ſignificat inquantum ex hoc tota natura rei integratur, & per oppoſitum, quicquid eſt extra naturam rei, accidens dicitur. Natura autem idem ſignificat in comparationes ad intellectum, quia natura rei non eſt intelligibilis niſi per definitionem, & ideo dicitur natura, inquātum capi poteſt ab intellectu. Eſſentia autem hoc idē ſignificat per comparationem ad eſſe. Quidditas verò inquantum per definitionem ſignificatur uel indicat̄, uel inquantum ad quæſtionem factam per quid cōuenienter reſpondetur per ipſam definitionem, inquantum autem iſta diuiſio accipiuntur in ſubſtantia, & accidente, aliter, & aliter ſumuntur, vt in ſequentibus patebit.

Subſtantia dicitur de materia, forma, & toto compoſito.

NVnc reſtat dicendū de ſingulis prædicamētis, & primò de ſubſtantia. Circa quam primò dicendum eſt de nominibus, quæ conueniunt rebus de genere ſubſtātiæ ſolū, uel ſi conueniunt generi ſubſtātiæ, & accidentium dicendum eſt de eis, q̄tum ad illud, quod habent proprium in ſubſtātia. Et circa hæc primò dicendum eſt de hoc nomine ſubſtantia quōties, & de quibus dicitur. Secundò, de aliis nominibus pertinentibus ad ea, quæ ſunt in genere ſubſtātiæ. Quātum autem ad primum primò dicēdum eſt de hoc nomine ſubſtantia. Secundò, de aliis nominibus unà cū ſubſtantia, quę aliquo modo ſunt idem realiter cum ſubſtantia, licet differant ratione, quę ſpecialem habēt difficultatem, ut patebit. Sciendum eſt autem ſecundum Boethium ſuper prædicamenta, ſubſtantia dicitur tripliciter, ſcilicet de materia, ut corpus humanum eſt ſubſtantia de forma, ut anima rationalis eſt ſubſtantia de compoſito, ut homo eſt ſubſtantia. Hic autem accipio compoſitum non ſolum pro compoſito ſubſiſtente, ubi eſt compoſitio materiæ, & formæ, ſed pro compoſito ſubſtantiæ, quod nō eſt cōpoſitū ex materia, & forma, ſed ex eſſe, & eſſentia, uel actu, & potentia, uel quid eſt, & quo eſt, qualis compoſitio eſt in angelis, qui ſunt in genere ſubſtantię. Quia verò materia, forma, & compoſitum multipliciter dicuntur, ad propoſitum eſt, quodlibet diſtingnendum. Et primò de materia, ſecundò de forma, tertiò de compoſito.

¶Quantum ad primum, ſciendum eſt, quòd materia eſt triplex. Eſt enim materia in qua, & ex qua, & circa quam.

Materia autem ex qua dicitur illa, quæ eſt primum principium intrinſecum & eſſentiale rei, ex qua res componitur & ſic definitur materia primo phyſicorum. Materia eſt, ex qua fit aliquid cum inſit, & hoc modo elementa ſunt materia oīum mixtorum, & materia prima eſt materia omnium elementorum. Materia autem prima dicitur materia conſiderata abſq; quacunq; forma ſubſtantiali. Hæc autem materia ex qua, eſt duplex, quia eſt quædam materia rerum naturalium, ex qua ſunt & conſiſtunt res naturales, vt elementa ſunt materia omnium mixtorum, & hæc materia vt eſt materia compoſiti, non eſt aliquod totum, ſed eſt pars, quamuis dicatur ſubſtantia: non tamē eſt ſubſtantia propriè, & in genere ſubſtantiæ directè ſed eſt pars ſubſtantiæ propriè loquēdo, & in genere ſubſtantiæ eſt per reductionem. Alia eſt materia rerum artificialium. ut ferrum eſt materia cultelli, ex qua fit, & lapides & ligna ſunt materia, ex qua fit domus, & talis materia rerum artificialium, eſt quoddam totum in ſe, licet ſit pars reſpectu totius artificiati, & ideo talis materia eſt ſubſtantia directè, & per ſe in genere ſubſtantiæ.

¶Alia etiam eſt materia in qua, & non ex qua, quia enim proprietas materię eſt eſſe potentiam receptiuā formæ, iccirco omne illud, quod eſt ſuſceptiuū uel receptiuum formæ cuiuſcunque, tam ſubſtantialis quā accidentalis, quantumcunque non ſit materia, ex qua aliud componatur, ſola forma uocatur, & dicitur materia. Et hoc modo omnis forma, tam ſubſtātialis, quā accidentalis, non habet materiam, ex qua fit: quia nulla forma eſt compoſita ex materia & forma, cum ſit ſimplex, ut patet in libro ſex principiorū, ſed in qua ſit ſicut anima habet materiā, in qua eſt, ſicut eſt corpus, & albedo, & quantitas totum compoſitum, & ſic non ſolum ſubſtantia dicitur eſſe materia reſpectu accidē-

tium.

ſium,imo vnum accidens reſpectu alterius,ut quantitas reſpectu qualitatis. Vtrum autem talis materia ſit ſubſtãtia,determinandum eſt ſecundum rõnem ſuſceptiui:quia ſi ſuſceptiuum ſit materia reſpectu formæ ſubſtantialis erit ſubſtantia ſicut pars. Si ſit compoſitũ reſpectu accidentis,erit ſubſtãtia ſimpliciter. Si ſit forma ſubſtantialis reſpectu ſuarum proprietatum, erit ſubſtantia ſicut pars. Si autem ſit accidens reſpectu accidentis,non erit ſubſtãtia, ſed dicitur materia in qua vel ſubiectum. Res eſt ergo materiæ differentia ſic accęptæ,& primò,quia omnis materia,quæ eſt,ex qua eſt & in qua ſcilicet,quia ea eſt forma,& non econuerſo, quia poteſt eſſe materia,in qua , quę non erit materia ex qua, ut patet ex prædictis. Alia autem dicitur materia quæ eſt circa quam,& eſt propriè materia, quæ eſt obiectum potentię,& obiectum uel ſubiectum ſciæ;ſicut verbi gra color eſt obiectum viſus,& dicitur materia,uel obiectũ viſus,quia in eum fertur , & terminat viſus,uel viſio. Non autem eſt materia ex qua , qa ex coloribus nec uiſus nec viſio componitur. Nec materia in qua,quia viſio non eſt ſubiectiuè in colore viſo, licet eſt in videntecolorem,ſed dicitur propriè materia circa q̃:qa circa eam habet negociari viſiua potentia,ſicut circa ꝓpriũ obiectũ ad qđ terminatur uiſio: Dr aũt materia qa habet ꝓprietatẽ materiæ, quæ eſt ſuſcipe uel pati,videri em pasſiuè cõuenit colori, ẽm modũ ſignificãdi ſaltẽ. Eodẽ ãt mõ,ẽ de ſubiecto ſcię, ꝙ etiam obiectũ vocat,quia obiectũ eſt illud,ꝙ primò obiicitur conſpectui potentiæ uel ſciẽtiæ. Et eſt obiectum vel ſubiectũ alicuius ſcientiæ circa ꝙ ſciẽtia negotiat, & de quo fiũt demonſtrationes in ſcientia,ut corpus mobile,uel ens mobile in ſcientia naturali dicitur obiectũ,ſubiectũ vel materia ſcientiæ naturalis' Nõ materia ex qua fit,quia cũ ſit forma ſimplex,non habet materiam partem ſui. Nec materia in qua, quia naturalis ſcientia non eſt in corpore mobili ſicut in ſubiecto,imo intellectu,ſed eſt materia circa quã ipſa ſcientia negociatur,& inquirit concluſiones & demõſtrat. Et ita põt dici materia circa quã,& obiectũ cuiuſlibet potentiæ,& ſubiectũ cuiuslibet ſcientiæ. Si autẽ quæreretur,an talis materia ſit ſubſtantia,reſpondendum eſt iuxta conditionem obiecti,uel ſubiecti, quia ſi obiectum potentiæ uel ſubiectum ſcientiæ ſit accidens,ſicut quantitas eſt obiectum ſenſus communis, & ſubiectum in mathe,non erit ſubſtantia,ſed accidẽs Si autem obiectum potentię uel ſubiectum ſcientię pertineat ad ſubſtantiam,erit ſubſtãtia,ſicut patet de corpore mobili,quod põt eſſe & obiectum potentiæ uiſuæ,& ſubiectum naturalis philoſophiæ. Quia uerò materia habet rationem ſubiecti,quot modis dr materia tot modis dr ſubiectum,ſic tamen,ꝙ reſpectu formæ, verum etiam reſpectu potentiæ non ſic propriè dr ſubiectum ſicut obiectum.

¶Quantum ad ſecundum de forma, ſciendum qđ formæ nomen dr multipliciter,ſic quod multis modis dr nõ q̃bus eſt ſubſtãtia,ſed accidẽs, & de hoc patebit infra,quando agetur de quarta ſpecie qualitatis, ſed forma,quæ dr ſubſtãtialis,ipſa eſt pars compoſiti, ut anima rõnalis,& talis eſt ſubſtãtia in genere ſubſtãtię,ſicut pars reductionẽ. Et hæc forma eſt in gradu quadruplici:quia quædam formę ſubſtantiales ſunt q̃ ſolum dant eſſe , ut forma omnium inanimatorum, ut forma lapidis , & huiuſmodi. Quędam ſunt quæ dant eſſe , uiuere, & ſentire,ut formæ animalium, & dicũtur animæ ſenſitiuæ. Quædam autem quę dant eſſe, uiuere,ſentire, & intelligere, ut animæ hominum quæ rationales dicuntur, &. quanto dant eſſe nobilius,tãto ſunt nobiliores,propter quod anima rationalis inter omnes obtinet ſummum gradum. Sic igitur habemus de ſubſtantia materia, & de ſubſtantia forma,quæ ſunt duæ partes & duo extrema reſpectu ſubſtantiæ compoſitæ, quoties & de quibus dicuntur.

¶Quantum autem ad tertium de ſubſtantia,quę eſt compoſitum,ſciendum,quòd ſubſtantia,quę eſt compoſitum,dicitur de omni eo,quod eſt directè in genere ſubſtantiæ Et ideo dicit Boethius ſuper prædicamẽta,quod de tali ſubſtantia agit ibi Philoſo. quia relictis extremis,de medio egit auctor. Non autem intelligo,quod ſubſtantia,quæ eſt genus,requirat compoſitionem formæ,& materiæ,ſed ſufficit,quod ſit ibi cõpoſitio alicuius per modum formæ,& alicuius ꝓ modũ materiæ. Hæc autẽ cõpoſitio eſt per actũ & potentiã,eſſe & eſſentiam: q̃ quia habet omne ſuppoſitum creatum ſubſiſtens,ideo eſt in genere ſubſtãtiæ. Sed qa Deus omni modo caret compoſitione, iõ nullius generis nec ſpeciei nec alterius limitibus continet. Hæc autem ſubſtantia,quæ eſt compoſitum, dr dupliciter, ut patet in l prædicamentorũ. Eſt em q̃dã,q̃ dr prima, & alia. ſcda. Prima ſubſtantia dicitur, quæcunq; uel quodcũq;,& quodlibet indiuiduũ ſubſiſtens in genere ſubſtantiæ,ut Petrus,Andreas,& nec de aliis. Secunda ſubſtantia dr ſpecies ſpecialiſſima, & omnia ſuperiora genera quæ de indiuiduis prædicantur,ut homo corpus,ſubſtantia, animal. Quamuis autem ſit propria acceptio primæ ſubſtantiæ ut contra ſecundam diuiditur iſta,quæ dicta eſt:tamen ut generaliter utimur nomine ſubſtãtię primæ multipliciter accipit ſecundũ Albertũ ſup prædicamenta. Dr em ſubſtantia prima,illa ſubſtantia,ante quam nihil eſt,quę non eſt in aliquo,nec eſt ab aliquo:ſed eſt oĩbus aliis rebus cã eſſendi,& ſic ſolus Deus dr ſubſtantia prima illud prima. Secundo dicitur ſubſtantia prima illud primũ prædicabile, ad quod reducunt oĩa,quæ ſunt in eo ordinatione prædicamenti ſubſtantiæ,tanquam ad primũ prædicabile illius generis:ſic ſubſtantia,quæ eſt prædicabile illius generis: ſic ſubſtantia quæ eſt genus generaliſſimũ, dr ſubſtantia prima,& iſto mõ primitatis ordo attẽditur, vt ſit ordinis inchoatio ab uniuerſalioribus & communioribus , & ſit deſcenſus ad particularia ſubſiſtentia,quæ iſto ordine dicentur ultimæ ſubſtantiæ. Omnia autem prædicabilia a particularibus vſq; ad genus generaliſſimũ,dicentur ſubſtantiæ medię ſecundũ ordinẽ iſtũ. Tertio modo dicitur ſubſtantia prima illud,quod primò ſubſiſtit accidentibus., & quod eſt cauſa omnibus aliis ſubſiſtendi, & ſubſtandi & talis ſubſtantia prima dicuntur particularia ſubſiſtẽtia generis ſubſtantiæ,ut Socrates, Petrus &c. Et iſto ordine eſt proceſſus ab infimo vſq; ad ſupremũ genus generaliſſimũ aſcendendo. Et q̃uis iſto ordine particulare poteſt dici prima ſubſtantia, & genus generaliſſimũ vltima, & prædicabilia media, ſpecies & genera, ſubalterna poſſent dici mediæ ſubſtantiæ:tñ oẽs iſto ordine vocantur ſecundæ ſubſtantiæ, & ſolũ particulare dr ſubſtantia prima. Subſtantia ergo prima, primo mõ dicta,nec eſt genus,neq; ſpecies,neq; particulare prædicamenti ſubſtãtiæ,neq; alicuius alterius, qa nullius generis limitibus concludit ſed eſt extra omne genus, & eſt Deus , qui eſt infinitus,& immenſus . Subſtantia autem prima ſcdo mõ dicta,eſt genus generaliſſimũ prędicamenti ſubſtãtiæ, diuiſibile in diuerſas ſpecies ꝓ differentias oppoſitas. Subſtantia aũt tertio mõ dicta, eſt particulare ſubſiſtẽs in genere ſubſtãtię indiuiduatũ, qđ ſupponit oĩbus ſuperioribus,& alia ꝓdicãtur de eo,& oĩa illa,q̃ ꝓdicant de eo vocant ſcdæ ſubſtãtiæ. Vt ſic diuidit Philoſo, hoc ultimo modo primã ſubſtantiam ꝓ ſcdm. Patet ergo,qđ eſt prima ſubſtantia,& ſecunda,& quot modis ſumitur. Quamuis aũt hic

hic fecerim mentionẽ de gñe, & ſpecie,& gñe generaliſſimo. & ſpecie ſpecialiſſima:nõ tñ declaraui iſtis noũbus quid ſignificetur,quia dicetur infra,cum igitur de ſecundis intentionibus ſuo loco.

De quatuor latinis nominibus,ſcz,eſſentia,ſubſtantia, ſubſiſtentia.Res naturæ,& grecis correſpondentibus, ſcilicet vſia,vſiosis,hypoſtaſis phyſis.

SEcũdò dicẽdũ eſt de ſubſtãtia cũ aliis noĩbus, quæ ſunt idẽ cũ ſubſtãtia realiter, licet differant rõne, quorũ,& ſi aliqua cõia ſunt ſubſtantiæ,accidenti, dicẽ dũ eſt tñ de eis,q̃tũ ad illud, in quo ꝓpriè ſubſtantiæ cõueniũt. Circa hoc aũt primò videndum eſt , quo hæc noĩa ab inuicẽ diſtinguunt in generali,& vñ vnũ , qđ q; ſumitur. Secundò, dicẽt de quolibet in ſpeciali. Tertiò in quo conueniunt,& in quo differunt,& qualiter, breuiter concludẽt. ¶Quantũ ad primũ, ſciendum, ꝙ hmõi noĩa,ſunt quatuor,ſ eſſentia ſubſtãtiæ,quæ duo conueniunt ſubſtantiæ,& accidenti, vt priùs dictũ eſt, & aliqua ſpeciali rõne conueniunt ſoli ſubſtãtiæ. Aliæ duo ſunt ſubſiſtentiæ,& res naturæ, quæ ſolũ conueniunt ſubſtantiæ. Hæc aũt quatuor noĩa , q̃ ſunt latina apud nos in græco habent alia quatuor noĩa ſibi correſpondẽtia. ſ. vſiam. vſioſim hypoſtaſim,phyſim. quorũ vſus hr ẽt apud nos, de quibus dicẽdũ erit Quantũ ergo ad illa quatuor latina,ſciendũ,quòd ſic diſtinguunt;& ſic ſumunt,qa eſſentia imponit ab actu eſſendi, ſubſtãtia,& res naturæ ab actu ſubſtãdi,ſubſiſtẽtia ab actu ſubſiſtẽdi. Et ẽm hoc iſta diſtinguunt,qa eſſentia ẽ, cuius actus eſt eſſe,ſubſtãtia,& res naturæ,cuius actus eſt ſubſtare,l3 differenter, vt dicet,qa ſubſtãdo naturæ cõi,& accidentibus,dr ſubſtantia. Sed res naturæ dr ab actu ſubſtandi naturæ cõi ſolũ. Subſiſtentia aũt eſt cuius actus eſt ſubſiſtere,eſſe aũt non determinat ſibi aliquem modum eſſendi ſpecialem,ſed eſt cõe oĩ enti,licet per priùs conueniat ſubſtantiæ,Subſtare, & ſubſiſtare dicunt modũ conuenientem ſoli ſubſtantiæ ẽm duo,quæ ſibi conueniunt,ſcilicet,quòd ſit ens in ſe cõpletũ,& quantũ ad hoc,cõuenit ſibi ſubſtare,& quod oĩbus aliis,q̃ ſunt in ea accidentibus ſubſternat,& quãũ ad hoc,conuenit ſibi ſubſiſtere ſiue ſubſtare. ¶Quantum ad ẽm,dicendũ primò de eſſentia,quę ſumitur,& & imponitur ab actu eſſendi. Sciendum, ꝙ eſſentia ſignificatur dupliciter:aliqñ,vt quod eſt:aliqñ, vt quo eſt. Cum enim ſpecies ſit tota eſſentia indiuidui, ipſa eſſentia ſignificat,vt quod & noĩe indiuidui, & noĩe ſpeciei, vñ dicimus Socratẽ eẽ q̃dã eſſentiã, & hoĩem eſſe eſſentiã Socratis. Aliqñ aũt eſſentia ſignificat , vt quo,vt cum dico,humanitas, eſt enim humanitas id, quo hõ eſt hõ. Et ſic eſſentia aliqñ ſignificat, vt quod per nomen concretũ,vt Socrates, vel homo. aliqñ vt quo,vt humanitas,& tũc ſignificat ꝓ abſtractum. Huic aũt noĩ latino reſpondet nomen græcũ,quòd dr vſia. Et quia in cõpoſitis ex materia,& forma, eſſentia rei non eſt ſolũ forma,vel materia ſola,ſed eſſentia importat vtrumq;:ideo in talibus dicta vſia ſignificat vtrumque,ſcilicet compoſitũ ex vtroq;,& ſic Boethius dicit in ꝑdicamentis,ꝙ vſia ſignificat compoſitum ex materia,& forma. In ſimplicibus aũt dr vſia eo modo,quo competit eis eſſentiam habere Sicut aũt eſſentia ſignificat vt quo,& vt quòd,ſic ſimiliter cum illud idem ſit apud græcos vſa , ꝙ apud latinos eſſentia aliqñ ſignificat,vt quod aliquando,vt quo. ¶Secundo dicendum eſt de ſubſiſtentia,quæ ab actu ſubſiſtendi ſumitur,& hæc ſignificatur aliquãdo,vt quo aliquando,vt quod ſubſiſtit,& cum hoc ſit ſubſtantia illa,in qua ꝑ priùs inuenitur forma ſubſiſtentiæ,hoc, aut ſit generaliſſimũ ſubſtantiæ,ipſa ſubſtantia ſit accepta. dr ſubſiſtentia,prout ſubſiſtit,& hoc per priùs conuenit generibus,& ꝑ poſteriùs indiuiduis,licet ipſa indiuidua ſint in quibus ſuperiora ſubſiſtunt. quamuis enim genera,& ſpecies. & oĩa ſuperiora non ſubſiſtunt niſi in diuiduis,quorũ eſt eſſe,tñ determinatio , & de nominatio eſſendi ſit ex natura,vel quidditate ſuperiori Aliqñ aũt ſubſiſtentia ſignificat,quo aliquid ſubſiſtit,& cum hoc ſit prima forma ſubſtantię,ſignificat ipſam formã per quam ſubſiſtens ſubſiſtit. Huic aũt latino noĩ nobis vſitato,reſpondet in græco hoc nomen vſioſis , quod in ſignificato habetur apud nos,& græcos in vſu per oĩa, ſicut ſubſiſtentia,q̃tũ ad quod,& ad quo. ¶Tertiò dicẽdũ eſt de ſubſtantia,cuius actus eſt ſubſtare. Vbi ſciendũ eſt,quod ſubſtantia à ſubſtando dr. Dupliciter aũt ſubſtat aliquid alteri. Vno modo ſicut ſubiectum accidenti. Alio modo,ſicut inferius naturæ cõi,ſicut Socrates hoĩ. Ab iſto igitur duplici actu ſubſtandi,qui ſubſtãtiæ conuenit, dr ſubſtantia:aliquando enim hæc ſubſtantia ſignificatur,vt quod ſubſtat,& ſic cum hæc ſit prima ſubſtantia primo,& per eam oĩa ſuperiora: ſic ſubſtãtia ſignificat primã ſubſtãtiã primò, & ex conſequenti ſubſtantias ſecundas. Aliqñ aũt hæc ſubſtantia ſignificat,vt quo ſubſtat aliquid , & ſic, cum materia ſit rõ ſubſtãdi,vt quo ſubſtantia ſit accepta,ſignificat materiã Huic aũt latino noĩ rñder apud græcos nomẽ hypoſtaſis,apud nos viſitatum,& dr aliqñ de eo, quo ſubſtat. Et quia primum principium ſubſtandi eſt materia,iõ dicit Boethius in prædicamentis,quòd hypoſtaſis eſt materia. Aliqñ ſumit pro eo,qđ ſubſtat,& ſic cum hæc ſit prima ſubſtantia , ſic hypoſtaſis primam ſubſtantiam ſignificat. Et ſic accipit hypoſtaſim . Boethius in libro de duabus naturis.

¶Quarto dicendũ eſt de hoc noĩe res naturæ. quòd dr a ſubſtando dr. Sciendũ aũt eſt,quòd quãuis ſubſtãtia dicat à ſubſtando accidẽtibus,& naturæ cõi , ſicut ab vtroq; actu ſubſtandi ſumitur nomen ſubſtantiæ:ita ab altero ſolo,inquantũ,ſcilicet, ſubſtat naturæ communi , ſumitur hoc nomen res naturæ. Vnde hoc nomen res naturæ,ſignificat ſubſtãtiã,prout ſubſtat alicui naturæ cõi,vt Socrates hoĩ,& naturæ,quæ per hominẽ importat,ſcilicet,humanitati. Huic aũt noĩ ſi gręco reſpondet hoc nomẽ dragma phyſeos . Verum eſt tñ,quòd ſic non eſt multum apud nos vſitatũ,ſed phyſis bene eſt vſitatum,quòd naturam ſignificat, Vñ, & conſiderantes naturam,phyſicos appellamus, vnde ẽt è materia naturalium in libro phyſicorum tradita dicitur liber phyſicorum. Nec tamen eſt inconueniens. quòd etiam res naturæ dicatur hypoſtaſis ab altera proprietate .

¶Nunc aũt concludo duas concluſiones, reſpectu conuenientiæ, & differentię nominum prędictorum. Prima,quòd cũ aliqua res ſignificatur,vt quòd ſignifi per modum totius,cum ſignificatur,vt quo,ſignificetur per modũ partis. Vñ tria nomina prædicta ſcilicet, eſſentia,ſubſiſtentia cum aliquando ſignificent,vt quo tunc ſignificant per modum patris:cum ſignificent aliqñ,vt quod tunc ſignificant per modum totius. Et idẽ dico de nominibus græcis correſpondentibus,ſcilicet vſia,quæ reſpondet eſſentię,vſioſis,quæ reſpondet ſubſiſtentiæ,hypoſtaſis,quæ reſpondet ſubſtantiæ,Vñ iſta tria nomina dicuntur aliquando ſignificare partem, vt per modum partis, vt vſia ſignificat eſſentiã,prout eſt forma totius,vſioſis,formã partis:hypoſtaſis,partẽ, q̃ eſt materia,& tunc ſp ſignificans,vt quo. Et ita vtitur eis Boethius in libro. Prædicamentorum in commento. Aliquando autem iſta ſignificant,vt quod,& totũ, & per modũ totius,vt homo ſignificat. Socratis eſſentiam per modum totius,& ſubſiſtentia, & ſubſtantia ſimiliter. Et idem dico de nominibus correſpondentibus in græco. ſ. vſia, vſioſis , & hypoſtaſis . Et ſic

habet cõis vsus loquẽdi, vel vtendi istis vocabulis, & tia accipit Boethius in lib. de duabus naturis. ¶ Secunda cõclusio est, ꝙ si ita accipiant significãdo, vt quod est, sic vnũ, & idẽ dr essentia, inquantũ h3 esse sine determinatione aliqua, subsistentia inquantũ h3 tale eẽ determinatũ, quod inse subsistit, & per se, & hoc cõuenit indiuiduis p illud, ꝙ primò cõuenit gũribus, & spẽbus. Et substantia, vt substat accidentibus, & naturæ cõmuni simul, & hoc per prius conuenit indiuiduis. quẽ suprioribus, & res naturæ, prout substat naturæ communi precisè, quod similiter conuenit inferioribus p prius, quàm superioribus.

Quomodo differant ab inuicẽ hæc nomina, creatio, generatio, gigni, concipi, nasci, natiuitas in vtero, ex vtero, filiatio, paternitas, & quid significent.

MOdo dicendũ est de nominibus rerũ, quæ sunt in genere substantiæ. Et primò sumendæ sunt distinctiones duæ rerum ad genus substantiæ pertinentium, scilicet de productione, & de rebus ipsis productis. Secundò, iuxta distinctiones rerum productarum descendetur ad nomina earum.

Ens, Creatio, Generatio, Corruptio, Processio.

QVantum ad primum, sciendũ, ꝙ entium creatorũ subsistentiũ, ad genus substantiæ pertinentiũ est triplex gradus. Quædam enim habent solũ esse, vt inanimata, & ista tenent infimum gradum, vt lapis, & huiusmodi. Quædam habent esse, & viuere, vt vegetabilia, sicut plantæ. Quædam super hoc habent sentire, vt animalia, nec in his, quo ad hoc, pono differentiam, quia nihil faceret ad propositũ. Quædam habent esse, & viuere, & intelligere, vt intelligibilia, sicut anima angelus, & etiam homo. Et ista tenent suprẽmum gradũ in entibus. Secunda distinctio est, quantum ad res productas, quia dupliciter considerari possunt. Vno modo, quantum ad sui primariam productionem, qua in mundi creatione per species suam omnia sunt creata, & talis productio vocatur creatio. Vñ Gen. primo: In principio creauit Deus cœlum, & terram. Dr aũt creatio productio rei, nullo præsuppositio ex parte rei productæ. Et quia tunc res sic sunt productæ, ꝙ nihil earum præexistebat, talis productio dr creatio. Alio mõ possunt considerari res creatæ, quantum ad suam quotidianam, & continuam productionem respectu rerũ generabilium, & corruptibilium, quæ de nouo infra species productas producuut, & talis rerũ productio iuxta diuersos gradus, tres p dictos, diuersa sortit nomina vt patebit. His suppositis, dicendum est de nominibus, quæ conueniunt rebus de gẽe substantiæ primò quantum ad primum gradum entium, secundò, quantũ ad ſm, tertiò, quantum ad tertiũ. ¶ Quantum ad primum gradum entium, eorum scilicet, quæ sunt inanimata, & habent esse solum, & non viuere: dicendum est, quod talium entium communis, & quotidiana productio vocatur generatio, quæ est productio rei, supposita materia ex qua. Et illa, quæ sic producũtur, sunt oĩa generabilia, & corruptibilia, & sic producta, dicuntur generata: eorum autem definitio, dr corruptio. Ex quo patet differentia inter generationẽ ſm, & creationem, quia generatio est productio rei ex materia ex qua, cuius tñ principium non est ars, sed natura propter differentiam productionis artificialium. Sed creatio est productio rei nullo præsuppositio ex parte producti saltem quantum ad materiam ex qua. Superiùs aũt est posita differentia inter materiam ex qua, & in aqua. ¶ Quia verò de generatione sermo est, vt pateat amplius, sciendũ est, quòd ad generationẽ quinq; necessaria cõcurrunt, sextũ aũt de quo dicet indifferenter se habet, qa gñatio potest esse cũ hoc, & sine hoc. Cũ enim secundum Aug. nihil generet seipsum, igitur ad hoc, quòd sit generatio, oportet esse aliquod generas, quod est producens, & hoc est primum, & aliquod generatum, quod est productum, & hoc est secundum. Et quia generans cõicat suam naturam generato, oportet, quòd in oĩ generatione semper præsupponatur aliquid non productum, de quo generatum dicitur generari, & hoc differt generatio à creatione, quòd creatio nihil præsupponit, & ideo generatio si nihil præsupponeret, non esset generatio, sed creatio, & hoc est tertium concurrens. Quia verò generatio est ab agente æquiuoco, sicut dicit Philosophus, quòd homo generat hominem, & sol, & generans sit communicare eandem naturam generato, quia agens æquiuocum non communicat eandem naturam specie, sed solum vniuocum sicut homo. Idcirco verius saluatur ratio generationis in vniuocis, sicut quando homo generat hominem, & si esset prosibile adhuc verius saluaretur ratio generationis, si generans, scilicet, Socrates communicaret eandem naturam non solum secundum speciem, sed etiam secundum numerum, & hoc est quantum, concurrens ad generationem. Quintum est, quod communicatio eiusdem naturæ fiat modo naturæ. Modus autem naturæ est, vt generatum sit ab vno generante effectiuè. Dico autem ab vno, quia impossibile est, quod duo, vt Petrus, & Gulielmus possit vnum filium numero generare. Dico autem effectiuè, quia in creaturis, & potissimum in generatione animalium perfectorum, concurrunt duo, masculus, & fœmella: masculus solum effectiuè, fœmina autem se habet solum passiuè, secundum philosophum sexto de animalibus. Si ergo esset possibile in creaturis, quòd talis productio esset a duobus effectiuè, non esset modo naturæ, sed nec vocaretur generatio. Sextum autẽ ad generationem in differenter se habens, est quòd generatio potest esse cum trãsmutatione, & sine transmutatione. Cum transmutatione est in creaturis, & est rõ, quia omne agens in generando introducit propriam formam, & compellit contrariam a materia, & hoc nõ potest esse sine transmutatione: tamen productio talis non habet, quòd sit generatio formalis, ex hoc, quod est talis tranſmutatio, alioquin corruptio esset generatio, & breuiter omnis motus, & mutatio. Si ergo sit aliqua productio, quæ hoc non exigat, erit sine trasmutatione, sicuti est in diuinis, & ideo generatio ex sui natura non importat motum, & trãsmutationem, sed potest esse cum ea, vt in creaturis, & sine ea, vt in diuinis. Vnde patet quid est de ratione generationis, & sic eius definitio, quia nou plùs importat, nisi quod generatio est productio, qua generans, vel producens communicat productio eandem naturam. Dico autem eandem, vel genere, vt in generantibus æquiuocis, vel genere, & specie, vt in vniuocis, & hoc in creaturis: vel eandem genere, vel specie, vel numero, & hoc solum in diuinis. Ex his patet, quòd hæc sex concurrunt ad generationem. Primum est generans, secundum generatum, quia nihil generat seipsum. Tertium aliud præsuppositum non productum, & ideo generatio non est creatio. Et quia hoc est in diuinis, quòd generatione filij præsupponitur esse, quæ non est generans, nec genita, sed communicata: ideo generatio filij non est creatio. Quartum est, quòd sit cõcatio eiusdem naturę, & vbi maior est identitas, ibi verior est rõ generationis, & ideo verior in vniuocis, & consequens, quia in diuinis eadem natura specie, & numero communicatur filio, est ibi proprijssima generatio. Vnde Ephe. 3. Ex quo omnis paternitas in cœlo, & in terra, &c. Quintum est, quòd sic modo naturę, est vt ab vno effectiuè vnum generetur. Et ideo productio filij, quæ

est

est ab vno solo ſc3 patre, vocat generatio in diuinis. Sed quia productio spirituſſancti est a duobus, ſc3 a patre filio, non vocatur generatio, sed processio. Sextum aũt, quod generatio sit cũ motu, & trasmutatione, vel non sit, indifferenter se se habens ad eam, ita, ꝙ in creaturis motum semper habet, & transmutationẽ, in diuinis autem excludit. Ex quibus omnibus concluditur, quid est generatio, & quod conueniat Deo, & creaturis, & quod diuersimodè, & vlteriùs, quod nobiliori modo, & magis propriè est in diuinis, quàm in creaturis, & quod productio filij a patre, dicitur generatio: productio aũt spirituſſancti non, sed processio.

Vita vegitatiua, sensitiua secundum locum, intellectiua, actiua contemplatiua.

NOmen vitæ ex hoc sumptum fuisse videtur, ꝙ aliquid a seipso potest moueri, & ideo ex hoc dicta sunt primò aliqua viuere, quia visa sunt a semetipsis moueri aliquo motu, sicut plantæ motu, augmenti, & animalia motu locali. Ea verò, quæ visa sunt non moueri nisi ab alijs mota, dicta sunt mortua, vel carentia vita, sicut lapides, & ligna, & inde transsumptiuè, & p quandam similitudinem, ea quorum principium motus in ipsis est, etiam dicuntur viuentia, quamuis nõ se ipsa moueant: sicut aqua scaturiens ex impetu sui motus a terra, dicitur viuere. Aquæ aũt immobiles, vt stagnales, & lacuales, dicuntur mortuæ. Ad hoc facit, ꝙ homines, & alia, quæ multum sunt mobilia, dicuntur bene viua: sicut aliquis, qui non põt stare in vno loco, dicit bene viuus: econuerso, qui est male mobilis, & tardi motus, dicitur totus mortuus, vel male viuus. Ex hoc autem vlteriùs nomen vitæ tractũ est ad alia, & attributum oĩbus operationibus, quas aliquis ex seipso exercet, non ab alio motus, etiam si illæ operationes propriè non sint motus, sicut ẽt nomen motus ad quãlibet operationem solet transferri, sicut trãssumptiuè, & largè, sentire, & intelligere dicuntur motus. Et secundum hoc, non solũ, quæ mouentur seipsis, vel per augmentum, vel localiter dicuntur viuere, sed ẽt oĩa, quæ a seipsis apperunt, sentiunt, & intelligunt. Hæ ẽm operationes vitæ dicuntur, quamuis ẽm in aliquo sint plures dictarum operationum, ex illa tamen dr vita in aliquo, quę est operatio principalis in illo, sicut animalium vita dr in sentiendo, quamuis nutriantur, quia sentire est principalius in animali, & hoĩm vita dr in intelligendo, quamuis ẽt sentiant. Hoc aũt accipiendũ est non solum ſm potentias, sed etiam habitus, & actus superadditos, propter quod nomen vitę vlteriùs est extensum in tantum, vt vita vniuscunq; hois dicatur in hoc consistere, in quo est summum eius studium, & intentio, & cui maiorem curam impendit, vt dicit Philosophus 9. Ethi. Et sic hois studiosi dr studium eius vita, & mercatori mercari vita eius. & sic de alijs. Ex quibus patet. Vnde sumptũ est nomen vitæ, & ad quæ extensum, & tractum est, & quibus conueniat, quibus transsumptiuè.

¶ Sciendum præterea, quòd vita diuitur in quatuor, ſc3, a limento vti, sentire, moueri secundũ locum, & intelligere. Et hæc quatuor quandoque summuntur p quibusdam operationibus, quæ sunt operationes animæ dantis vitam, vel vegetatiuæ, vel sensitiuæ, vel intellectiuæ, & sic viuere viuentibus non est esse, sed operari. Alio modo sumuntur ista pro ipso esse viuentium, in quibus sunt istæ operationes, & sic intelligitur verbum Philosophi 2. de aĩa, Viuere in viuentibus est esse. Vnde sic dr 9. Ethico, quòd esse est sentire, vel intelligere. i. habere naturam ad sentiendũ, vel intelligendũ. Et hoc modo distinguit Phũs 2. de anima viuere per illa quatuor. Nã in istis inferioribus sunt genera viuentiũ, quarũ quædã habent naturã solũ ad vtendũ alimẽto, & ad cõuenientia alimento, vt est augmentũ, & generatio, sicut in plantis, & in omnibus vegetabilibus. Quædã verò vltra hoc habent naturã ad sentiendũ, vt patet in animalibus immobilibus, quæ non mouentur motu progressiuo, vt ostreæ marinæ. Quædã verò cũ his vltra habent naturã ad motũ ſm locũ, & progressiuè, vt aĩalia perfecta, vt quadrupedia, & volatilia, & hmõi. Quædã verò habent naturã adhæc oĩa, & vlteriùs ad intelligendum, vt hoĩes. Et sic patet quomodo, hæc quatuor sunt sub diuisione vitæ, ſc3, alimento vti quod pertinet ad vegetabilia, & sentire, quod pertinet ad aĩalia imperfecta, & moueri ſm locum, quod pertinet ad aĩalia perfecta, & intelligere, quod pertinet ad hoĩes. Et istæ operationes non sunt motus propriè. sicut enim nomen motus ad aliquam operationem solet transferri, sic transsumptiuè, & largè sentire, & intelligere dr motus. Qñq; sumuntur pro quibusdam operationibus, & tunc sunt operationes triplices animæ, ſc3 vegetatiuæ, sensitiuæ, & intellectiuæ. Qñq; pro esse viuentium, quorum sunt operationes, & tũc pertinent ad quadruplex genus entium, ſc3 vegetabilium solum, quantum ad primum: habentium solum sensum cum vegetari, quantum ad aĩalia imperfecta habentium vegetari, sentire, & moueri ſm locum, quãtum ad aĩalia perfecta, & intelligere, quantũ ad hoĩes. Et sic patet, quomodo intelligitur illa distinctio.

¶ Ex præmissis sis p3 aliqualiter tertium, ſc3 quõ vita diuidatur in vitam actiuã, & contẽplatiuã. Si enim vita potest dici operatio, q̃ aliquis ex seipso exercet, & in hoĩe, quæ est principaliter in eo, & ẽt in alijs operationibus, illa semper, quæ principalior est, dr esse vita, & cui impenditur summum studiũ, intentio, & cura, non solum secundum potentias naturales, sed ẽt ſm habitus, & actus superadditos. Et cum talis operatio in hoĩe sit intelligere, restat, quod ſm hanc operationem dr hõ viuere, & vita eius distinguatur in actiuam, & contemplatiuam respectu operationis intellectiuæ. Vita eñ voluptuosa non est principalis in hoĩe. vñ nec humana, imò brutalis, bestialis, & pecudum 1. Ethi. a Philosophis appellatur. Sed secundum intellectum est solum humana vita, cuius diuisio respectu intellectus sic põt accipi. Habet enim intellectus duas operationes. Vna est, quæ est ipsius ſm se. Alia, quæ est ipsius ſm quod regit vires, & potentias animæ inferiores sibi obedientes, & secũdum hoc in hoĩe accipitur duplex vita. Vna, quæ consistit in operatione intellectus ſm se ipsum, & hæc dr vita contemplatiua. Alia, quæ consistit in operatione intellectus, & rationis, secundum quod ordinat, & regit, & imperat potentijs animæ inferioribus natis sibi obedire, & hæc dicitur vita actiua. Ex quo patet, quòd cum intellectus diuiditur in speculatiuum, & practicum non tanquam in diuersas potentias, sed sicut in distincta officia, per distinctos actus in distincta obiecta, & hominis vita dr cõsistere in eo, in quo maximè delectatur, & cui magis intendit. Quidẽ autem maximè intendunt contemplationi veritatis, quod pertinet ad intellectum speculatiuum. Vita enim contemplatiua consistit in contemplatione summi cõtemplabilis. Et quia aliqui maximè intendunt per rationem practicam passionibus moderandis, quod pertinet ad rationem practicam, iõ in his vita actiua consistit respectu optimi agibilis. Et ita patet quomodo diuiditur, penes quid attenditur vita actiua, & contemplatiua, & quod solum conuenit naturæ intellectuali.

¶ Insuper considerndum, quod vita contemplatiua consistit in actu potentiæ intellectiuæ. Hoc aũt intelligendum est non absolutæ, sed inquantũ talis actus

est dilectus,& electus per voluntatẽ affectantẽ,& præ eligentẽ talem actum. Cum autem operatio sit media inter operantem,& ipsum obiectum,ad quod tendit, ipsa operatio ex parte duplici potest considerari. talis operatio,inquantum terminatur ad tale obiectum. Et sic contemplationis desiderium procedit ex amore obiecti. Differt ergo contemplatio, quam posuerunt Philosophi,a contemplatione, quã ponunt theologi. quia philosophorũ vita contẽplatiua procedit ex desiderio,& amore contẽplãtiũ,contẽplatiua autem vita theologorũ procedit ex amore Dei contemplandi. vt sit ibi amor,vbi oculus. Mathæi. 6. vbi est thesaurus tuus,ibi,& cor tuum,&c. Iohan. 17. Hæc est vita æterna,&c. Illa etiam præexigit charitatẽ,& non illa philosophorũ. Gregorius super Ezech. Contẽplatiua vita est charitatem Dei,& proximi tota mente retinere, ab actione exteriori quiescere,ita,vt iã nil agere libeat, sed calcatis curis omnibus, ad videndam faciem sui creatoris animus inardescat.

Gigni, Nasci, Oriri.

QVamuis generatio sit entium illorum,quæ minus habent de nobilitate inter omnia entia, quæ continuè producuntur inesse, quia non habent nisi esse,& in habere esse, ipsa viuentia,quæ ad secundum gradũ entium pertinent, conueniunt cum eis, & vltra hoc habent viuere,in quo excedunt ea:ideo inanimorum productio non sic sibi nomen generationis appropriauit,quin etiam productioni animatorum conueniat, & ipsorum viuentium, quæ tenent secundum gradũ entium. Et quia iste secundus gradus entium excellit entia primi gradus in viuere, idcirco productio eorum præter nomen generale,quod sibi conuenit cum alijs vita carentibus, sibi specialia nomina appropriauit. Ad quod sciendum, nota, quòd in animatis, & viuentibus respectu suæ productionis tria considerantur.

¶Primum est, quod a primo generante aliquid descendit, scilicet semen, vel aliquid loco seminis, quod est sufficiens ad generationem, quantum ad principiũ actiuum,& passiuum. Hoc autem est in diuersis differenter. Nam in quibusdam sicut in plantis, a primo generante ministratur vtrunq;, eo, quòd plantæ non habent sexum distinctum. In aliquibus verò, quæ habẽt distinctum sexum, vt animalibus, a mare ministratur principium actiuum, a fœmina autem principium passiuum siue materia. Animalia autem) secundum Philosophum) sunt in coitu sicut vnum principium generans,& secundum hoc dicitur Genesis primo: Erunt duo in carne vna. Secundũ, quod est in productione viuentium, est, quod talium productio est per modum cuiusdam exitus a generante,& hæc cõditio sequitur ex prima, nec hęc conuenit productioni inaĩatorum, Tertium est, quod sequitur ex pręmissis duobus, scilicet, ꝙ generatum, vel productum exiens a generante, in principio generationis adhæret ei, & in eo est per contactum, vel colligationem, vt dicit Philosophus 5. Metaph. vt patet in fructibus, qui colligantur, & adhærent arbori,& in embryonibus, qui adhærent matrici secundum contactum.

¶Igitur secundum has tres conditiones, quas habet productio viuentium,& animatorum, hæc tria vocabula distinguuntur, sic quod respectu cuiuslibet proprietatis erit vnum. Secundũ enim, quod propria sufficientia suæ generationi ministratur a generante, dr̃ res gigni, vel genita esse. Secundum autem, quod producitur per modũ exitus, dicitur oriri, vel orta esse. Scd̃m aũt quod producitur, vt coniunctũ generanti, dicitur nasci, vel natũ esse. Vñ Philosophus 5 Metaph nata dicunt quasi ad nata. Sic enim generans,& generatũ, sũt quasi res vna. Et ita patet differentia inter creationẽ. quæ est productio eorum, quibus nihil præsupponit: & gñation ẽ, quæ est productio, cui præsupponit aliquid, q̃ est generaliter oĩm generabiliũ, & corruptibiliũ, & inter gigni,& nasci,& oriri, quæ solũ sunt viuẽtium, & animatorum, licet ex diuersa proprietate. Quia viuentia dicuntur gigni, inquantum a generatione descẽdũt: oriri, inquantum a generatione exeunt: nasci, inquantum coniuncta sunt generanti. Istorum autem definitio quamuis possit dici corruptio nomine generali, tñ propriè vocatur mors. Quod autem in rebus inanimatis dicitur corruptio, in viuentibus dicitur mors.

¶Est tñ sciendum, quòd nomen ptopriè dictum de vno, quandoq; Metaphoricè dr̃ de alio,& similitudinariè,& ita est de his tribus nominibus, nasci, gigni, oriri. Quia enim aqua fontis,& sol,& similia, de occulto in manifestum progrediuntur, per similitudinẽ oriri dicuntur. Quia etiam accidentia per modum cuiusdã exitus fluunt a principijs subiecti, & adhærent subiecto,& similiter partes adhærent toti: iõ similitudinariè nasci,& oriri dicuntur,& accidentia a subiecto,& partes a toto.

Vlteriùs est sciendũ, quòd genitũ exit a generante dupliciter, vno modo, secũdum quod procedit in esse distinctum, clausum tamen infra terminos generantis, & iste exitus vocatur propriè conceptio. Alio modo, secundum quod procedit in esse distinctum, & manifestum: iõ in eis nõ propriè dicitur conceptio, sed natiuitas. Et quia res nominatur secundum quod apparet, ideo iste modus exeundi facit natiuitatem secundum communem modum loquendi. Nihilominus tamen,& iste exitus primus põt dici natiuitas, secundum quod dicimus duplicem natiuitatem, vnam in vtero. Et quia in plantis simul procedit quid in esse, distinguitur in intellectu,& extra pronunciatur, dicitur similitudinariè nasci. Ex quo patet differentia cõceptionis ad nasci nam quamuis ea, quæ concipiatur, possint dici gigni,& generari. non tamen ortus,& natiuitas secundum communem modum loquendi eis conueniunt, nisi cum determinatione, scilicet in vtero. Sed propriè ortus, & natiuitas dicuntur de re exeunte a generante in esse distinctum, & manifestum.

¶Vlteriùs autem, quia in omnibus generatis ex putrefactione, virtus solis,& aliorum corporum supercœlestium supplent vicem virtutis formatiuæ, quę est in semine in generatione eorũ, quæ ex semine nascuntur: hæc autem virtus per omnia corpora inferiora est diffusa: ideo sicut animalia generata per coitum, se habent ad patrem,& matrem: ita generata ꝑ putrefactionem, se habent ad terram, vt ad matrẽ,& ad corpora cęlestia, vt ad patrem Propter quod dicit quidam Philosophus, terram esse matrem, solem verò esse patrem. Hic autem nomine solis, omne corpus cœleste talem virtutem habens actiuam, intelligo,& nomine terræ omne corpus elemetare, quod habet virtutem passiuam sicut in aqua multa generantur ex putrefactione, & in aere similiter, sicut patet in ranis, & ideo talia proprie gigni, oriri, & nasci dicuntur.

¶Vlteriùs autem sciendum, quòd talia, qiubus cõuenit nasci propriè,& similitudinariè, dupliciter producantur. Vno enim modo exeunt quædam in esse, accipiendo eandem naturam in specie a generante, ita, qd̃ generans genito communicat eandẽ naturã in specie, & talia sibi assumunt speciale nomen, quantũ ad pro

dũcẽs, quod vocatur pater,& quantũ ad productum, quod vocatur filius. Et quia in diuinis pater communicat filio eandem naturam non solum specie. sed ẽt numero: ideo in producto est filiatio, in producente paternitas, imo ab illa paternitate oĩs paternitas ĩ cœlo,& in terra nominatur,& dr̃. Sed quia inter viuentia nobiliorẽ gradũ tenent bruta post vegetabilia, & post bruta natura intellectualis, idẽ ſm cõem vsum loquendi, quamuis possimus vti largè loquendo tam in plantis, quàm in animalibus respectu producentis, & producti nomine paternitatis,& filiationis,& q̃nq; homines in talibus sic vtantur: tñ propria acceptio nominis, est in ꝓducẽtibus,& productis intra naturã intellectualẽ. iõ vnus hõ producens aliũ hoĩem ꝑ viam naturæ dr̃ pater: productus dr̃ filius, non tñ dr̃ propriè de plantis,& de brutis, quia quadam appropriatione tractum est ad producta intra naturam intellectualem. Ex quibus patet, quod quia in diuinis cõicatur eadem natura numero ip si genito per generans. ibi est proprijssima ratio paternitatis, & filiationis. In hominibus autem propriè post illam, in brutis autem tenet vltimum gradum largè acceptionis. Quia verò angelus a Deo producitur, non tamen Deus eandem naturam, specie sibi cõicat, ideo Deus non dr̃ pater angelorũ, nec angeli filij nisi solum largè, scilicet per adoptionẽ, vel gratiam. Alia autẽ producuntur in esse, quibus aliquo modo nasci conuenit, quibus non cõicatur similis natura ſm speciem a producente,& nulli tali conuenit paternis ratio respectu producentis, nec ratio filiationis respectu producti,& ideo sol oriens, flos, vel fructus in arbore,& etiam partes corporis, & totius corporis capilli,& accidentia, quamuis aliquo modo istis conueniat gigni, vel nasci, tamen nullo modo cõuenit eis ratio filiationis, nec illi, a quo exeunt, ratio paternitatis. Et idẽ est de generatis ex putrefactione, quia non propriæ habent rationem filiationis.

¶Propter hoc sciendum est, quod cum nasci, oriri, gigni,& concipi quoddam fieri importent, sicut alicui rei competit infra illorum naturam fieri, ita nasci,& sic de alijs, Nihil autem fit, nisi vt sit, & ideo etiam sicut alicui competit esse ita,& fieri, & ita per consequens concipi, nasci, gigni,& oriri. In re autem, quæ generatur, considerantur ista, scilicet suppositum subsistens, vt homo: forma subsistentis, vt anima hominis: natura subsistentis, vt humanitas hominis accidentia, vt albedo,& quantitas,& cætera, Partes etiam, quæ sunt duplicis generis, quia quædam sunt secundum quantitatem. Et sunt duplices. Vel eñ sunt in potentia solũ in toto, vt carnes in toto corpore, vel partes carnis in carne,& similiter in quocunque continuo. Aliæ sunt partes substantiales, in quas totũ diuiditur, sicut materia,& forma. Vel sunt in actu, vt in his, quæ per contactum coniunguntur in toto, vt flos, vel fructus in arbore, ergo sicut istis competit fieri,& esse, ita nasci, gigni,&c. Esse autem, propriè subsistentis est, & illud, quod fit, propriè est subsistẽs, Sicut enim actiones suppositorum sunt ex parte termini a quo, ita esse, & fieri propriè ex parte termini ad quem, suppositi, & subsistentis est. Et ideo propriè suppositum nasci, gigni, concipi, oriri dicitur. Forma autem,& materia nõ dicuntur fieri, nec esse, sed sunt id, quo subsistens habet esse, sed dicuntur fieri ex consequenti, & ideo conuenit eis gigni, nasci, oriri, vel fieri, non quia ista sint quòd nascitur, vel quod oritur, &c. sed quia per generationem accipiuntur,& ideo non propriè, sed quasi per accidens Accidens autem non dicuntur esse nisi per aliud, & ideo etiam nec eis ista conueniunt propriè, sed ex consequenti, & per accidens. Quantum autem ad partes quantitatis, quando adduntur toti præexistenti, possunt dici fieri, vel nasci. Quando autem generantur generatione totius, tunc dicitur totum fieri,& non pars nisi per accidens. Quantum verò ad partes essentiales, sicut forma, & materia, non dicuntur alia propriè fieri, nisi esset forma per se subsistens, sicut anima rationalis, quæ dicitur fieri per creationem præter factionem, qua fit suppositum, vel compositum per generationem: sed solum propriè dicitur fieri ipsum compositum subsistens, & per consequens non talibus partibus conuenit nasci, oriri, gigni, concipi, fieri, sed solum composito subsistenti.

¶Quoniam verbum nostrum mẽtale deficit in multis a verbo diuino, sed specialiter in hoc, quia illud verbum est subsistens,& habens rationem suppositi, non autem verbum nostrum, sed est inhærens: ideo propriè illud dr̃ concipi, gigni, oriri, nasci. Nostrum autem non ita propriè, licet posse dici concipi, nasci, oriri, gigni, quantum ad aliquas proprietates, sicut patet quod potest dici concipi, inquantum procedit in esse distinctum occulum,& sic de alijs. Et ita patet specialiter differentia huius, quod dico, conceptio, natiuitas ex vtero,& in vtero,& huius, quod dico filiatio, adinuicem, & ad priora vocabula, & sic per consequens patet, quid significant, quibus propriè, & similitudinariè conueniunt,& de quibus dici possunt. quomodo ad inuicem conueniunt,& differunt omnia ista, scilicet creatio, generatio, gigni. oriri, nasci, concipi in vtero,& ex vtero, paternitas,& filiatio.

Productio angeli, & animæ rationis, & eorum, quæ animę infunduntur a Deo.

DIcendum est nunc de nominibus pertinentibus ad res tertij gradus entium, scilicet, quæ habent esse, viuere,& intelligere. Et primo de nominibus productionis, secundo de nomine productorum, qd̃ dicitur persona. Quantum ad nomina productionis, sciendum est, quod ea, quæ habent esse viuere, & intelligere, sunt infra naturam intellectualem, & sunt solum tria, scilicet angelus, anima rationalis, & homo. Homo autem dicit cõpositum ex corpore, & anima, quia nec corpus pręcisè, nec anima pręcisè est homo. sed compositum ex vtroque. Quia igitur productio quotidiana hominis est ad modum aliorum entium, habentium esse,& viuere, quamuis vltra hoc habeat intelligere, eius productio sibi specie nomen non retinuit, sed eius productio nominatur nominibus aliorum,& dicitur generari,& gigni,&c. habet enim materiam ex qua generatur. Anima autem rationalis, & angelus, si producuntur, habent speciale nomen quantum ad sui productionem. Quia enim eodem modo anima,& angelus creantur,& producuntur a Deo nulla præsupposita materia, ex qua producantur, sicut a principio omnia entia ex nihilo sunt creata ideo nomen generale generalis productionis sibi retinent,& eorum productio vocatur creatio, non autem genitio, vel generatio, vel natiuitas. vnde, nec concipi, nec nasci, nec oriri propriè conuenit eorum productioni. Gratia autem in anima, & aliæ virtutes adeo infusæ, quia non possunt per se subsistere sicut angelus, vel anima. Item, quia habent materiam, in qua semper sunt, quamuis non habeant materiam, ex qua fiunt, aliquid sibi retinuerunt de nomine generalis productionis. Et quia in prædictis deficiunt a conditionibus illius productionis, ideo dicuntur concreari magis, quã creari. Vnde propriè gratia non fit, vel creatur, sed magis cocreatur,& nec istis conueniunt alia nomina productionis entium primi gradus, quamuis aliquando largè,& impropriè in eis talibus vtamur.

Persona quid significet, vnde habuerit originem, & quibus conueniat.

QVantum ad nomē ptinēs ad ꝓducta entia, q̄ hēnt esse, viuere, & intelligere, qđ est ꝓsona, q̄uis sint aliqua alia, tñ de illis ꝓtranseo, quia specialē difficultatē nō habent. Nomē aūt ꝓsonæ nō pertinet nisi ad suppositū intellectualis naturæ, & iō cū aīa rōnalis nō sit suppositū, sed pars suppositi, nō pōt cōuenire nomē ꝓsonæ ipsi aīæ, licet dixisse hoc videat. Magister sniarū 3. lib. dist. 22. & Hugo de S. Victore. Restat ergo, ꝙ in creaturis solū dicat cōueniēter de hoīe, & angelo. Sciēdū ergo est, ꝙ nomē ꝓsonæ significat substātiā nō absolutè, nec quācūq;, sed ꝓut subijcit ꝓprietati ad dignitatē ptinēti infra naturā intellectualē. Et ꝛm Boethium tractū est nomē ꝓsonæ, a ꝓsonādo, eo ꝙ in tragœdijs recitatores sibi ponebant laruā ad repntandū illū de quo gesta narrabant deōtādo, & inde ēt tractū est in vsum, vt quodlibet indiuiduum hoīs, de quo pōt talis narratio fieri, ꝓsona dicat, & ēt ex hoc nomē ꝓsonæ est tractū quasi gñaliter, vt significet suppositū genere substantiæ nō quodcunq;, sed intellectualis naturæ, q̄ est ceteris dignior. Et inde ēt excellentiæ, & dignitates quædam conuenientes hominibus, personatus dicuntur. Sic definit Boethius in lib. de duabus naturis personam. Persona est intellectualis naturę indiuidua substantia. Huic aūt nomini persona, quod est nomen rei, & primæ intentionis, & ad rōnalē naturā solū pertinēs infra genus substantiæ respondet in græco hoc nomē ꝓsopon, a pro quod est, in, & sopos quod est facies: quia huiusmodi laruas in quibus repræsentabant lardes talium, ante facies ponebant. Et sic patet, quod id quod dicunt, & significant hæc quatuor nomina in genere substantiæ in generali apud latinos, scilicet essentia, subsistentia, res naturæ substantia, & tria nomina in græcos eis correspondentia, scientia vsia, vsiosis, & hypostasis, hoc idem significat, & dicit hoc nomen ꝓsona in genere intellectualis naturæ, & ꝓsopon in græco respondens personæ in latino. ¶Notandum, quòd licet hoc nomen hypostasis apud græcos, ex propria significatione nominis habeat, quod significet quodcunque iudicium substantiæ: tamen ex vsu loquendi habet, ꝙ significet indiuiduum rationalis naturę ratione excellentiæ tuæ. Traditur autem a doctoribus, ꝙ sint tria de ratione personæ, scilicet subsistentia ratiocinari, & indiuiduum esse, quod nobiliori modo est in angelo, quam in homine, & in Deo, quàm in vtroque. Et ideo nomen personæ inuenitur in hominibus, in angelis, & in Deo. Et ista tria sunt vbique de rōne personę. sed tñ in illis tribus respectu cuiuslibet diuersa ratione, quòd non est hic necesse explicare in singulis.

Prædicamentum, secundum. Quantitas.

OMnis quantitas est continua, vel discreta. Dicitur autem quantitas continua, cuius partes accipiuntur successiuè sine aliqua discontinuatione, vt in tempore vnius diei, vel in vno ligno integro. Et hmōi continuum tripliciter à Philosopho definitur. Si enim consideretur quantum ad sui constitutionem, dicit continuum cuius partes copulantur ad vnum terminum cōmunem, & ita definitur in prædicamētis. Si aūt cōsideretur quantum ad suæ naturæ integritatem, sic definitur in quinto Metaphysices. Continuum est, cuius motus indiuisibilis est secundum se.

¶Si autē consideretur quantū ad sui resolutionē, sic definitur in tertio physicorum. Continuū est diuisibile in infinitum. Hęc autem quantitas continua (cū sit habens rationem mensuræ, vt dicitur decimo metaph. quod etiam verum est de omni quantitate) vel mensurat ab extrinseco, & hoc dupliciter. Vel prout res in motu, & sic est tps, quod est mensura fluens, & dicitur tempus, numerus motus secūdum priùs, & posteriùs. Vel mensurat rem, vt est in aliquo quiescens, & sic est locus, qui est mensura manens, & dicitur locus vltima superficies corporis ambientis. Si autem mensurat q̄titas continua rem ab intrinseco, sic est tripliciter. Vel ꝛm dimensionem vnam solam, scilicet secundum longitudinem, & sic est linea, quæ est longitudo sine latitudine, & profunditate, cuius extremitates sunt duo puncta. Vel secundum duas, scilicet, longitudinē, & latitudinem, & sic est superficies, quæ est habens duas dimēsiones, sc3 longitudinē, & latitudinem. Vel secundum tres, sc3 lōgitudinē latitudinē, & profunditatem, & sic est corpus, quod est habens tres dimensiones, scilicet, longitudinem, latitudinem, & profunditatem.

Corpus, Numerus, Vnitas, Discretio, Oratio, Mēsura.

COrpus tripliciter consideratur. Primò, prout dicit omne illud, quod substernitur trinæ dimensioni sine præcisione formæ, & hoc modo est genus subalternum in prædicamento substantiæ. Secundò modo pro natura, & re, quæ substernitur trinæ dimensioni cum præcisione vlterioris formæ, & sic est materia, vel pars compositi, & sic non prædicat de alijs speciebus generis substātiæ, quāuis sit i genere sicut pars. Tertio modo potest considerari, prout dicit trinam dimēsionem solū, & sic accipitur hic, & est tertia species quantitatis continuæ intrinsecè mensurantis. Discreta autem quantitas est, cuius pars successiuè acceptæ, habens discontinuitatem, & discretionem quandam, & sic definitur in prædicamētis. Discreta quātitas est, cuius partes non copulatur ad aliquem terminum communem. Hæc ergo discreta quantitas, vel est multorū discretorum permanentium, & sic numerus, vel multorum discretorum sibi inuicem succedentium, & sic est oratio. Vtraque tamen multipliciter dicitur.

¶Numerus dicitur, primo modo de re numerata, & sic quandoque de multis hominibus dici consueuit hic est magnus numerus. Secundò, pro numero numerante, scilicet, ipsa anima, quæ secundum philosophos dicebatur numerus seipsum mouens. Tertiò, pro numero, quo numeramus, & sic est quantitas. Et sic dicitur tripliciter. Qua potest cōsiderari primò, prout per considerationem abstrahatur à materia sensibili, & sic considerat ur à metaphysico. Vel prout applicatur materiæ sensibili, & sic considerat ur à naturali. Vel prout habet rationem subijcibilis, & prædicabilis, & sic considerat ur à logico. Et hic tria ꝓsiderāda sunt primò de vnitate, quæ est principium numeri, secundò de discretione, tertiò de numero.

¶Duplex est genus vnitatis, sicut, & duplex genus indiuisionis. quædam enim est indiuisio solum in actu. quædam est iudiuisio, vel vnitas, & in actu, & in potentia, quæ dicitur indiuisibilitas, quæ quidam indiuisibilitas veriùs habet rationem vnitatis, quàm indiuisio, cum plùs dicat de indiuisione. Istę autem vnitates contrario modo se habent in ponendo, & in remouendo. Nam ad positionem vnitatis indiuisibilitatis, sequitur positio vnitatis indiuisionis, quia quæcunque sunt vnum indiuisibiliter sunt vnum per diuisionem actualem, sed in negando siue remouendo est econuerso, quia remotio vnitas indiuisibilitatis, non remouet, non enim sequitur, non sunt indiuisibilia, ergo non sunt indiuisa. Econuerso autem est de vnitate indiuisionis, quia ad remotionem vnitatis indiuisibilitatis, sequit̄ remotio vnitatis indiuisionis, sequit̄ remotio vnitatis indiuisibilitatis.

Bene

Bene enim sequitur, nō sunt indiuisa actualiter, ergo, nec indiuisibilia. Sed positio vnitas indiuisionis, nō ponit vnitatem indiuisibilitatis Non enim sequitur, sunt indiuisa, ergo sunt indiuisibilia.

¶Discretio vr̄ nil aliud esse, nisi separatio quædam, vel sequestratio huius ab hoc. Et hoc potest esse dupliciter, negatiuè, & positiuè. Negatiuè ꝓ hoc, quòd hoc non est illud. Alio modo positiuè per hoc, ꝙ hoc distinguitur ab illo. Discretio verò negatiua per non identitatem positam, aut per distinctionem. Istæ aūt discretiones sic se habent ad numerū, quod discretio negatiua sequitur omnē numerum. Ratio istius est, quia partes cuiuscunq; numeri, siue sit diuisorum, siue diuisibilium, necessariò habent aliquā non identitatē, & per consequens discretionē negatiuā. Discretio aūt positiua solū est de ratione numeri diuisorum. Istæ autē discretiones sic se habent in ponendo, & remouendo ad se inuicem, quòd ad positionem discretionis positiuæ, sequitur positio discretionis negatiuæ. Sed ad remotionē discretionis positiuæ, non sequitur remotio discretionis negatiuæ. Econtrario aūt est de discretione negatiua, quia ad remotionem eius sequitur remotio discretionis positiuę, sicut ad remotionem nō idētitatis ab aliquibus, sequitur remotio discretionis. Ad positionem aūt discretionis negatiuę non sequitur positio discretionis positiuæ, sicut etiam nec ad positionem non identitatis, positio distinctionis.

¶Vnum, & multa opponuntur immediatè, quia ad remotionem cuiuslibet vnitatis (maximè si fit remotio in propria ratione, & ratione æquipollenti) sequit̄ positio alicuius pluralitatis, & alicuius multitudinis. Et iō sicut duplex ē gen⁹ vnitatis, sic ē duplex genus nūeri. Quidā enim numerus est, qui resultat, & ponitur ex remotione vnitatis, & diuisibilitatis. Et iste dr̄ numerus distinguibilū siue diuisibilium, & ponitur actualiter, si actualiter remoueatur vnitas indiuisibilitatis siue indistinguibilitatis. Alius quidē ponitur esse numerus, q̄ ponitur ex remotione vnitatis indiuisionis, & distinctionis, & ille vocatur numerus distinctorum siue diuisorum. Isti autem numeri ex opposito habent se ad vnitates in ponendo, & remouendo: quia numerus, q̄ ponitur ex remotione vnitatis indiuisibilitatis, dr̄ numerus indiuisibilium siue distinguibilium, qui non ponit numerum diuisorum siue distinctorum. Ratio, quia primus numerus ponitur ex remotione vnitatis indiuisibilitatis: secundus, ex remotione vnitatis indiuisionis, nec per consequens ad positionem numeri diuisibilium, sequitur positio numeri diuisorū siue distinctorum ad remotionē vnitatis indiuisibilitatis, nō sequit̄ remotio vnitatis indiuisionis. Ad remotionē aūt numeri diuisibilium, sequitur remotio numeri diuisorum: quia si non sunt diuisibilia, nec diuisa. Econuerso autē est de numero diuisorum, & diuisibiliū, & quæcūq; habent numerositatem diuisorū, & diuisibiliū, cum diuisio præsupponat diuisibilitatē ꝛm remotionē numeri diuisorum, non remouet numerum diuisorum. Ideo aliqua possunt habere numerum diuisibilium, dato, ꝙ non habeant numerū diuisorū siue distinctorum. Ratio illius est, quia numerus diuisorum ponitur ex remotione vnitatis indiuisionis. Remotio aūt vnitatis in diuisionis remouet vnitatem indiuisibilium. Et ꝓ consequens positio numeri diuisorum, ponit numerum diuisibilium. Sed quia vnitas indiuisionis non ponit vnitatem indiuisibilitatis, ita nec remotio numeri diuisorum ponit remotionē numeri diuisibiliū, cū se habent opposito modo ad vnitates sicut dictum est.

¶Oratio pōt tripliciter considerari. Vel ꝓut est in ꝓdicamento, & sic inquantū ē est in ipsa cōpositio ex materia, & forma, est in prædicamento substantiæ. Sed quantum illa materia est distensa quantitate, est in prædicamento quantitatis. Inquātum ēt ex tali distensione resultat talis figuratio, est in quarta specie qualitatis: sed inquātū mouet visum, est in tertia specie qualitatis. Secūdò pōt ꝓsiderari ꝓut est in mente, & sic nō pōt esse quātitas, sed est in prima specie qualitatis. Tertio mō pōt considerari, vt est in prolatione, & hoc tripliciter. Vel prout mouet auditum, & sic est in tertia specie qualitatis, sicut, & alia obiecta sensum. Vel ꝓut cōparatur ad tps mensurans huiusmodi prolationem siue extensionem motus, qui fit in huiusmodi prolatio & sic oratio est quātitas cōtinua Vel ꝓut vna pars succedit alteri discreta, & separata, & sic est quantitas discreta. Et hoc mō ponit̄ species quātitatis discretæ in ꝓdicamētis. ¶ Mensura, Tēpus, Aeuū, Aeternitas.

¶Duplex est modus mensurarum. Vnus mensurans rem quantū ad intrinsecam quantitatē, sicut vlna mēsurat pannū. Alius, mensurans rerū durationes quantū ad extrinsecam quantitatem, sicut tps mensurat durationes motus. Et quocunq; mō mēsnra sumatur, ꝙ dr̄ mensura rei id, quod certificat de quantitate rei siue sit quantitas manens, quantū ad primū modum: siue fluens quantum ad ꝛm, vel per modum fluentis, ꝙ dico propter æuum, & æternitatem. De omnibus primarum mensurarum, satis dictum est in explanatione specierum quantitatis continuæ, & discretæ. Sed de oībus mensurarum, quæ mensurant durationes, ꝓp specialem difficultatem, & eorum cōmvsum hic dicēdū est. Sunt autem illa, tempus continuum, tps discretum æuum. æternitas, nunc temporis discreti, nunc æui, nunc æternitatis, quorum significantia, & differentia patebit ex dicendis.

Intelligēdum est ergo, ꝙ omnes illæ mēsuræ in hoc conueniunt, ꝙ sunt mensuræ alicuius actus. Cū enim duratio sit actus oportet mensurā durationis esse mēsuram actus, in eo, ꝙ actus habet durare tm̄, vel tm̄. Differunt tñ, quia secundum quod inuenitur diuersa ratio durandi, ita in actibus inuenitur diuersa ratio mensuræ. Sunt ergo quidam actus, qui dicunt actus ꝓ mixti potentiæ, qui durant ꝓ acceptionē diuersarū partiū in eodē actu continuo successiuè, sicut patet in motu. In vno aūt actu diuersę partes continui nō possunt accipi, nisi sit cōtinuus. In omni autem actu continuo habente successionem, est priùs, & posterius, & ideo mensura talis actus (qui habet successionem, & continuitatē partiū in vno actu, & prioritatem, Posterioritatem ꝛm quam potest numerari) vocatur tempus cōtinuum, in qua successione est prioritas, & posterioritas numerabilis ab anima, sicut motus Et posterioritas numerabilis ab anima, sicut motus. Et ideo bene tempus definitur, ꝙ est numerus motus secundum priùs, & posteriùs. Et ita patet quid est tempus, & cuius est mensura quietis, sicut mensuræ habituū sunt mensuræ priuationum. Nunc autem temporis continui differt ab ipso tempore continuo sic, ꝙ omnino non est idē re cum eo, sed sicut se habet punctus ad lineam, ita se habet nunc ad tempus. Propriè aūt secūdum verio rem opinionem sicut motus mēsuratur tempore, quorum vtrumque est diuisibile: ita mutatum esse, mensuratur nunc temporis continui, quorum vtrumq; est in diuisibile, & ita tempus continuum, & ipsum nunc tēporis continui, sunt diuersæ mensuræ diuersorum ab eis mensuratorum.

Alius actus est, qui non habet successionem, & cōtinuitatē partiū in se, sed est in se indiuisibilis. est tñ huiusmodi conditionis, & alius actus consimilis in eodē pōt sibi succedere, ita ꝙ vnus succedit alteri, quamuis ambo simul esse nō possint. Et talis actus est intellectio angeli, quæ in se est indiuisibilis, & non habet ꝓtinui-

tatem, & ſucceſſionem partium ei uſdē actus, ſed alius actus intelligendi poteſt priori ſuccedere, quia poſtq̄ angelus intellexit vnam rem, poteſt ceſſare illa intellectio, & inchoari alia reſpectu alterius rei, Et ita licet non ſit ſucceſſus reſpectu partium eiuſdem actus, eſt tñ reſpectū diuerſorū actuū adinuicē ſucceſſio. Illa ergo ſucceſſio, q̄ ē diuerſorū actuū diſtinctorū ab iuicē, hēt mēſurā ſuā, & vocat tps diſcretū, quia diſcretos, & diſtinctos actus, ſed indiuiſibiles, menſurat. Hoc aūt tēpus dedit intelligere Ariſtoteles, qñ orationem in prædicamentis poſuit ſpeciem quantitatis. diſcretæ, aliam à ſpecie quātitatis continuæ, licet alibi non fecerit mētionē. Et ſic patet, q̄d eſt tps diſcretū. quilibet aūt talis actus ſimplex, & indiuiſibilis, & ſtiſcretus, hēt ſuā propriam menſurā, & vocat nūc tpis diſcreti: q̄a ſicut illa operatio eſt indiuiſibilis, & nūc talis tpis diſcreti. Differt aūt à tpe diſcreto dupliciter. primo modo ſicut pars à toto. ſecundo, quia nunc eſt menſura indiuiſibilis actus. Tempus autem eſt menſura ſucceſſionis actuum indiuiſibilium diſcretorum.

¶Eſt aūt alius actus indiuiſibilis, cui non cōuenit habere patres ſucceſſiuas eiuſdē actus numero, nec alius actus eſt natus ſibi ſuccedere, tñ nō eſt tantæ entitatis, & actualitatis, quin habeat tres imperfectiones. Prima eſt, quòd eſſentialiter continetur infra terminor alicuius generis, vel ſpeciei. Secunda eſt, quod quia non habet omnem perfectionem, nec ipſa eſt ſua perfectio, ſu pradditur aūt ſibi aliquid ad ſuam perfectionem pertinens, reſpectu cuius pōt eſſe aliqua ſucceſſio, inquantum alrquid cedit in præteritū, & aliquid ſpectat in futurū. Tertia eſt, quòd etſi nō habet duo nūc includētia durationem ipſius quorum vnum inchoet eā, & aliud terminet eā, habet de facto vnum inchoans, & de poſſibili poſſet habere vnum terminans de potentia diuina, & ita habet cum hoc, quod aliquid cedit in præteritum, & aliquid ſpectat in futurū, & talis actus eſt eſſe ſubſtantiale, vel actus eſſendi angelorum, quia talis actus eſt infra terminos generis, & ſpeciei ſubſtātiæ. Sic ergo talis actus non eſt ſua perfectio, ſed perfectionē ſuam habet ſupperaditam, ſcilicet ſuam intelligere, reſpectu cuius eſt alia ſucceſſio, inquātū vna ſuccedit alteri, & vna cedit in præteritū vna ſuccedit altera, q̄ erat futura. Item non habet duo nuc includentia ſuam durationem, quorum vnum terminet eam, & alterum inchoet, ſed habet bene vuum inchoans, quia nō fuit ab ęterno, & poſſe de diuina potentia habere aliq̄d terminās, q̄a poſſe Deus angelos annihilare. Et iſtius duratio menſuraf menſura, q̄ vocaf æuum, quia eſt æternus, & infinitus à patre poſt, inquantū non habet aliq̄d nūc terminans, ſed eſt perpetuus, licet ſit terminatus, & finitus à parte ante, & iō æuum eſt menſura media inter tps, quod habet duo nunc terminantia, & æternitatem, quæ nullum habet. Nunc aūt æui non differt realiter ab ipſo æuo, ſed ſolum ratione, vt dicit aliquorum opinio, quia nec pōt ſe habere ad æuum, ſicut indiuiſibile ad continuum, vt nunc temporis cōtinui ſe habet ad continuum tempus, nec ſicut pars ad totū, vt ſe habet nunc temporis diſcreti ad tempus diſcretum. Et iō idem re eſt nunc æui, & æuum, ſed ſolum ratione differunt, inquantum nunc æui imaginatur indiuiſibile, æuum autem cum quadam extenſione. Doctor tñ communis prima ſecundę diſtincti. 19. quæſtio. 2. articul. 2. dicit, quod quacunq; menſura menſuretur eſſe alicuius rei, illi reſpondet pro menſura nunc illius durationis. Vnde ſicut tempus eſt menſura motus, ita nunc temporis eſt menſura ipſius mobilis. Et cuius eſſe eſt menſura æuū, illius entis eſt menſura nūc illius æui. Et illud ens menſuratur nunc ęternitatis, cuius eſſe menſuratæ trinitas. Sicut autem ſe habet in menſuratis actus ad illud cuius eſt actus, ita ſe habet quælibet duratio, vel menſura ad ſuum nunc. Actus autem ille, qui menſuratur tempore, differt ab eo, cuius eſt actus ſecundum rem, quia mobile non eſt motus, & ſecundum rationē ſucceſſionis, quia mobile eſt de natura permanentium, motus de natura ſucceſſiuorum. Vnde etiam differt tempus dupliciter à ſuo nunc primò ſm rem, quia nunc non eſt tempus Secundò ſecundum ſucceſſionis rationem, quia tempus ſucceſſiuū eſt, non aūt nunc. Eſſe aūt æuiternitatis (quia eſt actus menſuratus æuo) differt ab eo, cuius eſt actus requidem, ſed non ſecundum ſucceſſionis rationē, quia vtrunq; caret ſucceſſione Et ita etiam differt nunc æui realiter ab æuo. Eſſe aūt, quod menſuratur æternitate, eſt idem re cum eo, cuius eſt actus. ſed differt ſolum ratione. Et ideo æternitas, & ſuum nūc ſimili modo differunt ſolum ratione, inquantum ſcilicet æternitas reſpicit diuinum eſſe, nunc æternitatis reſpicit quidditatem ipſius, quæ realiter abeſſe non differt.

¶Amplius eſt actus, & vltimus indiuiſibilis, quia nec ſuccedit alteri, nec alius eſt ſibi natus ſuccedere, nullam habens imperfectionem. ſed omnem perfectionem eſſentialiter, & non ſuperadditam, & ipſe eſt perfectio ſua, quę non continetur nec conluditur inter limites alicuius generis, vel ſpeciei, nec inter duo nūc concluditur duratio eius de facto, vel de poſſibili. Et talis actus eſſendi purus, eſt ſolius Dei, cuius menſura vocatur æternitas, quem Boethius ita definit in quinto de conſolatione, dicens, quod æternitas eſt interminabilis vitæ tota ſimul, & perfecta poſſeſſio. Quātum ad differentiam temporis, & temporalis, dicitur interminabilis vitæ. Quantum ad differentiam æui, & æuiterni, dicitur perfecta poſſeſſio tota ſimul. Nunc autem æternitatis non differt realiter ab æternitate, ſed ratione ſolum, vt dictum eſt. Ex quo patet, quod æternum nihil aliud eſt, quàm ens extra terminos, & æternitas, quàm extra terminos entitas. Sic ergo patet differentia quatuor menſurarum temporis continui, quod eſt menſura actus habentis ſucceſſionem in ſuis partibus continuis, & temporis diſcreti, quod eſt menſura actuum indiuiſibilium inuicem ſuccedentium, & æui. quod eſt menſura actus indiuiſibilis, cui accidit ſucceſſio actuum indiuiſibilium ſuperaditorum ſui perfectioni, & æternitatis, quæ eſt menſura actus indiuiſibilis, cui nulla aduenit perfectio, vel mutatio, vel limitatio, ſed ipſa ſua infinita eſt, & omnimoda perfectio. Patet etiam differentia nunc temporis continui ad tempus continuum, nunc temporis diſcreti ad tempus diſcretum, nunc æui ad æuum, nunc æternitatis ad æternitatem. A qualibet autem menſura denominatur mēſuratum: quia quod menſuratur tempore temporale dicitur, quod æuo, ęuale, vel æuiternum, quod æternitate, æternale, vel æternum.

Infinitum congruit quantitari (vt dicitur primo phyſicorum, & ſæpiùs vtimur nomine infiniti) ideo hic primò de multiplici eius acceptione dicendū eſt. Dicitur autem infinitum multipliciter. Primo modo ſecūdum durationem, & hoc dupliciter. Vel ab omni parte, tam à parte ante, quàm à parte poſt, & ſic Deus dicitur ſolus infinitus duratione. Vel ab altera tantū, & ſic mundus, vel angelus dicitur infinitus duratione in infinitum, non à parte ante: quia principium durationis habuit. ſed à parte poſt, quia ſemper durabit. Secundo modo aliquid dicitur infinitum extenſione extrinſecæ quantitatis continuę Et ſic poteſt attendi triplex infinitum, vel ſolum ſecundum longitudinem, vt ſi eſſet linea infinita, in infinitum extenſa, carens principio, & fine, & ſic eſſet ab oī parte infinita: Vel ſolo, prin-

principio uel ſolo fine: & ſic eſſet ſolum infinita ab illa parte, quæ careret termino. Vel ſecundum longitudinem, & latitudinem ſimul, ut ſi eſſet aliqua ſuperficies in infinitum ſecundum longitudinem, & latitudinem ſine termino extenſa, uel ſolum altera parte carens termino, diceretur infinita uel ſimpliciter, uel ſecundum illam partem, quæ caret termino. Vel ſm longitudinem, & latitudinem, & profunditatē, ut ſi eſſet aliquod corpus in omnem dimenſionem extenſum, ex omni parte carens termino diceretur infinitū, uel ſi ab una parte uel duabus ſolū diceretur ex illa uel ex illis partibus infinitum, qua uel quibus careret termino uel terminis. Tertio modo dr aliquid infinitū quātitate diſcreta, ut ſi eſſet numerus infinitus lapidū uel hominum, & huiuſmodi, ita quòd careret talis multitudo omni limitatione numeri, uel ex omni parte, uel ex altera, talis multitudo diceref infinita uel ſimplex. Similiter ſi ex omni parte careret termino, uel ſecundum illam partem, quam non haberet limitatā. Quarto modo dicitur infinitum ſecūdum quantitatem uirtutis. Et hoc dupliciter. Vel imperfectione, quia habet in ſe omnem perfectionem eſſentialiter, & ſic ſolus Deus ex omni perfectione eſſentiali eſt infinitus. Alio modo dicitur infinitum in uigore, ſicut ſi eſſet aliquis calor infinitè intenſus, diceretur talis calor eſſe potētia calefactiua in uigore infinita. Et iſti duo modi infiniti non differunt, niſi quòd primus modus dr reſpectu ſui, ſecundus reſpectu aliorum, reſpectu quorum ponitur uigor. Vnde prima infinitas eſt eſſentiæ, ſecūda potentiæ. Verum autem, infinitas uigoris, ſic in potentia diuina, non determino: quia maioris difficultatis eſt. Iſtorū ergo modorum infiniti primum dr ſm durationem, ſecundum dicitur, ſecundum magnitudinem, tertium ſecundum multitudinem. quartum ſecundum perfectionem, quintum ſecundum uigorem.

¶Eſt autem ſecundo intelligendum, quod cum infinitum habeat iſtam præpoſitionem in, quæ aliquādo iuncta facit priuationem, aliquando negationem: hoc nomen infinitum, poteſt ſumi in quolibet iſtorū modorum, uel priuatiuè, uel negatiuè. Priuatiuè quidem ſit illud, quo eſt aptū natum finiri uel limitari, & habere terminum. non finiretur, uel non limitaref, uel non terminaretur: ſicut ſi ſol eſſet extenſus ſm aliquā dimenſionem in infinitum, diceretur infinitus priuatiuè, & talis infinitas imperfectionem importat, q̄a nō habet, quod habere debet, & ideo nullo modo talis infinitas locum habet in diuinis. Alio modo dr infinitū negatiuè, non quia priuetur aptum natum habere terminos: ſed quia non habet finem. non eſt terminatum, non eſt limitatum. Et iſto modo (quia Deus non eſt limitatus, nec duratione nec ad genus, nec ad ſpeciem) poteſt in diuinis inueniri infinitum, nō priuatiue, ſed negatiuè. Infinitum autem duratione temporis poteſt eſſe in creaturis, ſed infinitum ſecundum multitudinē ſecundum magnitudinem, ſecundnm perfectionem, & ſecundum uigorem, nullo modo ſunt in creaturis licet ſit de aliquibus iſtorum difficilis quæſtio, utrum diuina uirtute eſſe poſsint, de qua me non intromitto ad præſens. Et hęc dicta ſufficiant quantum ad prædicamentum quantitatis.

Prædicamentum tertium, Qualitas.

MOdo agendum eſt de nominibus primę intentionis, pertinentibus ad genᵖ, qualitatis, & primò de noīe qualitatis, ſecundò de nominibus ſuarum quatuor ſpecierum, quas philoſophus in prædicamētis aſsignat. quantū ad nomē qualitatis ſciendū, q̄ qualitas eſt quidam modus eſſendi ſubſtantiæ. Modus autem ſm Auguſt. ſuper Gene. eſt quem menſura præfigit, & ideo qualitas quandam determinationem, & quendam modum ſubſtantiæ dicit ſecundum aliquam menſuram. Sicut autem illud, quo determinatur potentia materię ſecundum eſſe ſubſtātiale, dicitur qualitas ſubſtantialis. & hæc eſt differentia ſubſtantialis, & ſubſtantię, ita illud ſm, quod determinatur potentia ſubiecti ſecundum eſſe accidentale, dr qualitas accidentalis, quæ eſt quædam differētia accidentalis, ut dicitur quinto metaphyſicæ. Ex quo patet quid importatur noīe qualitatis. quia illud quod modificat ſubiectum, & potentiam ſubiecti, ac determinat ſecundum eſſe accidentale, dicitur qualitas ſubiecti. Et hoc concordat illi diffinitioni prędicamenti qualitatis. Qualitas eſt ſecundum quales eſſe dicimur. Et quia ex hoc, quod eſt in nobis tale, tales dicimur: ideo à qualitate in nobis exiſtēte, dicimur quales ut albedine albi, & ſic de alijs.

¶ Secundo uidendum eſt de nominibus quatuor ſpecierum qualitatis. Et primò in generali, uidendo earum differentiam ſimul, & ſignificantiam, & ſecundo de quolibet in ſpeciali. Quantum ad ſufficiētiam conuenientian, & differentiam ſimul ſignificantiam, ſciendū, quòd modus ſiue determinatio ſubiecti ſecūdum eſſe accidentale, quod qualitas dr eſſe, cōmune eſt ad omnes ſpecies qualitatis ſecundū quod diuiditur ſpeciæ ſecundum diuerſos modos eſſendi talis determinationis. Vnde talis determinatio poteſt cōſiderari tripliciter. Primò, in ordine ad ipſam naturā ſubiecti, & ſic ab hoc modo, & determinatione ſumitur prima ſpecies qualitatis, quæ dicitur habitus, & diſpoſitio. Quod ſatis patet ex dictis philoſophi, loquentis de habitibus animæ, & corporis, ſeptimo phyſicorū, ubi dicit, q̄ habitus ſūt diſpoſitiones perfecti ad optimum. Dico autem perfecti, quia diſpoſitum eſt ſm naturam. Et quia ipſa forma, & natura rei eſt finis, & cuius cauſa aliquid fit, ut dicitur, ſecundo phyſicorum, ideo in prima ſpecie conſideratur bonum, & malum, facile, & difficile mobile, ſecundum quod aliqua natura eſt finis generationis, & motus Ideo quinto metaphyſicæ, definitur habitus, q̄ eſt diſpoſitio ſecundū quam aliquid diſponitur bene uel male. Et in ſecundo Ethicorum dr, quòd habitus ſunt ſecundum quos ad paſsiones nos habemus bene uel male. Quando enim modus eſt conueniens naturæ rei, tunc habet rationē boni: quando autem non eſt conueniens, habet rationem mali, ut patet. Et quia natura conſiderat illud primum, quod eſt in re, ideo hic modᵖ uel determinatio, reſpectu naturæ (qui habitus dr, & diſpoſitio) ponitur prima ſpecies qualitatis. Secundo modo pōt conſiderari talis modus, & determinatio ſubiecti ſecundum eſſe accidentale, ſecundum actionem & paſsionē, quę conſequuntur principia naturæ, quæ ſūt forma, & materia. Et ſm hoc ſumitur ſecunda, & tertia ſpecies qualitatis, & differenter. Quia uel talis qualitas oritur immediate à principiis naturalibus ſubſtantialibus ipſius rei, & ſic eſt ſecunda ſpecies, quæ dr naturalis potèntia uel impotentia ad facile faciendi uel patiendi. Aut oritur nō immediatè ab illis, ſed immediatè à primis qualitatibus calidi, frigidi, & hūoi: & ſic eſt tertia ſpecies, quæ dr paſsio uel paſsibilis qualitas. In utraq; aūt conſideraf q̄d facile uel difficile fiat, uel q̄d ſit cito trāſiēs aut diuturnū. Et in his abſolutè nō cōſidera tur aliq̄d ptinēs ad rationem boni uel mali, q̄a motus uel paſsiones nō habēt rationē finis, bonū aūt, & malū dicūtur p reſpectū ad finē Tertio mō attenditur talis modus, & determinatio ſubiecti ſm quātitatem, & ſic ſumitur quarta ſpecies qualitatis, quę dicitur forma uel circa aliquid conſtans figura. Et quia quantitas ſecun-

secundū sui rationē est sine motu, sine ratione boni & mali: ideo ad quartam speciē qualitatis non pertinet, ꝙ aliquid bene, vel malè, citò, vel tardè transiens dicatur ſm meam. Simplicius autem super prædicamenta, aliter horū assignat differētia, & sufficientiā ꝙrē, pbat doctor sanctus, & datā ponit prima scdę. q. 19. art. 1.

Dispositio, Habitus.

FAcilè, & difficilè mobile non diuersificaban: habitū ab aliis speciebus qualitatis, sed bene diuersificant habitū, & dispositionem sicut differentiæ specificæ aliquo modo. Dispositio. n. accipit dupliciter. Vno mō ſm ꝙ est genus huius, qđ dr habitus. Et, ꝙ sit genus, patet quinto metaph. vbi ponitur dispositio in definitione habitus, sicut patet in definitione immediate posita paulò ante, & sic differunt, sicut superius, & inferi⁹, nec sūt una species numero generis alicui⁹. Alio mō accipit dispositio, ut aliqd cōdiuisū cōtra habitū. Hoc autem pōt intelligi dupliciter. Vno modo sicut perfectum, & imperfectum in eadem specie, ut albedo magis intensa, & minus intensa, & sic dr dispositio retinēs nomen commune, qñ imperfectè inest, ita quòd de facili amittitur. Dr autem habitus, quando perfectè inest, & non de facili amittit. Et sic dispositio fit habitus, sicut puer fit uir, & sunt eiusdem speciei, quia perfectum, & imperfectum non diuersificant speciem. Alio mō pōt intelligi dispositio cōtra habitum conditiua, sicut species eiusdem generis subalterni contra aliam, ut sic dicantur dispositiones illæ qualitates primæ speciei, quibus conueniūt secundum rationem propriæ speciei, ut de facili amittantur, quia habent causas transmutabiles, sicut ægritudo, & sanitas: habitus uerò dicantur illæ qualitates, quæ secundum suam rationem habent, ꝙ non de facili transmutentur, ga habent causas immobiles, sicut sunt scīæ, & uirtutes, quę habitus dicunt, & hoc mō dispositio fit habitus. Et sic dispositio, & habit⁹ non sunt simul una species, sed duæ, q̄ dicunt prima, & quarū quælibet diuisa contra aliā, est prima, in quas diuidit qualitas, sicut substantia diuidit in primas species, sc3 corporeā, & incorporeā. Et sic vr esse intentio. Arist. in p̄dicamentis, de acceptione habitus, & dispositionis. Et hoc patet per exēpla per eum posita in prima specie qualitatis. Nam si aliqua qualitas ex sui natura facilè mobilis ex aliquo accidente reddat difficilè mobilis, dicerē habitus. Et econtra est de qualitatibus, quæ secundum suam rationem sunt difficilè mobiles, quia tunc dicerentur dispositiones, ut si aliquis imperfectè habeat scientiam, vt de facili posset eam perdere, magis dicitur habere dispositionem & esse dispositus ad scientiam, quam habitum scientiæ uel esse habituitas in scientia. Ex quo patet, ꝙ nomen habitus diuturnitatem quandam importat, nō autē nomē dispositionis.

¶ Nec impeditur quin secundum hoc facilè uel difficile mobile, sunt diuersæ differentiæ specificę p hoc quòd illę pertinent ad passionem, & ad motum, & nō ad genus qualitatis. Nam illæ differentiæ, quamuis p accidens uideantur se habere ad qualitates: tamē utimur ut propriis, sicut in genere substantiæ, frequēter accipiuntur differentiæ accidētales loco substantialium, inquantum per eas designantur principia essētialia. ¶ Habitus autem multipliciter dicitur, quia habitus ab habendo sumptum est, a quo dupliciter deriuatur. Vno modo secundum quod homo uel quæcumq; alia res dicitur alia aliquid habere, & ab hoc habere nomen dr respectu cuiuscumq; rei, quæ habetur, & sic est commune ad diuersa prædicamenta. Et sic a philoso. ponitur inter post prædicamenta, quæ diuersa rerum genera cōsequūtur, sicut oppositio pri⁹, & posterius, & huiusmodi. Inter ea autem, quę habentur est talis differentia, quia quædam sunt, in quibus nihil cadit medium inter habens, & rem habitam, sicut inter substantiam, & quantitatem uel qualitatem nihil est medium. Quædam uerò sunt, in quibus est aliq̄ medium inter utraq;, sed hoc non est nisi relatio, sicut dr aliquis habere socium uel amicum. Quædam uerò sunt, quæ sunt habentia aliquod medium, quod sit actio vel passio, sed aliquid per modum, non quod sit passionis, prout scilicet unum est ornans, uel regens, & aliud ornatum uel tectū. Primis duobus modis non constituitur speciale prędicamentum, uel determinata species prędicamenti: sed in tertio constituitur prędicamentum speciale, & uocatur prædicamentum habitus, de quo dicit Philoso. quinto metaph. quod inter habentem indumentum, & indumentum cadit habitus medius. Secundo modo dicitur habitus ab habendo, secundum ꝙ aliqua res se habet aliquo modo in seipsa uel ad aliquid aliud. Et sic cum ille modus sit ſm aliquā qualitatem, ab hoc modo sumitur prima species qualitatis, quæ dr habitus. De quo dicit Philoso. quinto metaph. quod habitus dr dispositio secundum quando bene uel malè disponitur aliquid, aut secundum se, aut secundum aliud, ut sanitas quidam habitus est. Et ex hac proprietate ponimus habitus uirtutum, quantum ad appetitum sensitiuum: habitus scientiarum, quantum ad appetitum intellectiuum, iustitiam, & charitatem in uoluntate, gratiam in essentia animæ. Et ex hoc etiam, ꝙ lumen intellectus agentis, & lumen gloriæ disponunt intellectum ad intelligēdum, & similiter species intelligibilis acquisita uel infusa. ideo etiā lumen intellectus agentis, & lumen gloriæ, & species intelligibilis habitus uocantur. Ex hoc autem patet, quod habitus ut est postprædicamētum, differt ab habitu, qui est prędicamentum, & ab habitu, qui est prima species qualitatis, quia habitus ut est postprædicamentum, est nomen adiectiuum, & dr habitus tantum, sed aliis duobus mōdis dr substantiuum. Itē habitus, qui est prima species qualitatis, differt ab aliis duobus modis, quia habitus primo & secundo modo, non dr res habita uel ipsa res, quę habetur, sed solum dicitur habitus ipsa habitudo habentis ad aliud, quod habetur. Sed tertio modo dicitur habitus ipsa res habita, secundum quam habens bene vel male disponitur respectu sui uel alterius.

¶ Est aūt intelligendum, quod habitus ad duo ponitur, scilicet ad esse & ad operari. Prout ergo habitus dicit dispositionem ad operari, nullus habitus ponit̄ in corpore: quia omnis operatio corporis uel est determinata ad unum a naturali corporis qualitate, & sic non indiget habitu: uel determinata ab anima, & talis operatio est principaliter ipsius animæ, licet posset dici secundariò ipsius corporis. Et ideo dispositio ad talem operationem, est principaliter ipsius animę licet possit dici secundario ipsius corporis inquantū disponitur ad facilè a seruiendum ipsi operationi ipsius animæ. Quantum autē ad dispositionē quæ respicit esse, prout supponitur subiectum ipsi formæ, sic potest esse habitus in corpore. Et hoc modo ponimus sanitatem, pulchritudinem & huiusmodi esse habitus ut patet 7. physicorum. Non tamē habent ita perfectè rationem habituum, sicut habitus animæ.

¶ Dispositio multipliciter dicitur, eo quòd dispositio dicit semper ordinē alicuius habentis partes. Hoc autem contingit tripliciter, ut dicit quinto metaph. aut secundum locum, aut secundum potentiam, aut secundum speciem. Et ut dicit Simplicius in prædicamentis in commento, in hac diuisione Philoso. omnē dispositionem cōprehendit. Quia corporales dispo-

tiones

tiones comprehendit in eo, quod dicit, secundū locū, & hoc pertinet ad prædicamentum situs, qui est ordo partium in loco. In eo autem, quod dicit secūdum potentiam: includit illas dispositiones, quæ sunt in prepatione, & in idētitate nondum perfectæ, sicut scīētia & uirtus inchoata. Quod autem dicit, secundum speciem, includit perfectas dispositiones, quæ dicuntur esse habitus scientiæ, & uirtutes completæ. Et sic habemus de habitu, & dispositiōe cōiunctim & disiūcti.

VIRTVS.

NOmen virtutis uidetur, secundum suam primā impositionem quandam uiolentiam importare. Vnde in tertio cœli, & mundi dicitur, quod motus accidentalis, ideſt, uiolentus, est qui est à uirtute, i. à uiolentia, non cum auxilio naturę, sed quia nihil infert alteri uiolentiam, nisi per aliquam potentiam per quam prędominatur ut agat, & non patiatur, ideo ex hoc tractum est nomen uirtutis ad significandum potentiam perfectam agentis, qua potest operari: & sic tales potentiæ uirtutes uocantur. Et hoc modo potentiæ animę tam intellectiuæ, quam sensitiuę dicuntur virtutes animæ. Et sic uirtus est non in prima, sed in secunda specie qualitatis, & de tali uirtute dicitur primo cœli, & mundi, quod virtus est ultimum potētia. Et quia perfectio potentiæ mensuratur ex potentiore & maximo, quod potest: maximum autem quod pōt potētia, est bñ agere, ga male agere non pōt esse maximum, quia malum non contingit nisi ex defectu agentis: iccirco nomen uirtutis tractum est ultra, ut dicat illud uirtus, quod disponit aliquam potentiā ut possit in suum potius, scilicet, in actionem, quę sit bona & perfecta. Et quia hoc facit habitus uirtutis, iccirco habitus uirtuosi uirtutes dicuntur. & sic virtus est in prima specie qualitatis, & non in secunda. Et de tali dicitur secundo Ethicor. quòd uirtus est, quæ bonum facit habentē, & opus eius bonū reddit. Et septimo physicorum: Virtus est dispositio perfecti ad optimum. Hæc de nomine uirtutis, de qua secundum ultimum modum hic intendimus, dicta sufficiant.

¶ Virtutes dupliciter distinguuntur, Vno modo ex parte modi habendi, quia quædam habentur per infusionem, quędam per acquisitionem. Acquisitæ dicunt̄ quę habentur ex nostris actibus, procedentibus ab aliquibus principiis naturalibus in nobis præexistentibus, & tales sunt omnes illæ, de quibus determinat Arist. in Ethicis. Infusę dicuntur illæ, quæ à nobis non habentur ex actibus uoſtris, sed à Deo per infusionē, sicut sunt uirtutes theologicæ. qbus proportionabiliter respondent alii habitus nobis diuinit⁹ infusi: qa sic se habēt aliæ uirtutes nobis infusæ ad tres theologicas sicut se habent uirtutes morales intellectuales acqsitę ad principia naturalia uirtutū acqsitarū, & d̄ istis solū determinant theologi, quas nō nouere philoſ. Virtutes aūt acqsitæ, & infusæ differūt specie. Vñ iustitia à Deo infusa, & iustitia humanit⁹ acqsita, specie differūt qa aut rōne formali respiciūt suum obiectū illæ, & aliæ. Necessitatē aūt ponendi virtutes infusas pter acqsitas, q̄uis maioris pscrutationis sit, tñ hic breuiter pono: qa nō minus debēt esse pfecti actus, qbus ordinamur ad beatitudinē supnaturalē, q̄ illi quibus ordinamur ad beatitudinē naturalē, sed isti sūt pfecti habit⁹ & pcedūt à potentiis pfectis, ergo & alii habitus. Illi aūt nō pnt eē habit⁹ morales, uel intellectuales acqsiti, qa nec cognitio naturalis intellect⁹ nri, nec inclinatio naturalis uoluntatis noſtræ tendet in talē beatitudinē. Relinquit ergo, ꝙ illi habitus supnaturales sunt, & ipsi. Ex quo patet, ꝙ pręter habitus acquisitos oportet ponere alios infusos. Secundò distinguuntur uirtutes ex parte obiectorum, & hoc fit, quia obiectum alicuius uirtutis uel est aliquid, ꝙ rationis noſtræ excedit cognitionem, & sic habemus tres virtutes theologicas, s. fidem, & spem, & charitatem, q̄ habent Deum pro obiecto, prout noſtræ rationis excedit cognitionē. Vel ipsum obiectum, ꝙ humana ratione comprehendi potest, & sic habemus uirtutes morales, & intellectuales, quæ sic ab inuicem distinguuntur: quia uirtus perficit ad bene operandum. Principium autem actuum humanorum est duplex, s. intellectus seu ratio & appetitus. Hæc autem sunt duo mouentia in homine, ut dicitur. iij. de anima. Vnde omnis uirtus humana oportet, quod sit perfectiua alicuius illorum principiorum. Si quidem ergo sit perfectiua intellectiuę speculatiui uel practici ad bonum hominis actum, necessariò erit uirtus intellectualis. Si aūt sit perfectiua partis appetiuæ, erit uirtus moralis.

Virtutes theologicæ. Fides, Spes, Charitas.

VIrtutes theologicæ sunt illæ, q̄ habent Deum ꝑ obiecto. Dicuntur autem a theos, quod est Deus, & logos, quod est sermo, quasi sermo de Deo. Deū tamen diuersimode respiciunt. Cum enim Deus sit finis noſter supernaturalis, haberi, nō potest sine merito, nullum autem meritum est sine charitate, ergo ad ipsum merendum charitas requirit, sed dilectio charitatis non potest haberi sine præcedente cognitione. Deus autem nō potest cognosci ut est noſtra beatitudo supernaturalis, sine cognitione supnaturali, & iō ad hoc ordinatur fides, ga credim⁹ ex auctoritate Dei dicentis. Nullus autem diligeret finem tāquam suum, nisi speraret illum possibilē hr̄i a Deo, & ad hoc ordinatur spes. Sic ergo sunt tres uirtutes theologicæ, fides, spes, charitas, quæ habent Deū ꝑ obiecto, sed diuersimode. Quia fides ut est prima ueritas, excedens naturalē rationē, spes, ut est finis ultimus expectatus, & difficilis. i. supra humanam facultatē, sed charitas, ut est prima bonitas hominis completiua supnaturalis. Fides habet esse in intellectu, spes, & charitas in uoluntate. Cum autem infunduntur, & ut sunt uirtutes, simili sunt tempore, sed natura prior est fides spe, & charitate, sed pfectione prior est charitas aliis duab⁹.

¶ Fides multis modis dicitur. Quia aliquando dr habitus acqsitus ex auctoritate alicuius dicētis, & sic est habitus intellectualis, ut dicetur infra. Aliquando etiam nomine fidei importatur largè res credita ꝑ fidem, ut dicitur aliquando, Deus est fides mea, aliqñ actus fidei, ut cum dico, fides mea est, quòd Deus factus est homo. i. actus fidei meæ. Aliquando sumitur pro collectione articulorum fidei, & sic dr in symbolo Athanasii: hæc est fides catholica. Aliqñ aūt sumit pro fructu, & sic ponitur ab Apostolo ad Gal. 5. Propriè tamen fides prout uirtus est theologica, est habitus, quo disponitur intellectus ad credendum faciliter primæ ueritati, quantum ad ea, quæ supra humanam rationem sunt. Et sic definitur ab apostolo Heb. 11. Fides est sperandorum substantia rerum, argumētum non apparentium. ¶ Symbolum dicitur a simulei tate uel collectione, quando ex pluribus partibus fit vnum continuum. Vnde, & simbolizare dicuntur, q ex pluribus partibus aliqua ad unum, & in unum colligunt. Et hoc modo a collectione triplici dr symbolū. Primū, a collectione multorum hominum in vnam fidem. Secundò, a collectione prædicantium & declarātium fidem. Tertiò, a collectione articulorum, & diuersis locis scripturæ, in qua tota fides quantum ad credibilia principalia, continetur. Fuit aūt duplex utilitas condendi symbolum, scilicet certa, & facilior cognitio credendorum: & maior cautela contra fraudē hæreticorum, fidem corrumpentium. Cum enim ue-

ritas

ritas fidei in ſacra ſcriptura diffusè contineat in pluribus locis obſcurè, ita quod ad eliciendum clarè fidei veritatem ex ſacra ſcriptura, requiritur longũ ſtudiũ, cui non poſſunt intendere omnes illi, quibus neceſſarium eſt cognoſcere fidei ueritatem: neceſſariũ ergo fuit, ex ſententiis ſacræ ſcripturæ ſummatim eam colligere, ut ſic ea collecta ꝓponeret omnibus ad credẽdum. ne fides ſimplicium per hæreticos corrumpẽtes ſcripturas, corrũperetur. Et hoc quidem factum eſt i tribus ſymbolis. Primò in ſymbolo apoſtolorum, qđ proditum eſt tempore ueritatis, nondum tamen prolatæ, & ideo dr̃ ſubmiſſè. Secundò in ſymbolo Nyceno tempore veritatis propalatæ contra hæreticos, & ideo ſolemniter canitur in miſſa poſt euangelium. In quo quædam difficilia, quę continebantur in ſymbolo apoſtolorum. d. ffuſiùs elucidãtur. Tertiò uerò ſymbolum additum eſt tempore veritatis per hæreticos concuſsè, ſed tamen adhuc prævalentè, ſ. ſymbolum Athanaſii, propter quod dicit̃ in mane depulſis tenebris, quamuis ſit illud magis per modum cuiuſdã doctrinæ, quam per modum ſymboli. In his aũt tribus continet̃ eadem veritas, ſed in uno magis explicitè, q̃ in alio ſecundum quod neceſſarium fuit propter hæreſes diuerſas diuerſis temporibus inſurgẽtes. Alii ẽt inditium aut ſimilitudinem uel ſignum interpræantur. Hinc ſymbolicè. i. figuratiuè uel per ſignum. Articulus fidei eſt indiuiſibilis ueritas de Deo, artans nos ad credendum. Dr̃ aũt indiuiſibilis ueritas, non quia ſit de incomplexo, quia circa incomplexa propriè nõ eſt ueritas, ſed quia eſt de complexo non reſolubili in plures ueritates, habentes ſpeciales difficultates. Et dr̃ talis ueritas articulus, ad ſimilitudinem articuli in rebus corporalibus, in quibus articulus uocatur organum, quod non eſt diuiſibile in plura, quod aũt diuiſibile eſt in illa plura, non dr̃ articulus, ſicut manus quo diuiditur in digitos, non dr̃ articulus: ſed digitus qui ulterius nõ diuiditur in alia organa. Similiter ueritas fidei, quæ non diuiditur in plures ueritatis habẽtes ſpeciales difficultates, dicitur articulus. Dico aũt plures habentes difficultates, quia cum fides ſit de his, quæ ſunt ſupra rationem humanam, quę habent difficultates ſpeciales, articuli dicuntur. Et iõ ſi ex uno articulo aliqua ſequantur uel continentur, quæ eo credito facilè eſt credere, non faciunt nouũ articulũ. Sicut credito, quod Chriſtus fuerit mortuus, facilè eſt credere, quòd fuerit ſepultus, & ideo de morte & ſepultura Chriſti non ſunt diſtincti articuli. Quod autẽ additur, quòd eſt ueritas artans nos ad credendũ: nõ eſt intelligendum de arractione coactionis, cũ nullus credat niſi uolens, ſed de artatione ſuppoſitionis, qa ſi uolumus ſaluari, artamur ad credendum. Eſt tñ aduertendum, quod articulus poteſt dici uel eſſe illud ad quod credendum nos artat fides, ſed nõ ſola. Et articulus dici põt illud, ad qđ credendũ artat nos fides & ſola fides. Primo modo dicitur articulus, Deũ eſſe vnum creatorem omnium, & quædam talia, ad quæ per fidem artamur, quia his amotis, non eſſet fides. nihilominus hoc non tenetur ſola fide, ſed poſſũt ſciri vera demonſtratione. Secundo modo dicitur articulus ſolum illud, quod excedit rationem uiatorũ, ſicut Deum eſſe trinum in ꝑſonis, filium incarnatum, & huiuſmodi: & ſtrictè loquendo ac propriè, hi ſoli dicuntur articuli fidei. ¶ Articulus cum ſit veritas de Deo, aut eſt ueritas ꝑtinẽs ad maieſtatem diuinitatis, aut ad myſteriũ aſsũptæ humanitatis. Circa uerò maieſtatem diuinitatis tria nobis credenda proponũtur. Primum eſt vnitas diuinitatis, & ſic eſt primus articulus. Credo in unum Deũ. Secundum eſt trinitas in ꝑſonis, & de hoc ſunt tres articuli, unus pertinẽs ad patrem. Patrem omnipotentem. Secundus ad perſonam filii, Et in Ieſum Chriſtum filium eius. Alius ꝑtinens ad perſonam ſpiritus ſancti, Credo in ſpiritum ſanctũ. Tertium, quod nobis circa diuinitatẽ proponitur, ſũt opera diuinitatis, ad quæ pertinent tres articuli, unus ad opus naturæ Creatorem cœli, & terræ. Et alius ad opus gratiæ, Sanctam eccleſiam catholicam, ſanctorũ communionem, remiſsionem peccatorum. Alius pertinens ad conſummationem gloriæ: Carnis reſurrectionem, & uitam æternam amen. Et ſic ſunt ſeptem articuli circa myſterium diuinitatis. Circa myſterium humanitatis Chriſti proponuntur nobis ſeptem credenda, ſcilicet conceptio, natiuitas, paſsio, deſcenſus ad inferos, reſurrectio, aſcenſio in cœlũ, aduentus in iudiciũ. De his aũt ſeptem, ſunt ſeptẽ articuli. Quorũ primus eſt, qui conceptus eſt de ſpiritu ſancto. Secundus, natus ex Maria virgine. Tertius, paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus. Quartus, deſcẽdit ad inferos. Quintus, tertia die reſurrexit a mortuis. Sextus, aſcendit ad cœlos, ſedet ad dextram Dei patris omnipotentis. Septimus, inde uenturus eſt iudicare uiuos, & mortuos.

¶ Poſtremò diſtinguuntur articuli ſecundum diſtinctionem, & numerum apoſtolorum ipſos ordinantium, & ſic non ſunt niſi duodecim. Petrus quidẽ princeps apoſtolorũ poſuit tres articulos, ſ. de vnitate eſſentiæ, de omnipotentia ꝑris, de ope creationis, dicẽs: Credo in Deũ patrem omnipotentem creatorem cęli & terræ. Iohannes autem poſuit articulum de perſona filii Dei, dicẽs: Et in Ieſum Chriſtum filiũ eius unicum dominum noſtrum. Iacobus Zebedæi duos coniunxit in unum, & poſuit articulum de cõceptione, & natiuitate Dei, dicens. Qui conceptus eſt de ſpiritu ſãcto, natus ex Maria uirgine. Andreas poſuit articulũ de paſſione dicens: Paſſus ſub Põpio Pilato crucifixus mor. & ſepult⁹. Philipp⁹ poſuit de deſcẽſu ad iferos, dicens. Deſcendit ad inferos. Thomas poſuit de reſurrectione, dicens, Tertia die reſurrexit a mortuis. Bartholomæus de aſcenſione, dicẽs: Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei patris. Matthæus poſuit de aduentu ad iudicium. Inde uenturus eſt iudicare uiuos, & mortuos. Iacobus Alphei poſuit articulum de perſona ſpiritus ſancti. Credo in ſpiritum ſanctum. Opus grã diuiſerunt ſibi duo apoſtoli. nam Simon poſuit effectũ gratiæ & conſecutionem boni, dicens: Sanctam eccleſiam catholicam, communionem ſanctorum, ſupple credo. Iudas Iacobi quantũ ad remotionem mali dicens, Remiſſionem peccatorum. Matthias autem poſuit effectum gloriæ ſecundum quoſdam, ſecundum aliquos Thomas, iterum dicens: Carnis reſurrectionẽ & uitam æternam amen. Nec autẽ diſtinctio propriè non eſt articulorum, ſed magis contentorum in ſymbolo ſecundum ordinantes, & ideo prima eſt melior.

Ex dictis etiam patet, quod Bern. gloſſator non benè diſtinxit articulos ſuper cap. Firmiter credimus, extra de ſumma trinitate & fide catholica. Ipſe. n. ibi poſuit baptiſmum eſſe primum articulum humanitatis, quod verum non eſt. Nullum enim ſacramentum eccleſiæ eſt diſtinctus articulus. Sed omnia ſacramẽta & ea, quæ reſpiciũt fidẽ, quæ ſunt neceſſaria ad credẽdum, de ordinatione eccleſiæ, de poteſtate papæ, & iurisdictione aliorum prælatorum, oĩa continentur ſub illo articulo, Credo vnam ſanctã eccleſiam catholicã ſanctorum communionem. In pluribus etiam aliis ibi non clarè uidit, de quibus non curo ad præſens.

¶ Spes accipitur quinq; modis. Primò ꝑ paſſione appetitus ſenſitiui, & ſic conumerat̃ inter quatuor principales paſsiones, quæ ſunt, ſpes, timor gaudiũ, & triſtitia. Et iſto modo non eſt ſolum in hominibus, ſed etiam

etiam in animalibus, aliis, quæ habent appetitũ ſenſitiuum, quod patet, quia animalia inueniuntur operari propter bonum aliquod futurum æſtimatũ poſſibile, ſicut aues faciunt nidum ꝓp filiorum educationem, & unum animal aggreditur alterum ex ſpe victoriæ. Et nota, q̃ ſpes ſic accepta, in ſuo obiecto reqrit quatuor conditiones. Prima quidẽ, ut obiectum ſit bonũ, qa ſpes eſt de bono, timor de malo, & ideo per hoc differt à timore. Secunda eſt, q̃ ſit futurum, per quod differt à gaudio, q̃ eſt de prẽſenti bono habita. Tertia eſt quod ſit arduum & cum difficultate adipiſcibile, & ꝑ hoc differt à deſiderio & cupiditate. quæ ſunt de bono futuro abſolutè. Quarta, q̃ ſit arduum poſsibile adipiſci, & per hoc differt à deſperatione, & ſic prout paſsio in nullo reſpicit ſpẽ, quę eſt uirtus theologica¹, aliis autem quatuor modis reſpicit uirtutem theologicam. Et primò dr̃ aliquando ſpes de obiecto ſpei, quę eſt res ſperata, ut cum dicitur ad Titum tertio: Expectantes beatam ſpem, ideſt beatitudinem ſperatam. Secundò dicitur de actu ſpei, ut cum dicimus, quòd ſpes eſt expectatio futuræ beatitudinis. Tertiò accipitur ꝑ certitudine quadam, & ſic accipit̃ ad Rom. quinto capite. Tribulatio patientiam operatur, patientia ſpẽ, id eſt, certitudinẽ de tribulatione. Quarto modo dr̃ ſpes habitus, inclinans, & determinans uoluntatem ad expectandum vltimum finem ſupnaturalem. Primo modo ſpes eſt paſsio, & non habitus, & non eſt uirtus, ſecundo modo eſt obiectum uirtutis, tertio modo eſt actus uirtutis, quarto modo eſt circũſtantia actus uirtutis, quinto modo propriè eſt uirtus, & definitur à doctoribus ſic: Spes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, ex diuina gratia, & ex meritis humanis proueniens. Quam definitionem plus explicare non intẽdo niſi quòd hic definitur habitus per actum. Hæc autem uirtus habet prędictas quatuor conditiones in ſe, & ĩ ſuo obiecto, ſed in tertia addit plus, ſ. quod ſit ita arduum, quòd per humanam facultatem haberi non poſsit. Et ideo quãtum ad hoc, additur in definitione prædicta ex diuina gratia proueniens, prout tamẽ eſt paſsio, eſt arduum, tamen infra humanam facultatẽ.

¶ Charitas dicitur quinq; modis. Vno modo uocatur charitas ipſa res amata per charitatẽ, quæ eſt obiectum eius, & ſic Deus dr̃ charitas. Et ita accipitur. 1. Ioh 4 Deus charitas eſt. Secũdò dicitur charitas ipſe actus charitatis, & ſic ſumit̃ ibidẽ. Qui manet in charitate, in Deo manet. Tertiò dr̃ ꝺ effectu charitatis, ſicut Ioh. decimoquito: Maiorẽ hac charitatẽ nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Quartò charitas dr̃ perſona trinitatis, cui cõuenit appropriatẽ dare charitatem, & ſic ſpiritus ſanctus dr̃ charitas. Auguſt. 15. de trinitate. ca. 44. Quintò dicitur charitas habitus a Deo infuſus, inclinans uoluntatem ad Deũ diligendum faciliter, tanquam ſupernaturale bonum & ultimum finem ſuum. Primo modo, & quarto charitas non eſt uirtus, ſed eſt Deus dator omnis uirtutis, qui etiam eſt obiectum uirtutis charitatis. Secundo etiam modo eſt actus virtutis. Tertio modo effectus virtutis. Sed quinto modo dr̃ uirtus. De qua apoſtol⁹ ad Roma. 5. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum &c. Et definitur ſic ab Auguſtino ſuper pſalm. Charitas eſt fons proprius & ſingulorum bonorum alueus, habitus ſingularis beatorum, cui non communicat alienus. Alio modo charitas eſt unus fructus de quo agetur inferiùs.

¶ Ad uidendum, quomodo ſe habet charitas ad alia nomina, quę important aliquid pertinens ad amorem, & ipſa ad inuicem, intelligendum eſt, quòd potẽtiæ animæ diſtinguũtur in intellectiuas, & ſenſitiuas. Intellectiua autem pars diſtinguitur in cognitiuã, & appetitiuam, intellectum ſ. & uoluntatem. Et ſenſitiua ſimiliter in cognitiuam, quæ apprehendit, & appetitiuam, quę uocatur appetitus ſenſitiuus. Pars aũt intellectiua continet quicquid habet nobilitatis ſenſitiua, ſed non econtra. Et ideo ea, quæ dicuntur de parte ſenſitiua, transferuntur ad partem intellectiuam, & dicuntur, & nõ econtra propriè. Et hoc patet de cognitiua, quantum ad ſenſum. Videre enim propriè conuenit potentiæ uiſiuæ, & nihilominus tranſit ad actum intellectus, vnde clarè intelligere dicim⁹ clarè uidere. Sed cum intelligere ſit proprium cognitiuæ partis in intellectu, nunquam intelligere conuenit alicui parti cognitiuæ in ſenſu. Similiter eſt dr̃ parte appentiua, qa enim pars ſenſitiua ſequens appræhenſionem, uocat̃ appetitus: iccirco nomen appetitus tranſit ad partem intellectiuam, quæ ſequitur apprẽhenſionẽ, quæ uocatur uoluntas propriè, & dr̃ ſimiliter appetitus, ſed nõ econuerſo. Non enim appetitus ſenſitiuus uocatur ꝓpriè uoluntas, ſed ſolum intellectiuus. Nobiliora. n. entia cũ ignobilibus rebus in nominibus communicant, & nihilominus ſingulares nobilitates habent, & ſingularia nomina ſibi appropriant. Et quod dictum eſt in iſtis nominibus, intelligendum eſt etiam in aliis nominibus, quòd ea, quæ pertinent ad partem inferiorem ſenſitiuam, extenduntur ad partem ſuperiorem intellectiuam, & non econtra propriè ratione ſuæ nobilitatis. Quod etiam dixi intelligendum eſt propriè: quia ea, quæ ſunt partis ſuperioris, larga acceptione dicimus in parte ſenſitiua. unde largè loquendo, appetitum ſenſitiuum vocamus uoluntatem, & ſic in aliis omnibus ſuppoſitis oſtendendum eſt propoſitum.

¶ Amor ergo propriè quietationẽ appetitus importat, ſed quia nomen appetitus eſt commune parti ſenſitiuæ, & parti intellectiuę, ideo etiam amor conuenit quietatione appetitus ſenſitiui & intellectiui, ſed differenter. Prout enim cõuenit appetitiui ſenſitiuo, amor eſt paſsio, & ſic amor conuenit hõmini & brutis, & ſic propriè ſibi nomen amoris uindicat. Appetitus autem intellectiu⁹, q̃ eſt uoluntas, propriè eſt electiu⁹, & nõ paſsionatur directè, & ideo ſm q̃ quietatur electiuè talis amor vocatur dilecti dilectio, quaſi dilecti electio, & ſic ſol⁹ amor (q̃ eſt dilectio) eſt in intellectuali natura, & non in brutis animalibus. vnde habent amorẽ ad alterutrum, non autẽ dilectionem. In hominibus autem eſt amor uterq;, quia etiam eſt in eis amor, prout importat paſsionem. Vnde etiam dicimus multos paſsionatos in amore, qui non ſequuntur diſcretionem rationis: & in eis eſt amor dilectionis, qui eſt in appetitu intellectiuo, cum utrumq; appetitum habeant. Et ſic patet, quòd omnis dilectio amor eſt, ſed non oĩs amor dilectio. quia nomen inferioris potentiæ transfertur ad ſuperiorem, & non econtra. Omnia autem nomina quæ ad amorem pertinent, ſic ſe habẽt, q̃ oĩa uel includunt amorem, uel addunt aliquid ſupra ipſũ. Et ſunt quatuor. Vel amor ea includit, & addit aliquid ſupra ipſa, & ſimiliter ſunt quatuor. Nomina ergo quę amor includit aliquid ſupra ipſa, ſunt hæc, ſ. concupiſcentia, beneuolentia, beneficentia, concordia. Et accipiuntur ſecundum quatuor proprietates amoris & amantium. Quarum prima eſt, quia habet vnire. & ideo uellet ſibi amicum præſententẽ eſſe. & ſic amor includit concupiſcentiam, inquãtum deſiderat ſemper amici præſentiam. Secunda proprietas eſt amicorum ſibi mutuò bona velle, & ſic amor includit beneuolentiam, quæ hoc importat. Tertia eſt, quòd bona ſibi mutuò cõunicant, & ſic amor includit beneficentiam. Quarta eſt, quòd in agibilibus, quæ bona uidentur, ſibi mutuo conſentiunt, & ſic includit cõcordiam, quæ hoc importat, nõ quidem in ſpeculatiuis

uis, & scibilibus, quia concordia in his secundum Philosophum 9. Ethicorum ad amicitiam non pertinet, imo in eis discordia potest esse sine præiudicio amicitiæ, eo quòd in his concordare, & discordare voluntati non subiacet, cum intellectus ratione cogatur & sic potest cogi in uno, quamuis non in altero. Amor ergo includit illa quatuor, & nihilominus addit super ea quietationem appetitus. Alia autem nomina a quibus amor includitur, & addunt aliquid supra amorem, sunt quatuor, scilicet dilectio, amicitia, charitas, amatio. Quantum ad dilectionem, sciendum, quòd ipsa est, quæ sumitur a proprietate, quam debitus amor, & proprius debet habere, scilicet, quod procedat ab electione, & non a passione. Et ideo dilectio est, quæ supra amorem addit electionem, & est in uoluntate per consequens. Vnde omnis dilectio est amor, sed amor omnis non est dilectio. Alia est amicitia, quæ habet duas proprietates amoris, quas addit super amorem, & dilectionem, scilicet quod inter amicos sit mutua dilectio, & reamatio. Vnde si alterutrum non diligerent, sed unus diligeret alium, & non econuerso, posset dici, & amor & dilectio, sed non amicitia. Secunda est, quod in electione boni recta intentione procedat. alias non haberet rationem amicitiæ, quamuis posset dici amor uel dilectio. Et ita patet, quòd omnis amicitia est amor, & dilectio, sed non omnis amor & dilectio amicitia est, quia amicitia duo ultra requirit, quæ addit super illa. Tertium nomen est charitas, quod ultra ista omnia includit unam proprietatem supernaturalem, scilicet face re gratum Deo, ut sibi uelit uitam æternã dare. Et ideo charitas facit, quod actus suus, & omnium aliarũ uirtutum, est meritorius. & quia hoc non potest esse naturaliter, oportet quòd charitas sit per infusionem a Deo, & nõ per nostram acquisitionem. Et sic patet, q̃ charitas omnia alia includit, & amorem, & dilectionẽ & amicitiam, sed non econuerso Et ideo charitas tenet supremum gradum inter omnia nomina ad amorem penitentia, & habet quicquid habent nobilitatis cætera, & ultra. Et sic charitas meritò dicitur maior, & ponitur potissima uirtutum. Quartum nomen est amatio, quæ addit super amorem & dilectionẽ & charitatem, & amicitiam intensionem, & feruorem amoris. Vnde amatio inueniri potest in amore, dilectione & amicitia & charitate, & in quolibet illorum reperitur, sed non ecõuerso. Propter quod dicit Aristoteles quod amicitia assimilatur habitui, amatio passioni.

¶ Amor est duplex. Vnus, qui dicitur beneuolentiæ, alius qui dicitur concupiscentiæ. Amor concupiscentiæ dicitur ille, quo aliqua res diligit nõ ratione rei dilectæ, sed ratione diligentis: & quantum est sibi utilis uel delectabilis. talis enim amor est reflexiu⁹ & retorsiuus, quia tali amore non diligitur res propter se, sed propter amantem, & ille amor est in animalib⁹. Isto amore etiam ab homine animata diliguntur, & etiam inanimata. vnde diligo uinum, quia mihi utile, & non propter se, & equum, & aliquem hominem benefactorem. Alius est amor beneuolentiæ, qui sic distingui potest, quia cum amor non sit aliud, quã uelle bonum, hoc bonum uel est præsens, & habitum in re amata: & sic amans uult ei bonum pro uelle complacentiæ, & approbationis, & tale uelle bonum, uocatur amor complacentiæ. & ille potest esse hominis ad Deum, & Dei ad hominem, & hominis ad hominem. Vel hoc bonum est absens, & non habitum, & sic amans uult ei bonum per uelle desiderij, & optationis. Et talis amor potest esse hominis ad hominem, & Dei ad hominem, sed non hominis ad Deum: quia Deo nullum bonum optare possumus, quod non habeat. Amor ergo concupiscentiæ non pertinet proprie ad charitatem, sed magis amor complacentiæ & amor beneuolentiæ.

Quinq; uirtutes intellectuales, Sapientia, Scientia, Intellectus, Ars, Prudentia.

ARistoteles quinq; uirtutes intellectuales enumerat. Vi Ethico, scilicet sapientiam, sciẽtiam, intellectum, artem, & prudentiam. Et excludit opinionem, & suspitionem, quæ possunt dici habitus, sed non uirtus: quia contra rationem uirtutis est, ut sit principium mali actus. ista autem duo sunt principiũ mali actus in intellectu, quia opinione & suspitione, & etiam fide acquisita, sed non infusa, potest esse falsum in intellectu. falsitas autem est malum intellectus. Et ita patet, quòd illa aliquando se habent ad uerum, aliquando ad falsum. sed ista quinq; semper se habent ad uerum, quia important certitudinem rationis, sed differenter: quia tria, scilicet sapientia, scientia, & intellectus, sunt circa necessaria. Scientia quidem circa conclusiones, unde est habitus conclusionum. Intellectus circa principia, unde est habitus principiorum. Sapientia autem circa causas altissimas, unde sapientia quasi sapida de Deo scientia. Hic autem intellectus non significat potentiam intellectiuam, sed habitum potentiæ, qui importat eius certitudinem circa principia prima. Alia autem duo important rectitudinem rationis circa contingentia. Sed prudentia quidem circa agibilia. i. circa actus, qui sunt in operante, nec transeunt in exteriorẽ materiã, sicut sũt amare odire, eligere, & huiusmodi, quę pertinent ad actus morales, quorum est prudentia directiua. Ars autem importat rectitudinem rationis circa factibilia, idest, circa actiones in exteriorem materiam transeuntes, sicut sunt secare ligna, dolare lapides, in quibus est ars directiua. Et ita patet, quòd omnes uirtutes intellectuales habitus sunt, sed non omnes habitus sunt uirtutes, nisi illi, qui semper sunt & ad solum uerum. Et isti sunt prædicti quinq;, quorum tres sunt, & dicuntur speculatiui, scilicet sapientia, scientia, intellectus. Alius dicitur operatiuus, scilicet prudentia. Ars uerò dicitur habitus practicus & factiuus.

¶ Ipsi prudentiæ adduntur aliæ tres uirtutes. Est autem prudentia recta ratio agibilium. Circa agibilia humana triplex rationis actus inuenitur, quorum primus est cõsiliari, secũdus iudicare, tertius præcipere. Primi autem duo respiciunt actus intellectus speculatiui, qui sunt inquirere & iudicare. Sed tertius est proprius intellectus practici, inquantum est operatiuus. Non enim ratio habet præcipere ea, quę per hominẽ fieri non possunt. Manifestum est autem, quòd in his quæ per hominem fiunt, principalis actus est præcipere, ad quem alij ordinantur. Et ideo uirtuti, quæ est bene præceptiua, adiunguntur aliæ tanquam secundariæ. Ebulia, quæ est uirtus consiliatiua, & Synesis quæ est bene iudicatiua ad agendum secundum communem legem, & Gnomi, quæ est bene iudicatiua de agendis secundum rationem naturalem in his, in quibus deficit lex communis. Et ita patet, quòd quamuis sunt plures habitus: non tamen nisi quinq; uirtutes intellectuales in genere, tres speculatiuum intellectum respicientes, & duæ respicientes intellectũ operatiuum, & practicum. Adduntur autem aliæ tres prudentiæ, ad bene iudicandum, & bene conciliandum respectu præceptiuæ, quæ est prudentia.

¶ Videndum est etiam cũ prudentia sit uirtus una cum cardinalibus, quæ morales sunt, quomodo sit intellectualis. Ad quod dicendum, quòd aliqua uirtus potest

potest dici intellectualis a tribus. scilicet a subiecto, qa est perfectio intellectus, & a generatione, quia generatur experimento & tempore. & ab obiecto sicut sapiẽtia, quæ est de altissimis causis. Prudentia ergo, & ars (secundum Albertum 7. Ethicorum.) quantum ad duo prima, sunt intellectuales: sed quantum ad obiecta, non. sed conueniũt cum moralibus, quia prudentia est recta ratio agibilium, & ars recta ratio factibilium. Et secundum hoc mediæ dicuntur inter intellectuales, & morales, non per essentiam, quia sic sunt intellectuales, secundum quod perficiunt potentias ad opus, sic sunt morales. sic conueniunt, quantum ad aliquid. cum moralibus: & quantum ad aliquid, cũ intellectualibus, Prudentia ergo est intellectualis, quantum ad subiectum, quod perficit, & moralis, quantũ ad obiectum, quod respicit.

¶ Inquirendum quoq; quomodo uirtutibus intellectualibus conueniat nomen uirtutis, & maximè speculatiuis, de quibus est magis dubium. Ad quod dicendum, quòd nomen uirtutis conuenit alicui duplici ratione Vno modo, quia facit facultatem bene operandi. & sic habitus intellectuales possunt dici uirtutes, quia faciunt facultatem bene operandi in intellectu, quæ est consideratio ueri. hoc enim est bonum intellectus, & hoc est materialiter esse uirtutem. Alio modo, quia cum facultate bonæ operationis facit usum bonum; quòd solum pertinet ad illos habitus, qui respiciunt partem appetitiuam. Et hoc facit formaliter esse uirtutem, & sic ratio uirtutis eis propriè non conuenit. Ex hoc enim, quòd aliquis habet habitum scientiæ speculatiuæ, non inclinatur ad uendum, sed fit potens speculari uerum in his, quorum habet sciẽtiã. sed quod utatur scientia habita, hoc est in mouente uoluntate, & ideo uirtus, quę perficit uoluntatẽ, ut charitas uel iustitia, facit etiã bene uti huiusmodi habitibus speculatiuis Et secundum hoc etiam in a⁹tib⁹ horum habituũ potest esse meritũ, si ex charitate fiat, sicut Greg. dicit 7. moralium, quòd uita contemplatiua est maioris meriti, quàm actiua.

Virtutes morales duodecim, Iustitia, Fortitudo, Temperantia, Mansuetudo, Liberalitas, Magnificentia, Magnanimitas, Philotimia, Veritas, Amicitia uel affabilitas, Eutrapelia, Prudentia, quantum ad materiam.

MOs a quo uirtutes morales dicuntur duo significat, cõsuetudinem uidelicet, ut Actium 15. Nisi circundamini secundum morem legis Moysi, non poteritis salui fieri. Et inclinationem quandam naturalem, uel quasi naturalem instinctum ad aliquid agendum. Vnde, & brutorum animalium mores aliqui esse dicuntur. Vnde, & brutorum animalium mores aliqui esse dicuntur. Vnde 2. Machabæorum 2. dicitur, quòd leonum more irruente in hostes, prostrauerunt eos & sic accipitur mos in Psalmo: qui habitare facit unius moris in domo. Et hæ quidem duę significationes in nullo distinguuntur apud latinos, quantum ad nocem. In græco autem distinguuntur, quia in græco, idest ethos per, e, breue scriptum, significat naturalem uel quasi naturalem inclinationẽ ad aliquid agendum, quod apud nos morem significat. Quandoq; uero scribitur per y græcum, quòd est elõgum, & dicitur ychos. & tunc significat cõsuetudinẽ in bono uel in malo, & similiter nomen moris apud nos illud significat. Virtus ergo. moralis denominat, & dicitur moralis à more, secundum quod mos significat naturalem inclinationem uel quasi naturalem instinctum ad aliquid agendum. Inclinatio autem ad actum conuenit propriæ appetitiuæ uirtuti, cuius est mouere omnes potentias ad agẽdum. & ideo illa uirtus sola moralis dicitur, quæ est in uirtute appetitiua. Illi autem significationi, qua mos naturalem inclinationem uel quasi naturalẽ significat ad aliquid agendum. est ualde propinqua alię significationi, qua significatur consuetudo Nam consuetudo quodammodo conuertitur in naturam, & facit inclinationem similem naturali.

¶ Materia, circa quam distinguuntur uirtutes, sunt quinq; passiones & operationes. Operatio autem, & passio dupliciter ad uirtutẽ possunt comparari. Vno modo sicut effectus ad causam. & sic omnis uirtus habet aliquas bonas operationes, quarum est productiua habet aliquam etiam delectationem uel tristitiam, quę sunt passiones. Alio modo possunt comparari operatio, & passio ad uirtutem moralem, sicut materia circa quam est: & secundum hoc omnis uirtus moralis similiter circa materiam est, uel circa operationes, uel circa passiones.

1 ¶ Hoc suppositio ponenda est distinctio ipsarum moraliũ uirtutum, quæ potest poni hoc modo: Quia omnis uirtus uel est circa operationes ordinarias, & sic est iustitia, quæ in actionibus ordinat hominem ad alterum in ratione debiti, Iustitia autem est duplex, scilicet commutatiua & distributiua. Quarum differentia sic sumi potest, quia ratio iustitię consistit in hoc, quod est constituere æqualitatem in dationibus, & acceptionibus. Hoc autem potest fieri dupliciter. Vno modo, ut constituatur inter dantem, & accipiẽtẽ talis æqualitas, ut quantũ accipiens accipit a dãte, tm recipiat dans a recipiente. Et talis æqualitas est in emptionibus, & uenditionibus, & retributionibus: & iustitia, quæ talem æquitatem constituit, dicitur commutatiua. Alio modo constituitur æqualitas inter duos, quorũ quilibet est recipiens, quia quilibet recipit mẽsuram iuxta suam conditionẽ æqualiter, quamuis in re recipiant inæqualiter: & in hoc consistit iustitia distributiua Ex hoc autem patet duplex differentia utriusq; iustitiæ, quia in iustitia cõmutatiua est æqualitas quantitatis in datis & acceptis: quia tantum recupat dans, quantum dedit. Sicut cum uendidit quis æquũ valentem centum solidos, recipit centum solidos, est iustitia cõmutatiua. Et inde est, quòd inter illos, inter quos nõ põt esse æqualitas in datis & acceptis, nõ põt esse talis iustitia, pprię. Et hoc est in illis, qui beneficia recepta recompensare nõ possunt, sicut creatura creatori: & parentibus filii, a quibus recipiũt esse, nutritionem, & eruditionem. propter quod quantũcunq; creatura creatori uel filii parentibus recompensent, nunq; est ibi perfecta æqualitas, nec saluat⁹ ratio iustitiæ cõmutatiuæ, sed tantum aliquis modus distributiuæ, in quantum creatura creatori uel filii parentibus recompensant quantum possunt, ut sic loco æqualitatis sm quantitatem sumatur possibile uel proportionabile. Sed iustitia distributiua non requirit æqualitatẽ quantitatis, sed proportionis. Non enim oportet, quòd distribuens bona communitatis, eandem quantitatem det omnibus: sed secundum proportionem, ut cuilibet det secundum suam conditionem: aliud enim debet dari militi, aliud pediti. Secunda differentia est, q̃ iustitia distributiua primò respicit proportionẽ personarũ, ex qua concludit proportionem rerum distribuendarum. ita quòd ibi est laudabilis aliqualiter personarum acceptio secundum debitam conditionem personę. Et sic iustitia commutatiua primò respicit habitudinẽ rei ad rem, ut patet in emptionibus, & uenitionibus. uel habitudinẽ actus ad passionem, ut in iniuriis uindicandis uel puniẽdis. Ad conditionẽ autem personæ nunq̃ proprie respicit. non n. bos debet magis

gis uni, quàm alii uendi. Si tamen aliquis reſpiciat ad conditionẽ perſonæ, hoc nõ eſt niſi ex conſequenti, in quantum conditio perſonæ facit ad quãtitatẽ rei uel iniuriæ, ſicut maior iniuria eſt percutere principem, quàm priuatam perſonam. Et ita patet de duplici iuſtitia diſtributiua, & commutatiua, & per conſequens de uirtute, quæ eſt circa operationes.

2 ¶ Poteſt ẽr eſſe uirtus aliqua circa paſſiones regulandas, & hoc quidẽ tripliciter. Quia uel circa paſſiones, quæ hñt aliq̃ obiectũ pertinens ad ipſam hominis uitã corporalẽ. Vel circa paſſiones, quæ hñt aliq̃ obiectũ, q̃ reſpicit exteriora bona, uel circa paſsiões, quæ habent obiectũ pertinens ad actus exteriores. Si ergo accipiamus uirtutẽ quæ eſt circa paſsiones, quorum obiecta reſpiciunt, & pertinent ad corporalẽ uitã, hoc põt eſſe dupliciter. Quia uel talia reſpiciunt interimentia uitã, uel reſpiciunt conſeruantia uitam. Si interimentia uitã, ſic eſt Fortitudo, quę eſt uirtus circa pericula, quæ uitam interimunt. & uirtuoſus uocatur fortis. Vitium autẽ oppoſitum, in iſta uirtute, & in cæteris, attenditur ſecundũ ſuperabundantiã, & defectũ, & ideo uirtus conſiſtit in medio. In quibuſdam autẽ nomina non ſunt impoſita ſed circũloquimur uel exdictionibus græcis, uel latinis, ut patet 7. Ethi. Vitioſus uerò, qui opponitur forti ſecundũ ſuperabundantiã, & exceſſum, uocatur intimidus, & audax. ſed intimidus ſecundũ defectum timoris, audax ſecũdũ acceſsũ audaciæ: Vitium autem uocatur intimiditas, & audacia. Ille uerò, qui ſuperabundat in timendo, & deficit in audiendo, uocatur timidus. & ille opponitur forti ſecundum defectum. Vitiũ autem uocatur timiditas. Hic autẽ accipitur fortitudo nõ corporis, ſed mentis.

3 ¶ Si autẽ talia obiecta paſsionum reſpiciunt conſeruantia uitam, & quæ ſunt utilia ad uitæ cõſeruationem: ſicut ſunt cibi, quibus conſeruatur indiuiduum, & generatio, qua cõſeruatur ſpecies ſic eſt uirtus, quæ uocatur. Temperantia, quæ eſt circa delectationes, & triſtitias, ſicut ſenſui tactus, & guſtus. & circa eas medium ponit, & quantum ad uenerea, & quantum ad cibos. Et uirtuoſus iſta uirtute uocatur tẽperatus. Vitium autẽ iſti uirtuti oppoſitum ſecundũ ſuperabundantiam, uocatur intemperantia: & uitioſus uocatur intemperatus, ſecundum defectum autem pauci inueniuntur uitioſi, quia plures ſunt uitioſi in proſequendo delectabilia ciborum uel uenereorũ in nimis, ſed in parum pauci uel nulli. & ideo non eſt nomen impoſitum. ſed habet uocari uitium inſenſibilitas, & uitioſus, inſenſibilis, eo quòd huiuſmodi delectationes ſenſu percipiuntur. Et ſic habemus duas uirtutes cũ ſuis uitiis oppoſitis.

4 ¶ Si autẽ ſecundò uirtus ſit circa paſſiones, quæ habent obiectum pertinens ad exteriora, hoc poteſt eſſe dupliciter. Vno modo, ut reſpiciant exteriora, mala, & triſtabilia. q̃bus homo prouocatur ad iram. Et ſic habemus manſuetudinem, quæ eſt uirtus ponens medium circa iram, & uirtuoſus uocatur manſuetus. Oppoſitum autem uitium ex ſuperabundantia, uocatur iracundia: & uitioſus iſto uitio, uocatur iracundus. Vitium autem ſecundum defectum, uocatur iraſcibilitas: & uitioſus, illo uitio, iraſcibilis.

5 ¶ Alio mõ poteſt eſſe uirtus circa paſſiones, quæ habent obiecta exteriora bona concupiſcibilia. Hoc autẽ poteſt eſſe dupliciter. Quia exteriora bona, quædam ſunt diuitiæ, quædam ſunt honores. Si uirtus ſit circa diuitias, hoc eſt dupliciter, uel circa magnas, uel circa mediocres. Si circa mediocres, ſic eſt Liberalitas, quæ eſt uirtus ponens medium circa dationem, & acceptionem pecuniarum uel æquiualentiã. uirtuoſus dicitur liberalis. Vitium autem oppoſitum tum per ſuperabundantiam, dicitur prodigalitas, & uitioſus prodigus. & iſte ſuperabundat in dãdo, & deficit in recipiendo. Vitium autem ſecundũ defectum dicitur illiberalitas. & uitioſus dicitur illiberalis. & ille ſuperabundat in recipiendo, & deficit in dando.

6 ¶ Si autem uirtus ſit circa magnas diuitias, ſic eſt virtus, quæ dicitur Magnificentia, quæ eſt uirtus medietatem ponens circa magnas diuitias dandas, & accipiendas: & uirtuoſus dicitur magnificus. Vitium autem oppoſitum ſecundum ſuperabundantiam, dicitur apyrotalia, ab a quod eſt ſine, & pyros, quod eſt experientia, & talos, quod eſt bonũ, quaſi ſine experientia boni. quia ſcilicet multa expendentes, non curantes qualiter bene expendant. vocatur etiã bãnanſia, a bannos, quod eſt fornax, quia ad modum fornacis omnia conſumunt. & uitioſus uocatur apyrotalus vel bãnanſus. Sed uitium per defectum uocatur parui ficus.

7 ¶ Si autem virtus ſit circa exteriora bona, quæ ſunt honores, hoc poteſt eſſe dupliciter. Vno mõ ut ſit circa honores magnos: alio modo, circa honores mediocres. Et ſi ſit circa magnos, ſic eſt uirtus, quæ uocatur magnanimitas, quæ eſt uirtus ponens medium rationis in proſequendis uel fugiendis magnis honoribus, & uirtuoſus uocatur Magnanimus. Vitiũ autẽ oppoſitum ſecundum ſuperabundantiã in nimis proſequendo magnos honores, uocatur Caumates a cauma, quod in græco eſt incẽdium; uel a camnos, quod græcè ẽ fumus. Vnde & ſic camnotes eſſet fumoſitas. quæ noſtris latinis uocabulis conuenit. quia etiam, & eos, qui nimis ad magnos honores anhelant, ut aſcendant ad alta, conſueuimus ardentes, uentoſos, fumoſuſq; nocare. Et ſecũdum hoc poteſt vitioſus uocari camnotus græcè, latine uerò uentoſus, ardens, fumoſus. Vitiũ autẽ ẽm defectũ, uocatur puſillanimitas.

8 ¶ Si autẽ uirtus ſit circa honores mediocres, ſic uirtus ponens medium ad illos debitè proſequendos uel fugiendos, uocatur Philotimia: a philos, quod eſt amor, & thimos, quod eſt debit⁹, quaſi debitus amor honoris. Virtuoſus autem poteſt uocari philotimus, ideſt debitus amator honoris. Vitium autẽ ſecũdum ſuperabundantiam idẽ non habet, quia dicitur philotimia, & uitioſus philotimus, quia non eſt nomen impoſitum, ſed ad differentiam poteſt dici uirtus debit⁹ amor, & uirtuoſus debitus amator. Vitioſus autẽ per ſuperabũdãtiam dicitur abſolutè amator honoris, & uitium amor honoris. Vitium autem ſecundum defectum uocatur aphilotimia, ab a quod eſt ſine, & uitioſus, aphilotimus. In hac enim virtute (ut patet 2 Eth.) uitioſi aſcribunt ſibi nomen uirtuoſi. unde, & laudamus eos, qui nihil curant de honoribus, & eos etiã, q̃ ſunt multum ſoliciti, quaſi nõ ſui negligentes, & ideo non eſt bene notata diſtinctio nominũ inter iſta. Sic ergo patet qđ habemus quinq; virtutes reſpectu paſſionũ, quæ habent obiecta exteriora reſpectu mali. unam ſ. manſuetudinem reſpectu boni; quatuor, ſc3 liberalitatem, & magnificentiam circa diuitias, magnanimitatem & philotimiam circa honores.

9 ¶ Si autem uirtus ſit circa paſſiones, quæ habent obiectum pertinens ad actus exteriores humanos, & ſic ſciendum, quòd omnes tales uirtutes in uno cõueniunt, ſcilicet, quod omnes ſunt circa uerba & facta i quibus homines communicant. Et quantũ ad hoc, nõ diſtinguuntur, ſed aliter, & in aliis differũt. & ẽm hoc diſtinguuntur, quia circa talia uerba, & facta, in quibus homines communicant, eſt duo cõſiderare. Vnum eſt ueram realitatẽ, & realem ueritatem talium. Aliud eſt delectationem in talibus verbis, & factis. Si accipiamus ueritatem, ſic reſpectu uerborum, & factorũ, qui aliquid alteri ſe exhibet manifeſtum in argumentum, vt decet ſecũdum debitam rationem, accipitur uirtus in iſtis, ponẽs medium rationis, quæ ab Ariſtotele uocatur Veritas, & uirtuoſus uocatur verax. Vitium autem oppoſitum ſcẽm ſuperabundãtiam, in quo eſt quædã fictio falſi in plus, uel quantũ ad facta, uel quantũ ad dicta, fingẽdo maiora de ſe, quàm ſint, uocatur iactantia. & uitioſus uocatur iactator, ſed uitium in minus ſecundum defectum. quando aliquis fingit de ſe minora quàm ſint, uel quædam uilia, uocatur ironia. i. irriſio. & talis fictor uitioſus, uocatur iron. i. irriſor.

10 ¶ Si aũt cõſideremus circa talia uerba, & facta delectationem, hoc põt eſſe dupliciter. Vno modo ut aliquis decenter ſe exhibeat delectabilem in uerbis, & factis decentibus alteri in his, q̃ ſiunt ſeriosè. Alio mõ in his, quæ ſiunt in ludo, & iocosè. Si primo mõ, quantum ad ea, quæ ſiunt ſeriosè, & reſpiciunt communem vitã: ſic reſpectu talium ponitur uirtus, quæ ponit in huius medium rationis, quam uocat Ariſtoteles amicitiam, non ab effectu amandi, ſed a decentia conſeruandi. quàm nos affabilitatem appellare poſſumus, & ipſe uirtuoſus poteſt dici amicus uel affabilis. Vitioſus autem per ſuperabundantiam ubi non facit niſi cauſa delectandi, & uocatur placidus, & uitium placiditas. Vbi autem talem ſe exhibet propter aliquam propriam vtilitatem uocaretur blanditor, uel adulator. Qui aũt uitioſus eſt ſecundum defectum, & non ueretur alios cõtriſtari, cum quibus uiuit, uocatur litigioſus uel dyſcolus, & uitium poteſt dici litigioſus uel briga.

11 ¶ Si autem aliquis exhibeat ſe delectabilem verbis, & factis aliis in ludis, & iocoſis decentibus, & uirtuoſis, uocatur Eutrapelus, ideſt, quaſi ſe uertens bene ad omnia. Ille autẽ qui eſt uitioſus per ſuperabundantiam in ludis, & iocis, uocatur bomolochus, a bomos, quod eſt altare, & lochos, quod eſt raptor. & dicitur ad ſimilitudinẽ milui, qui ſemper uolabat circa aras idolorum, in quibus animalia immolabantur, ut aliquid raperet. Et idem eſt de illo, qui excedit in ludo, quia ſuper inſiſtit ad hoc, quod uerbum uel factũ alicuius in ludis conuertat, uitium aũt uocatur maleuolentia. Vitioſus autem ex defectu agroitos, ideſt, quaſi agreſtis, & uitium agroithia. i. agreſtitas. & ſic patet, quod circa paſsiones, quæ reſpiciunt actus exteriores humanos, ſunt tres uirtutes. Vna circa ueritatem uerborum, & factorum, & dicitur ueritas. Aliæ duæ circa delectationem, & triſtitiam in eiſdem, & ſunt amicitia ſeu affabilitas, & eutrapelia.

¶ Ex dictis concludo ſex concluſiones. Prima eſt de numero uirtutum, quod oẽs uirtutes morales ſunt 12. Vna circa operationes, ſcilicet iuſtitia. decem circa paſſiones, ſcilicet fortitudo, temperantia, manſuetudo, liberalitas, magnificẽtia, magnanimitas, philothimia, ueritas, amicitia uel affabilitas, quod idem eſt: & eutrapelia, quas omnes enumerat Ariſtoteles cũ oppoſitis uitiis hic poſitis 2 Ethico. & de omnibus determinat in aliis libris conſequenter.

12 ¶ Secunda concluſio eſt dubitationis remotiua, quare ſcilicet cum prudentia ponatur inter morales virtutes, hic non ponitur. Et dicendum, quòd inter illas non enumeratur prudentia, quia prudentia eſt moralis quantum ad materiam: ſed non quantum ad ſubiectum, quia prudentia eſt in intellectu ſicut in ſubiecto. Et ideo hic ſolum eſt diſtinctio uirtutum moralium, quæ ſunt morales quantum ad materiam, & quantum ad ſubiectum. Subiectum autem omnium uirtutum moralium, quæ utroq; modo ſunt morales, eſt appetitus.

¶ Tertia concluſio eſt, quòd quamuis omnes uirtutes morales ſint in appetitu; differunt tamen, quia iuſtitia (quæ eſt uirtus circa operationes) eſt in appetitu intellectiuo, quæ propriè dicitur uoluntas. Aliæ autem omnes, quæ ſunt circa paſsiones (quia ipſæ omnes ſũt circa appetitum ſenſitiuum) ſunt omnes in ſenſitiuo appetitu: ſed differenter, quia illæ quæ reſpiciunt ſuum obiectum abſolutè ſine ratione ardui, & difficilis, ſunt in parte appetitus ſenſitiui, quæ uocatur concupiſcibilis. Et ſunt ſex, ſc3 temperantia, liberalitas, philotimia, veritas, amicitia, & eutrapelia. Aliæ autem, quæ reſpiciunt obiectum ſuum non abſolutè, ſed, ratione ardui, & difficilis, ſunt in alia parte ſenſitiui appetitus, quæ uocatur iraſcibilis, & ſunt quatuor, ſcilicet, fortitudo, magnificentia, magnanimitas, manſuetudo.

¶ Quarta cõcluſio eſt, q̃ iuſtitia ab aliis uirtutib⁹ moralibus differt in quatuor. Primò, quantum ad obiectũ, quia eſt circa operationes, aliæ circa paſsiones. Secũdo quantum ad ſubiectum, q̃a eſt in appetitu intellectiuo, aliæ autem omnes in ſenſitiuo. Tertio quantum ad medium. Et hoc dupliciter. Primò, quia aliquæ uirtutes reſpiciunt medium rationis. ſed in iuſtitia accipitur medium rationis, & etiam medium rei. Secundò, quia quælibet aliarum uirtutum eſt medium duorum uitiorum, quorum unum eſt ſecundum ſuperabundantiam, alterum ſecundum defectum, ſed iuſtitia non eſt medium duorum vitiorum, ſed ſolum opponitur ei iniuſtitia. Et hæc patent 5. ethicorum. Per hoc autem ad ultimum poteſt reſponderi, quare non fuerunt ſibi duo uitia oppoſita ſuperiùs aſsignata, ſicut cæteris. Cauſa eſt, quia ipſa non eſt media duorum uitiorum, ut dictum eſt.

¶ Quinta cõcluſio eſt, q̃ hæc diſtinctio, & aſsignatio uirtutum, quo ad omnes, nõ eſt in uirtutes indiuiduas vel in ſpecies ſpecialiſsimas uirtutum, ſed eſt in diuiſio uirtutũ moraliũ in genere. Nam illę uirtutes continent alias ſub ſe, ſicut patet expreſsè de iuſtitia, quę eſt circa operationes. Quia. n. ad iuſtitiam pertinet reddere debitum. debitũ autem non eſt unius rationis in omnib⁹, iccirco ſecundum diuerſas rationes debiti accipiunt diuerſæ uirtutes ad iuſtitiam pertinentes: ſicut religio, per quam redditur debitum Deo: pietas, per quã redditur debitum parentibus uel patriæ: gratia, per quã redditur debitum benefacientibus & huiuſmodi. Et q̃ dictum eſt de iuſtitia, intelligendum eſt de aliis, & nõ ſolum quantum ad uirtutes, ſed etiam quantum ad uitia oppoſita. ſed non diſtinguo per ſingula ratione nimiæ prolixitatis. Doctor autem communis de omnibus generaliter, & de ſingulis ſpecialiter, in prima ſecundæ & ſecunda ſecundæ differuit luculentiùs.

¶ Sexta concluſio eſt dubij remotiua. Poſſet. n. aliq̃s dubitare (cum Ariſtot. faciat mentionem in libro ethicorum, de aliis, quæ ſunt uel eſſe uidentur uirtutes. ſc3. in ſecundo de uerecũdia, & nemeſi, & in quinto de epiKeia, in ſeptimo autem de uirtute heroica, & cõtinẽtia in octauo de amicitia) quare non hic iſta explicata uel enumerata ſũt. Ad q̃ dicendũ, q̃ nomine uirtutis poſſimus uti largè, ut dicamus virtutem omne principium laudabilium operum, uel omne, quod eſt de ſe laudabile. Alio modo propriè ẽm propriam acceptionẽ, ſicut dictum eſt ſupra. Primo modo quodlibet iſtorũ largè uirtus modo aliquo poteſt dici. Sed propriè utẽdo nomine uirtutis, uerecũdia & nemeſis, quamuis in quadã medietate cõſiſtant, nõ ſunt uirtutes, ſed paſsiones laudabiles. EpiKeia autem eſt uirtus, & heroica ſupra uirtem, continentia aliquid minus uirtute, amicitia autem effectus uirtutis. Hoc autem patet per ſingula diſcurrendo.

¶ Verecundia, ut dicit Ariſt. 4. ethicorũ, eſt timor in gloriationis, i. confuſionis, quæ opponitur gloriæ. Ex hoc patet, q̃ uerecundia eſt paſſio, & continetur ſub ti

more,ſicut ſpecies ſub genere.Et utrunq; facit tranſmutationē in corpore,ſed differunt ſm Ariſt.ibidem quia palleſcūt timētes,& erubeſcunt verecundati. Et huius diuerſicatis ratio,eſt quia natura mittit ſpiritus ad locū ubi ſentit defectus. Sedes aūt uitæ eſt in corde: & ideo quando periculum uitę timetur, ſpiritus, & humores currūt ad cor,& ideo exteriora quaſi deſerta palleſcūt Honor autē,& cōfuſio in exterioribus eſt, & ideo quādo homo timet periculum honoris, recurrentibus humoribus,& ſpiritibus ad exteriora homo rubeſcit. Ex quo patet,quod uerecundia eſt paſſio,& non uirtus:ni hilominus eſt de numero laudabilium, & iuuenum ætati congruit,in quibus eſt mali retractiua.Ille ergo qui excedit in uerecundando,ut de omnibus, verecundetur,uocatur cataplax,ideſt ſtupidus.Ille autem,qui deficit,uocatur inuerecundus.Medium tenens,& laudabilis uocatur uerecundus.

Nemeſis eſt de numero laudabilium, & eſt paſsio, & non uirtus.

NEmeſis aūt eſt paſsio,q̄ eſt mediū tenens circa delectationē,& triſtitiā eorū,quæ eueniunt proximis. Et dr̄ nemeſis, ideſt repræhenſio,& inde nemeſicus,ideſt,repræhenſor.Et ſtat medium laudabile huius paſsionis in hoc,quod aliquis triſtetur de proſperitate in malitia, & gaudeat de proſperitate in bono. Et hæc mediates uocatur nemeſis, & habens eam uocatur nemeſicus.Vituperabile autem in extremo ſuperabundāti,eſt vt alicuius triſtetur de omnibus,qui proſperant, ſiue bonis ſiue malis,& talis ſuperabundantia uocatur inuidia,& habens eam uocatur inuidus. Vituperabile autem in defectu eſt, quando quis intantum deficit à triſtando,ut etiam gaudeat de malis, qui etiam in ſua malitia proſperantur. & talis malitia uocatur epitarchia,& habens eam,dicitur epitarchus. carchos enim dicitur gaudens,& cachos malum.epi ſuper.ac ſi dicatur gaudium de malo.

EpiKeia eſt uirtus iuſtitiam reſpiciens, quia eſt iuſti legalis directiua ad intentionem legislatoris, reſpiciens nō ad uerba in caſu, quem legislator præuidere non potuit.

EPiKeia autem dicitur uirtus directiua iuſti legalis. Vbi intelligendum, quòd quia actus humani non habent omnimodam certitudinem,& uniformitatem, ſed ſunt uariabiles,& quaſi infinitis modis, nullus legiſlator pōt præuidere oēs caſus particulares. Et quia etiam iſti propter ſuā multitudinē incomprehēſibiles ſunt oportet, q̄ lex detur in uniuerſali.Vnde ars imitat naturam,quæ eſt de his,quæ accidunt ut ſæpius,& quę deficiunt in paucioribus, ut quod homo naſcat cū qn que digitis, aliqū tñ, & in paucioribus habent ſex. ita ars dat legem obſeruabilem ut in pluribus,pōt tñ contingere caſus,in quo uerba legis non debent ſaluari,in quo legiſlator ſi præſens fuiſſet,noluiſſet ſeruari, & in talibus dicitur intentio legislatoris ſaluari, & non uerba legis.Vt uerbi gratia,ſit data lex, q̄ cuilibet eſt reddendum depoſitum: aliquis autem deponit gladium. & poſtea efficitur furioſus,& gladium depoſitum repetit:nunquid hæc lex debet ſeruari ſm verba? certe non ſed ſecundum intentionem legislatoris,quæ fuit, ut in hoc caſu,& in talibus nullo modo redderetur.Virtus ergo, quæ facit ut uerba legis in caſu aliquo non ſeruentur,ſed intētio legislatoris,dicitur epiKeia, ab epi. quod eſt ſupra,& icos quod eſt obediēs:quia ſcilicet p epiKeiam aliquis excellentiori modo obediet, dū ſeruat intentionem legislatoris,ubi diſſonant uerba legis. Et habens talem uirtutem, dicitur epiKeis. Et eſt hæc virtus directiua iuſtitiæ legalis. & quia reſpicit iuſtitiam,ſatis poterat in communi cointelligi cum iuſtitia ſuperiùs enumerata: nec oportet duo extrema, ſicut nec in iuſtitia, aſsignare.

¶ Heroica uirtus,quæ ſit,ſciendū, q̄ anima humana eſt media inter ſuperiores ſubſtantias,& diuinas,q̄bus communicat per intellectum:& animalia bruta, quib⁹ communicat in potentiis ſenſitiuis.Sicut ergo in homine aliquando affectiones ſenſitiuę partis corrumpūtur vſq; ad ſimilitudinē beſtiarū,& hoc uocatur beſtialitas tranſcendens modum humanę malitiæ, ut patet in uitiis contra naturam:ita etiam in homine pars rationalis perficitur,& confortatur vltra communē modū humanæ perfectionis, quaſi in ſimilitudinē ſubſtantiarū ſeparatarū.& ſic vocatur uirtus heroica,& diuina,quaſi mō excellenti & diuino hominem faciens operari. Gentiles enim uocabant heroas, animas defunctorum virorum inſignium,quos deificatos credebant. Et ita patet q̄ cū anima ſit medium tenens inter animalia bruta,& ſubſtātias ſeparatas,utrūq; participat extremorū. Vnde per uirtutem heroicam attingitur,quod eſt ſuperius:per uitium beſtialitatis,quod eſt inferius & habet ſe medio modo per uirtutes communes,& uitia cōmunia ſuperiùs enumerata.Virtus autem heroica non habet uitium oppoſitum duplicem maliciam, ſed ſolā beſtialitatem,ut patet 7.Ethicorū, ubi ꝓbat ex dicto priami Philoſophus,hanc virtutem eſſe in hoibus.Quia ille dicebat de filio ſuo Hectore, q̄ nō uidebatur mortalis filius hominis,ſed Dei, quia ſ. in eo quidam modus viuendi, & operandi apparebat vltra communem modū humanum,quia ſcilicet ſuperhumanus,& diuinus.

¶ Continētia dupliciter pōt ſumi.Vno modo ꝓ eo, q̄ homo abſtinet ab omni delectatione uenerea. Et ſic Apoſt ad Galat 1. inter fructus continentiam caſtitati coniungit, & ſic continētia perfecta principalis quidē eſt uirginitas,ſecundariò uerò uiduitas & hæc cōtinētia ſic eſt uirtus,ſicut uirginitas Alio modo pōt ſumi ꝓ eo,q̄ homo reſiſtit concupiſcentiis prauis, quæ in eo vehementer exurgunt Et hoc mō accipit Philoſo p.cōtinentiam 7.Ethicorū Et ſic eam accipiendo patet (ut dicitur 3 Ethicorū) q̄ non eſt uirtus, ſed aliquid iuxta uirtutem.Eſt enim prope uirtutem,inquātum firmatur ratio contra paſsiones,ne ab eis deducat. Non tamen attingit ad perfectā rationem uirtutis moralis, ſm q̄ appetitus ſubditur rationi. ſic ut non inſurgant uehementes paſsiones rationi contrariæ. In continente aūt tales paſsiones inſurgunt, quāmuis non proſequantur Ex hoc autem concluduntur tria Primò quomodo differunt temperantia, & continentia, quia continentia ſumpta prout importat ceſſationem ab omnibus delectationibus uenereis,eſt uirtus, & nobilior temperantia,ſicut uirginitas caſtitate. Continentia autem ſumpta prout importat reſiſtentiam rationis ad concupiſcentias uehementes,non eſt uirtus, ſed aliquid minus uirtute.& ſic temperantia nobilior eſt,quia bonum uirtutis eſt laudabile,quia eſt ſecundum rationem. Magis autem uiget bonum rationis in temperato,in quo etiā appetitus ſenſitiuus eſt ſubiectus rationi, & quaſi edomitus à ratione:quàm in continente, in quo appetitus ſenſitiuus uehementēr reſiſtit rationi,quamuis ratio ſit firmata contra eius concupiſcentias prauas. Vnde ſic continētia comparatur ad temperantiam,ſicut imperfectum ad perfectum.

¶ Sicut temperantia poteſt conuenienter,& largè accipi in quacunq; materia,tñ propriè dicitur in illa materia,in qua eſt optimum hominem refrenari:ita etiam continentia largè dicitur circa quamlibet materiā aliqualiter refrenabilem.Vnde,& ipſum nomē continentiæ,quandam refrenationem importare uidetur. Continere

tinere enim eſt ſe retinere.ſed propriè continentia dr̄ in materia,in qua eſt optimum, & difficilimum cōtinere.Hæc autē eſt circa delectationes ſenſus tactus,quātum ad uenerea, in quibus natura ſummam delectationem poſuit,ut animalia ad iſta inclinarentur ꝓp conſeruationem ſpeciei.Similiter etiam quantum ad cibaria propter conſeruationē indiuidui,ſed delectationes uenereorum ſunt uehementiores,eo q̄ maius bonū eſt conſeruatio ſpeciei ad quod ordinantur,quam guſtus cibariorum,qui ordinantur ad conſeruationem indiuidui,quod non eſt tantum bonum.Iccirco ſicuti temperantia eſt maximè circa illa, quæ reſpiciunt delectationes uenereas,ita,& continentia. Et ideo etiam magis conſueuimus dicere continentiā circa uenerea quàm circa cibaria,quamuis ſit circa utrunq;.

¶ Ex dictis autem poteſt patere,quid eſt incontinentia,quæ opponitur continentiæ.& quid incontinens,q̄ opponitur continenti:patent tamē hæc perfectiùs 7.Ethicorū Intemperatus dr̄,qui ex propria electione, & habitu per conſuetudinem acquiſitam peccat:incontinens autem,ex aliqua paſsione occurrente. Et q̄a intemperatus agit ex electione,incōtinens ex paſsione,ſequūtur quatuor:quorum primum eſt, q̄ intemperantia eſt vitioſus habitus, ex quo ſibi redditur male agere quaſi connaturale:non ſic autem in incontinente.Secūdū ſequitur ex primo,quia paſsio citò tranſit,tranſeūte actu paſsionis in incontinente. Habitus autem intemperantiæ manet actu, actu intemperantiæ tranſeunte in intēperato.Ideo incōtinens triſtatur paſsione trāſeunte,& dolet de cōmiſſo:intemperatus autē non dolet,ſed magis gaudet ſe peccaſſe,eo q̄ talis operatio eſt quaſi ſibi cōnaturalis facta per habitum.Et ideo dr̄ Prou.2. Lætantur cū male fecerint, & exultant in rebus peſsimis. Tertium autē ſequitur ex his duobus,quòd cū habitus ſit,difficile mobilis,paſsio autem citò tranſeat, intēpetus eſt difficiliùs ſanabilis,& emendabilis,quàm incontinens.Quartum autem ſequitur ex his, ſicut enim temperantia ſimplex eſt perfectior continentia,& tēperatus melior eſt continente: ita per oppoſitum intemperatus eſt peior incontinente, & intemperantia peior in continentia.

¶ Amicitia quodammodo uirtus,& quodāmō non. Ariſt. in libro ethicorū determinat de duplici amicitia quarum una conſiſtit in effectu exteriori in exterioribus factis,& dictis,ut aliquis per hoc decenter, & delectabiliter conuiuat aliis in ſeriis cōmunis uitæ.Et hic eſt quidam habitus,medius inter blanditorē, & litigioſum & uocatur amicitia uel affabilitas. Et de hac agit Ariſt. in ſecundo ethicorū,enumerando eam cum aliis & in quarto,determinando de ea. & hæc fuit ſupra ſimiliter cum eis condiuiſa.Et talis habitus uirtuoſus ꝓ priè non eſt amicitia, quia eodem modo ſe p eam habet homo ad ignotos, & notos, coniunctos & remotos.Alia autem amicitia eſt,quæ cōſiſtit in affectu interiori principaliter,quo quis alium diligit.& ſic eſt effectus omnis uirtutis,& omnem uirtutem conſequitur, quia iſta amicitia tendit amicus in alterum,propter bonum honeſtum,quod in illo eſt.Virtus autem habet rationem boni,& honeſti ſimpliciter,Et ideo omnis uirtus ex ſui natura eſt cauſatiua amoris ſic,ut amet, & ſic amicitia non eſt uirtus,ſed omnem uirtutem conſequēs Et ita determinat Ariſt.in 8.& 9, ethicorum, de cuius ſpeciebus,& conditionibus ibi patebit. ſupſedeant ad præſens. Albertus autem in 8 ethicorū in principio dicit,q̄ amicitia pōt importare habitum quendā, qui cōueniat in paſsionibus affectionum,ſcilicet,in amationibus.Et ſic amicitia eſt uirtus dicta moralis, quam ſm eum Tullius beneuolentiam nominat. Et tunc ſumitur hic aliter amicitia uel beneuolentia, quàm ſuperiùs ubi agebatur de diuerſitate nominum ad amorem pertinentium.Ex quo patet, quòd nomine amicitiæ duobus modis importatur habitus uirtuoſus,ſ primo modo,& tertio modo dictis,ſed ſic propriè & uiſitato modo non utimur nomine uocabuli, ſed prima uirtus dr̄ affabilitas,& tertia dr̄ beneuolentia,quamuis largè nomen amicitiæ eis conueniat. Secūdo autē modo amicitia non eſt uirtus,ſed conſequens omnem uirtutem, & omnis uirtutis effectus. Ex quibus patet, quòd fuerat in principio iſtius ſextæ concluſionis ſupra propoſitum,ſ.quòd uerecūdia & nemeſis non ſunt uirtutes, ſed paſsiones,ſunt tamēn de numero laudabilium. Epikeia autem eſt uirtus,omnis iuſtitiæ directiua. Heroica autem eſt ſupra uirtutem. Continentia aliquid infra uirtutem Amicitia eſt effectus uirtutis.

Virtutes cardinales quatuor,Prudentia,Iuſtitia,Temperantia,Fortitudo.

PRimo uidendum eſt,an virtutes cardinales pertineant ad morales uel intellectuales.Ad q̄ dicendū quòd cū uirtus importat rectitudinē appetitus, illa uirtus dicetur hr̄e perfectam rationē uirtutis, quæ regrit rectitudinem nō ſolum quantū ad factionē bene operandi,ſed q̄a cauſat boni operis uſum. Illa aūt habet imperfectè rationem uirtutis,quæ non cauſat rectitudinem appetitus, & quamuis faciat facultatem bene operandi,non tamen cauſat boni operis uſum.Conſtat autem,quòd perfectum eſt principalius imperfecto,& ideo virtutes,quæ cōtinent rectitudinē appetitus, dicūtur cardinales,i. principales hmōi aūt ſunt uirtutes morales,& iter intellectuales ſola prudētia:q̄ quo ad materiā eſt moralis, quo ad ſubiectū intellectualis, ut ſupra patuit. Et ideo conuenientiùs cardinales uirtutes non inter intellectuales, ſed inter morales collocantur.

¶ Secundo uidendum eſt quæ ſunt iſtæ,& quot ſunt Et dicendum eſt,quod ſunt quatuor, quarum numer⁹ & ſufficientia ſic ſumitur,& ſm principia formalia, & ſm ſubiecta.Secundum principia formalia, ſic principiū formale virtutis de qua nunc loquimur, eſt rationis bonum, quod quidem dupliciter poteſt conſiderari.Vno modo ſecundum quod ipſa in rationis conſideratione conſiſtit,& ſic eſt una uirtus cardinalis, ideſt, principalis,quæ dicitur prudentia. Alio modo ſecūdū quod circa aliquid ponitur ordo rationis.Et hoc dupliciter.Vno mō circa operationes,& ſic eſt iuſtitia. Alio modo circa paſsiones,& ſic neceſſe eſt eſſe duas uirtutes. Ordinē n. rationis neceſſe eſt ponere circa paſsiones,cōſiderata repugnātia ipſarum ad rationē. Quod quidem poteſt eſſe dupliciter.Vno modo,ſecundū qd̄ paſsio impellit ad aliquid contrarium rationi,& ſic neceſſe eſt,quod paſsio reprimatur,& hoc facit virtus tēperantiæ.Alio modo, ſecundum quod paſsio retrahit ab hoc, quòd ratio dictat,ſicuti timor periculorum, & laborum,& ſic neceſſe eſt,quòd firmetur homo in eo, quod eſt rationis,ne ſcilicet recedat,& hoc facit fortitudo.Secundum ſubiectum autē hęc eadē diſtinctio reperitur. Inuenitur enim quadruplex ſubiectum uirtutis, de qua loquimur .ſ. rationale per eſſentiam, quod prudentia perficit, & ſic eſt intellectus, & rationale p participationem,ſcilicet uoluntas, quæ eſt ſubiectum iuſtitiæ;& appetitus ſenſitiuus,qui diuidit in iraſcibilē quē pficit fortitudo:& cōcupiſcilē quē pficit tēprātia.

¶ Tertio uidendū eſt,quare iſtæ magis dicuntur cardinales quàm alię.Ad quod dicendum ,quod illæ uirtutes dicuntur cardinales,primo, quaſi generales, ſecundo quaſi principales,tertio,a cardine cardinales.

¶ Quantum ad primū,ſciendum,q̄ iſtas virtutes dupliciter conſiderare poſſumus.Vno modo ſecundum omnes rationes formales,& ſecūdum hoc dicunt cardinales,

dinales, quasi generales ad oēs alias uirtutes: ut puta ois uirtus, quæ facit bonū debiti, & recti in operationibus, dicatur iustitia: & omnis uirtus, quæ cohibet passiones, & deprimit, dicatur temperantia: & omnis uirtꝰ quæ facit firmitatem animi cōtra quascunq; passiones dicatur fortitudo: & omnis uirtus, quæ ponit rectitudinem rationis in quibuscunq; actibus uel materiis, dicatur prudentia. Et sic multum de istis virtutibꝰ loquūtur philosophi, & doctores theologiæ, & sic alię uirtutes continētur sub istis, & ex hoc istæ cardinales. i. generales uel principales dicuntur. Alio modo possent cōsiderari secundum quod istæ uirtutes denominantur ab eo, quod est principium in quacunq; materia, & sic sūt speciales uirtutes contra alias dluisæ. Dicuntur autem sic cardinales quasi principales, qa sunt principales respectu aliarum propter principalitatem materiæ, sicut quòd prudentia dicat principalis, quia est præceptiua: iustitia, qa est circa operationes debitas inter æquales: temperantia, quia reprimit concupiscentiam delectabilium tactus: fortitudo, quia confirmat animū cōtra periculū mortis. Et utroq; modo cardinales principales dicuntur, & generales. Tertiò dicūtur cardinales, à cardine ostii pp similitudinē. Et hoc dupliciter. Primò p similitudinē cardinis, in quo motus ostii terminatur. De ratione aūt ostij est, ut per ipsum interiora domus uideantur, unde, & illud, p habet rationē reducendi in aliud, ostium dr. Et sic accipiē Ioh. 10. Ego sum ostium. &c. Et per oppositum illud, per qđ nō est motus in aliquid aliud vlteriùs non habet rationem ostii. Virtutes autem theologicæ cū sint circa finē, sic sunt, p non est aliqd aliud ulteriùs ex parte obiecti in p tendatur, & iō in uirtutibus theologicis non inuenitur ratio ostii, & iō nō pūt dici cardinales. Similiter nec in uirtutibus intellectualibus, qa perficiunt in uita cōtemplatiua, q̄ nō ordinatur ulteriùs ad aliā uitā, sed actiua ordinatur ad istam. Vñ cū uirtutes morales, perficiant in uita activa, & habeāt actus suos iuxta finē ultimum sicut circa obiectū, ex utraq; parte generaliter in eis inuenitur rō ostii, & iō solū morales cardinales dicunt. Sed qa inter morales p illas quatuor ē ꝓcessus ad alias, qa oēs alias cōtinētur tanq̄ gñales speciales: iccirco inter oēs morales solū illæ quatuor cardinales dicunt. Scđo mō dicūtur cardinales, à similitudine cardinis, in quo ostium uoluitur, & motus ostii fundat, qa sicut totus motus ostii ē i cardine, & in eo uoluitur, ita oēs actus humanæ uitæ cōtinuæ uersantur uel saltem frequentiùs, & crebriùs circa materiā istarū uirtutū quatuor, q̄ aliarū uirtutū, & ideo sic a cardine cardinales denominantur. Et ita patet, p in ostio sint duo cardines: unus, ad quem ostii motus terminat: alius, in quo ostii motus fundatur, & ostiū uoluit, & ab utroq; cardine p similitudinē nuncupatur: unde primus motus sumit ad similitudinem primi cardinis, secundus à similitudine secundi.

Actuum humanorum circunstantiæ.

ACtus virtutū boni, & uirtuosi sūt, qñ sūt debitis circunstantiis inuestiti. Nomen circunstantiæ uī esse tractum ex his, quæ inueniunt in loco & in quantitatibus corporalibus ad actus morales. Illæ. n. dicunt circunstantię corporis existentis alicubi, quæ non sunt ei intrinsecæ: & tamē ipsum aliquo mō nō attingunt. Similiter in actibus illæ dicuntur circunstantię, quæ non sunt de essentia illiꝰ actus, sed ei accidunt solū. siue subiectiuè, ut modus agendi: siue extrinsecè, ut locꝰ, tempꝰ cōditio etiā personæ agentis, uel materia circa quam est actio, & finis, & similia. Quicquid ergo nō ptinet ad substantiām actus, ut est in specie naturæ, & tamen aliquo modo coniungit ipsum actū dr circunstātia eius.

¶ Oēs aūt circūstātiæ uirtutū in hoc uersū cōtinent.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, q̄uo, quando.

Quę pūt declarari sic. Proportio. n. actus ad finē pōt accipi uel ſm id, p est ī ipso actu, uel ſm id, p est extra. Si primo modo, uel quantū ad speciem actus, & sic est quid: aut quantum ad modū ipsius & sic est q̄uo. Si aūt per comparationem ad extra, uel est per comparationem ad causam. uel per comparationem ad mēsuram. Si primo modo, uel ad causā finalem, sic est cur: uel ad causam efficientē, & hoc vel instrumētalē, & sic est qbꝰ auxiliis: uel principalem, & sic ē qs. Si aūt per comparationē ad mensurā aut ad locū, & sic est vbi: aut ad tempus, & sic est quando. Ex hoc autem patet, p particulares circūstantiæ sunt septē, sc3, ut attendatur primò substantia actus. & sic est quid, secundo modus, & sic est quomodo: tertiò causa finalis, & sic est cur quarto causa principalis efficiēs, & sic est quis: quintò causa instrumentalis, & sic est quibus auxiliis: sextò tempus, & sic est quando: septimò locus, & sic est ubi.

¶ Triplex est genus circunstātiarum. Quædam sunt quæ important cōuenientiam, uel discōuenientiam ad rectam rationem, ut s. quod res accipiatur de uolūtate dñi uel præter eius uoluntatem. Prima. n. circunstātia est concors rationi, sed secunda à ratione recta discordat sicut, quòd res accepta præter voluntatē, accipiat de loco sacro, directè est contra rectā rationem ꝓpter reuerentiam loci sacri. Alię sunt circunstantiæ q̄ de se nullam important cōuenientiam, uel discōuenientiā ad rectam rationem: important tamen suppositio quodam alio: sicut accipere alienum in quantitate magna uel parua, ſm se nō discordat a recta ratione. sed p indebitè accipiat: puta furto vel rapina, maiorē discōuenientiā includit acceptio rei alienæ in magna quātitate, q̄ in parua, sed nō in alia specie. Aliæ sunt circūstātiæ, q̄ nec đ se nec đ quocūq; suppositio includūt discōueniē tiā ad rectā rōnē, nec inclusam minuunt uel augmētāt, sicut, p res aliena accipiat cū manu dextra, uel sinistra.

¶ Circunstantiæ primæ generis. ponunt in actu rationem peccati ſm multitudinē earū, cū in actu eodē multitudo peccatorū sit possibilis: sicut ī acceptiōe rei alienæ ponit speciē peccati, p accipiatur clā, uel puiolēter: qa primo mō furtū est, secundo modo rapina. Si autem accipiatur furtū uel rapina de sacro loco, non est solū furtū uel rapina, sed sacrilegiū, & sic sūt plura peccata, & non unum tm̄. Cuius ratio est, qa vbicunq; in actu uno sunt plures defectus uel deformitates. quarū vna non est determinatiua alterius, ibi sunt plura peccata, sed in re furata uel uiolenter accepta de loco sacro sunt plures deformitates, quarū una nō est determinatiua alterius, igit ibi sunt plura peccata Maior patet, quia formalis ratio peccati consistit in hoc, p nō cōformatur rectè rationi, & talis informitas, uocatur defectꝰ vel deformitas actus moralis. Minor ꝓbat, qa in furtiua acceptiōe rei alienæ de loco sacro est duplex deformitas: vna, qa accipit res aliena præter uolūtatē dñi: alia irreuerentia loci sacri, qui habet immunitatē, nec una istarū per se est determinatiua alterius: quia potest fieri furtū sine irreuerētia loci sacri, & i. reuerētia sine furto, pp p in tali sacrilegio nō est tm̄ unum peccatū, sed duo, & illud. intelligendū est in oībus aliis peccatis qñ in actu uno sunt plures circunstantiæ malæ, quarū una non est determinatiua alterius. Et sic patet qualiter circunstantia primi generis se habet ad actum. Sed contra hoc diceret aliquis, p species rei non pōt uariari nisi per illud, quod est intrinsecum rei, sed circunstātiæ non sunt intrinsecæ actui quantum ad essentiā actꝰ ergo non mutant uel addunt speciem. Dicendū, quòd circūstantiæ nō sunt intrinsecę actui, quātū ad essētiā actus: nec mutant eius speciem, quo ad esse naturæ, sūt tamen intrinsecæ actui, quantum ad bonitatem uel malitiam

moralem, & hanc immutari possunt, uel nouā addere, priori nō mutata. De circunstantiis autē secūdi generis, quæ non includunt cōuenientiā uel discōuenientiā ad rectā rationē, patet, quòd nō ponūt in actu nouam speciē peccati, sed solū in eadē specie augent culpā uel minuunt. Quod patet ex ipsis terminis, quia p nō importat ex se deformitatem, sed importatā auget uel minuit, nō ponit speciē peccati, sed positā auget uel minuit. sed deformitates huius generis sunt hmoi, ut patet ex præcedētibus. ergo &c. Circunstantiæ aūt tertii generis non ponunt in actu speciem peccati, nec augēt nec minuunt. Cuius rō est, qa nullā deformitatē habēt ad rectam rationem ſm bonum, uel malum, nec ſm se, ut ponant speciem peccati, ut circunstantiæ primi generis, nec alio supposito: nec ponunt augmentum in culpa, ut circunstantiæ secundi generis ut patet per exemplum positum de acceptione rei alienæ manu dextra uel sinistra.

¶ Circunstantiæ primi generis, quæ ponunt speciē in actu, si illa species sit de genere pctī mortalis, oēs tales necessariò sunt confitendæ. Circunstantiæ autē secundi generis non necessariò sunt cōfitendæ, ut meliores tenent, sed de magna congruitate. Circūstātiæ autem tertii generis: nec de necessitate nec de congruitate confitendæ sunt, cum non addant speciem peccati, nec augeant nec minuant peccatum.

¶ Circa materiā uirtutū (qa cōe uerbum est tractū ex dicto philosophi. 2. Ethic. Virtus cōsistit in medio) uidendum est, qūo uirtutes consistant in medio. Ad quod dicendum est, quòd mediū dr per cōparationē ad extrema. Extrema autem, prout in moralibus loqmur possunt accipi dupliciter. Vno. n. modo possunt accipi ſm comparationem boni & mali. Alio modo secundum oppositionē superflui & diminuti, Si accipiatur medium per comparationem ad duo extrema opposita, quæ sunt bonum, & malum: sic dicendum est, quòd nulla uirtus consistit in medio, imo cōsistit in extremo uel tenet extremum. Si enim sic esset in medio, participaret aliqd de bono, & aliquid de malo, cū mediū participet naturam extremorū. Hoc aūt falsū est, qa nulla uirtus aliquid mali participat, sed tenet alterum extremū, s. rationem boni, ergo non potest dici, p aliqua uirtus cōsistat in medio isto mō. Si autem accipiatur mediū secundum comparationē ad extrema, q̄ sunt superfluū & diminutū, excessus defectꝰ: sic & uirtꝰ moralis oīs, & uirtus intellectualis, suo mō cōsistūt in medio, ut patet 2. Eth. sicut in excessu largitionis donorū, cōsistit uitiū, p dr ꝓdigalitas, in defectu auaritia, & liberalitas, in medio aūt cōsistit liberalitas, q̄ ē virtus qñ danť dāda, & retinenť nō danda, & hoc mediū in uirtutibus moralibus accipit ſm rectā rationē. Idē patet in uirtutibus intellectualibꝰ Qñ. n. in intellectu affirmat esse, qđ nō est, est excessus. & superabundantia: ut si dicerem, p homo esset incorruptibilis. Qñ autem negatur esse, quod est, est defectus, & diminutio: ut si dicerem hominem non esse risibilem. Horum autem utrunq; quælibet uirtus intellectualis refugit. Consistit autem in medio, in affirmando scilicet, quod res est, sicut, quod homo est risibilis, & negando, p non est. ſ p homo non est lapis.

Dona septem ſpiritus ſancti, Sapientia, Intellectus, Consilium, Fortitudo, Scientia, Pietas, Timor domini.

DOna spiritus sancti ponūt oēs doctores esse habitus, sed an sint idē realiter cū habitibus uirtutū uel differant realiter, est difficile uidere, & iō in hoc est diuersorū sūa, teneo tñ doctrinā cōmunem, & dico, quod differant realiter. Vbi intelligendum, p habitus magis uideat requiri ꝓp modū. quàm ꝓpter substantiam actus. In actibus autem hmanis consideratur aliquid humanum, & aliquid ſuper humanū siue diuinum. Humanum autem potest accipi tripliciter. Primo enim potest dici operatio humana, quia est a potentia operante vel imperante operationi, q̄ est humana, pro eo, quod est hominis inquantum est homo. Et sic operatio dicitur humana, quæ est elicita a potentia rationali, uel important ab eadem potentia, quæ est nata obedire rationi. Aliæ autem non sūt humanæ, ut nutrire, digerere, & hmōi, & uniuersaliter omnes, in quibus communicat hō cū brutis brutaliter. Secundo modo dr aliquid humanum, uel operatio humana, ratione materiæ, siue obiecti, & hoc modo istæ operationes, quæ habēt passiones uel operationes humanas pro obiecto, dicuntur humanæ. Et per oppositum illæ non dicuntur humanæ, quæ habent pro obiecto aliquid ſuperius humanis operationibus, & passionibus, ut sūt necessaria, & æterna, imo dicuntur esse diuinæ. Vnde decimo ethicorum dicit philoso. quòd opus speculatiuum magis diuinum dr q̄ humanum. Nec etiā dicunt humanæ, q̄ habent pro obiecto aliquid iuferius humanis operationibus uel passionibus, ut expresè patet in operationibus uegetatiuæ uel sensitiuæ, quia tales non sunt humanæ, sed plantarum, & brutorū. Tertio modo dr aliqd humanum ex mō opationis, qa sc3 in opationibus, q̄ sunt humanæ primo mō uel scđo mō modꝰ humanus seruať, & hūc modū qlibet in se pōt faciliter experiri. Si aūt ea, q̄ hoīs sunt illis duobus modis, aliqs mō sup humano exequať exedens modū coēm, erit operatio quodammō ſuper humana, & diuina. Qđ aūt hō mō brutali uel subhumano mō rationi uel humano, mō suphumano, vel diuino in suis opibus se habere possit faciliter patet Nā hō tenet mediū iter bruta, & substātias separatas, q̄ diuinæ dicunt. Si ergo in malitiis est inuenire modum humanū peccandi, sicut in uitiis cōibus, ut in furari, & inuidere, & hmōi Et modum subhumanū, & brutalē, sicut in pctīs cōtra naturam, quæ excedūt modū humanæ malitiæ. Ita in bonis est inuenire opationes, q̄ tenēt humanū modū. ad quē p ficiūt uirtutes morales, de qbus supra dictū est, & ulteriùs etiā modū suphumanū seu diuinū, ad quē pficit una uirtus, q̄ ponit Arist 7. eth. quæ uocatur heroica, quæ directe bestialitati opponitur, vt dr ibidē, de qua etiam supra dictum est. Ex his concluditur breuiter differentia inter virtutes, & dona, qa uirtutes pficiunt mō humano, sed dona mō superhumano, & diuino. Vñ eodē modo uidentur se hre uirtutes ad dona apud theologos, quo mō se habet uirtus heroica ad cæteras morales uirtutes apud philoso. Et humanū hic accipitur in donorū, & uirtutū differentia, ex parte modi operationis, non autem ex pte potentiæ uel obiecti, quia in illis aliqua conueniunt.

¶ Dona ista perficiunt habentem ad promptè exequendū instinctum ſpiritussancti, & ideo in omnibus potentiis, quæ possunt esse principia bonorum actuū uel malorum, dona ponuntur tam in parte intellectiua, quàm appetitiua. Intellectus autem siue ratio distinguitur in speculatiuam, & practicam non tanquā indistinctas potētias, sed in unam distinctam in diuersos actus, ut supra dictum est, & declarabitur infra. In ratione autem tam speculatiua, quàm practica ē cōsiderare duo, scilicet ipsam apprehensionē rei, & iudicium de re apprehensa Ratio ergo speculatiua modo superhumano vel diuino, quantum ad apprehēsionē perficitur dono intellectus quantum uerò ad iudiciū perficitur dono scientię, & ista quatuor dona sunt in intellectu sicut in subiecto. Virtus autē appetitiua in

his,quæ sunt alterũ perficit dono pietatis modo sup humano & sic bonum est uolũtate,sicut in subiecto. In his autem, quæ sunt hominis ad seipsum, quantũ ad passiones appetitus,indigemus duplici pfectione. Quędam n passiones retrahunt nos a bono ut timor periculorum,& respectu horum,modo sub humano perficimur per donum fortitudinis. Aliæ uero passiones inclinant ad malum,ut delectationes & cõcupiscentiæ carnis,& cõtra ista perficimur modo supehumano per donum timoris:propter timore m enim do ni declinat homo a malo dr̃. Prou. 15. Ideo petebat ad hoc istud donum psal. dicẽs: Confige timore tuo carnes meas:a iudiciis n tuis timui.Et hæc duo dona sunt in appetitu sensitiuo in parte cõcupiscibili,sicut in subiecto. Aliter autẽ sumitur hæc distinctio a quibusdam sic.Dona perficiunt in uita speculatiua, siue contemplatiua,siue actiua.Si speculatiua, aut per modum uisus inspicientis,& sic perficit donũ intellectꝰ, aut per modum gustus experientis,& sic pficit sapiẽtia.Si autem perficiat in actiua,aut quantum ad recessum a malo,& sic perficit donum timoris: aut quãtũ ad perfectionem in bono.Bonũ aũt duplex est,quoddã necessarium,& respectu istiꝰ perficit donũ sciẽtiæ vt dirigens,donum autem pietatis, ut exequẽs.Aliud autem est bonum supererogationis,ad quod non omnes tenentur,& respectu talis boni perficit donum consilii per modũ dirigentis, donum autem fortitudinis per modũ exequentis. Hæc aũt dona quãuis diuisim possẽt ex diuersis locis scripturæ sacrę colligi, tamen.1ca,11.cap.ponuntur unitæ,vbi de Christo dr̃ sic:Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini,spiritus sapientiæ,& intellectus,spiritus consilii,& fortitudinis,spiritus scientiæ,& pietatis,& replebit eũ spiritus timoris domini.

Septem petitiones.

CVm multis auxiliis spiritualibus ad bene operandum indigeamus (quia non sumus aliquid sufficientes ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est,ut dicitur.2.Chorin.13.)iccirco recurrendũ est ad Deũ, qui dat omnibus affluenter,& non improperat,ut dr̃ in canonica Iacobi.1.ca.& petẽda sunt diuina auxilia, qbus indigemus in uitæ operibus tã actiuæ,quam contemplatiuæ, maxime Christo dicẽte:Luçæ undecimo:Petite, & accipietis. Hæ aũt petitiones cõmẽtes auxilia homini necessaria ad bene opandũ,sunt septẽ, quę ponuntur in oratione dominica,quæ dr̃, Pater noster, & ponuntur Mat.6. Prima est,sanctificetur nomẽ tuum.Secunda est, adueniat regnum tuum Tertia,fiat uoluntas tua &c.Quarta,panem nostrum quotidianũ da nobis hodie.Quinta est,dimitte nobis debita nostra.Sexta est, & ne nos inducas in tẽtationẽ Septima est,sed libera nos à malo.Et hæ septem supplicationes petitiones dicitur.

Octo beatitudines.

BEatitudines autem quidam uoluerunt esse habitus quosdam perfectiores,distinctos a uirtutibꝰ & donis. Sed melior sententia est, beatitudines non esse habitus distinctos à donis & uirtutibꝰ,sed sũt operationes donorum,& uirtutum perfectarũ.Hæ autem per ordinem ponuntur.Matth.5. Prima est,Beati pauperes spiritu,quoniam ipsorum est regnũ cælorũ. Secunda est:Beati mites,quoniã ipsi possidebũt terrã. Tertia est:Beati qui lugẽt,quoniam ipsi consolabunt̃. Quarta est:Beati qui esuriunt,& sitiũt iustitiam, quoniã ipsi saturabunt̃.Quãta est: Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur Sexta est,Beati mũdo in corde,quoniã ipsi Deũ uidebũt. Septima est:Beati pacifici,quoniã ipsi filii Dei uocabunt̃. Duæ autem subsequentes,(Beati qui persecutionem pati. &c. & illa, Beati estis cũ maledixerint uobis homines,&c.nõ sũt speciales beatitudines, sed sunt aliarũ contentiuę conclusiuę,& manifestiuæ. Prima quidẽ generaliter respectu omnium fidelium,sed secũda respectu apostolorum,& discipulorũ, qui in primitiua ecclesia erãt speciales persecutiones passuri. Vnde ꝙ primo generaliter dictum fuerat. Beati q̃ persecutionẽ pa.&c.etiã determinat in speciali applicãdo discipulis,& dr̃. Beati estis cũ maledixerint uobis homines, &c. intelligendum est, quod sicut dona habent actũ aliquẽ pertinentẽ ad patriam,ut doctores dicunt, ita in singulis beatitudinibus duo ponuntur. Vnum pertinens ad statum uiæ, & signatur primo. Aliud pertinens ad statum patriæ,& illud designatur,secundo, ut patet in omnibus.Verbi gratia,in prima,beati pauperes spiritu,ecce pertinens ad statum uiæ:Quod iam ipsorum est regnum cœlorum,ecce pertinens ad statum patriæ.

Duodecim fructus spiritus.

NOmẽ fructus à corporalibus ad spiritualia trãsferũt Dr̃. n. in corporalibus fructus illud,ꝙ de terræ nascentibus ultimum expectatur. Et ideo omne illud, quod de rebus consequitur aliquis quasi mercedem laboris circa illam impensi, per nominis extensionem fructus dr̃.Hoc autẽ potest esse dupliciter. Vno modo vt dicat fructus illud, quod de re aliqua principaliter expectatur, & sic fructus omnis nostri operis dicitur Deus. Et de hoc fructu potest illud Sapien.quarto,intelligi bonorum operum gloriosus est fructus.Alio modo,ut dicatur fructus illud,quod ꝙs consequitur ex opere,nõ principaliter ꝓp hoc opans. & hoc mõ delectationes,q̃ sunt in bonis opibꝰ & actibus sunt,& dici possent fructus bonorũ operũ. Vnde secundũ philosophũ in ii.& 10.Ethi.Ois opatio ꝓcedẽs ex habitu perficiente, habet delectationẽ annexã Et de tali fructu loquitur Ambrosiꝰ.dicens: Virtutes fructus dicuntur,ꝙa suos possessores sancta,& synce ra delectatione reficiunt,& sic loquitur hic de fructibus.Fructus autem isti ab Apostolo ad Galatas ponũ tur per ordinem capitulo,5.vbi dicit sic: Fructus aũt spiritus est charitas,gaudium,pax, patientia, longanimitas,bonitas,benignitas,mansuetudo, fides modestia,continentia,castitas.Et sic patet, quod omnes fructus sunt duodecim.Et etiam ex dictis patet, quid nomine septem petitionum,septem donorum, septẽ beatitudinum,& duodecim frnctuum(de quibꝰ scritura,& doctores loquuntur sępius) importetur.

Petitiones,dona,beatitudines,& fructus,quomodo sibi correspondeant.

CVm igitur petitionibus dona,petitiõibus,& donis beatitudines,petitionibus,donis,& beatitudinibus fructus respondeant,& sibi mutuo correspõdeant ut dicit glossa Matth 6.ubi dr̃: In petitionibus siuæ præcibus est ut impetremus dona,in donis ut operemur,de operatione beatitudines consequamur, & per consequens fructus etiam his respondent: iccirco de eorum correspondentia simul dicẽdum est.

¶ Cum omnes petitiones sint ad auxilia diuina postulanda, aut postulamus diuina auxilia ad operã cõtemplatiuæ uitę,aut actiuæ. Si ad opera vitæ cõtemplatiuæ, sic indigemus duplici auxilio. Vnum est, ut ipsorum contemplabilium diuinorum maiestas,& dignitas nobis appareat,& hoc auxilium postulamus, cum dicimus:Pater noster,qui es in cœlis, sanctificet̃ nomen

nomen tuum,i. fac vt nomen tuum sanctum apud homines habeatur,vt non contemnant. Vnde & hoc nihil aliud est petere secundum Augustinum ad Probã, nisi illud Eccle.36. Sicut in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, ita in conspectu nostro sanctificabe ris in eis.Et quia ex hoc, ꝙ hõ fit huius excellẽtiæ particeps,habet ordinare, & iudicare, quòd ad sapientẽ pertinet,primo metaph.ideo huic petitioni donum sapientiæ correspondet.Et quia per donum sapiẽtiæ homo est tranquillus,& ab inferioribus eleuatus ad diuina,per consequens fit aliqualiter diuinitatis particeps iccirco respondet isti petitioni, & dona alia beatitudo,quæ est.Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Et quia per hoc homo summè unitur Deo, ideo respondet omnibus istis fructus,qui dicitur charitas, id est summa unio ad Deum.

¶Aliud auxilium est, vt in contemplatione diuinorum magnalium nostram beatitudinẽ cognoscamus, & sic homo talibus contemplandis magis inhæreat, & hoc petitur secunda petitione, qua dicitur: Adueniat regnum tuum.Glossa, idem, manifestetur hominibus,vt in nobis veniat,& secundum Augustinũ hoc est idem petere. Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus..Et quia talis cognitio ad intellectũ pertinet, ideo huic petitioni respondet donum intellectus. Et ex hoc patet etiam,quòd sexta beatitudo istis duobus respondet:scilicet.Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Et quia per fidem Deum credimus, ideo istis respondet iste fructus, qui dicitur fides, uel cognitio spiritualium sine dubitatione.

¶In operibus autem actiuæ uitæ indigemus duplici auxilio. Primum est,ut bona nobis conferantur quibus indigemus ad bene operandum.Secundum est,ut mala impedientia remoueantur. Bonum autem ad uitam actiuam necessarium, est duplex. Vnum quidem directè ad opus uirtutis ordinans,sicut ipsum honestum bonum,& hoc petitur in tertia petitiõe,cum dicitur.Fiat uoluntas tua sicut in cœlo, & in terra. In qua secundum Augustinum petimus obedientiam ad Deum, ut sic fiat eius uoluntas a nobis in terris, sicut fit ab angelis in cœlis.Vnde secundum ipsum idẽ est hoc petere,secundũ illud Psalmistæ: Gressus meos dirige secundum eloquium tuum. Et quia consilijs cõtinentur non solum viæ præceptorum,imo semitę cõsiliorum, ideo huic petitioni respondet donum consilij.Et quia misericordia præcipuè præcipitur,& cõsulitur,iuxta illud Lucæ.6.Estote misericordes, iccirco his respondet quinta beatitudo. Beati misericordes: quoniam ipsi misẽ &c.Et his respõdet aliquis de fructibus in speciali, sed bene conuenit cum alijs in generali,ut in conclusione huius capituli infra dicetur.

¶Aliud autem bonum est,organicè,& instrumentaliter se habẽs ad uirtutem,& ei seruiens, sicut temporalia subsidia,quibus homo ad bene uiuendum iuuat & hoc bonum petitur in quarta petitione, qua dicit: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et hac petitione non solum petitur panis. sed etiã omnis sufficientia rerum temporalium: nec solum sufficientia corporalis panis,sed etiam sacramẽtum fidelium. Vñ & Matth.6.dicitur.Panem nostrum supersubstantialẽ da nobis hodie. Per hodie intelligitur totum tempus vitæ præsentis,& hoc est petere illud Prouer.30.Diuitias,& paupertates ne dederis mihi, sed tantum uictui meo tribue necessaria.Et quia panis cor hominis confirmat,ut dicitur in psalmo: ideo huic petitioni respondet donum fortitudinis, cuius est confirmare,& confortare. Subsidium enim vitæ nos sustentat in via, & statim ex hoc patet, quod istis respõdet quarta beatitudo,scilicet,Beati qui esuriunt,& sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, & per consequens his omnibus respondet fructus, qui dicitur longanimitas.

¶Malum autem,cuius amotione indigemus, vt bene operemur secundum Augustinum est triplex, scilicet malum culpæ,& hoc est peccatum:malum ad culpam inclinans,& trahens, & hoc est tentatio, malum pœnæ,quod est afflictio.Cum igitur amoueri petimꝰ malum culpæ,hoc petimus quinta petitione.Dimitte nobis debita nostra. &c. Vbi secundum Augustinum instruimur,quid petamus, vt scilicet dimittantur nobis debita nostra,& quid faciamus,vt accipere mereamur,& hoc,cũ dicit. Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.Et hoc idem petiuit psalmista,dicẽs.Dñe Deus meus,si feci istud,si ẽ iniquitas in manibus meis Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidã meritò ab inimicis meis inanis. Et quia per recognitionem peccatorum inducitur contritio, & per vtrumq; remissio,ideo statim patet,quòd huic petitioni. respondet donum scientiæ, vtriq; autem tertia beatitudo,s. Beati qui lugent:quoniam ipsi consolabuntur.Et quia ab eorum conseruatione, & consecutione multum carnales delectationes impediunt, ideo istis respõdẽt duo fructus, s.abstinentia,per quam cauentur illicita, & continentia per, quam etiam licita delectabilia.

¶Vt autem malum ad culpam inclinans amoueat, postulamus sexta petitione, quæ est. Et ne nos inducas intentationem &c.In qua secundum Augustinum petimus,ne deserti diuino auxilio, alicui malo cõsentiamus decepti,vel ne cadamus afflicti.Et hoc est petere illud Eccle.23.Aufer a me ventris concupiscentias.Et quia inter cæteras tentationes proximorũ, molestiæ magis prouocant,quæ per vnitatem,vel mititatem dissimulantur, ideo huic sextæ petitioni respondet donum pietatis,quo homo est pius,& mansuetus & mitis. Ex quo patet, quòd istis respondet secunda beatitudo, quæ est:Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.Et istis respondet tertius fructus. Inquãtum enim homo non mouetur ad nocẽdum inferẽti nocumentum, respondet fructus qui dicitur mansuetudo, in quantum autem habet nocenti dulcẽ animum in affectu, dicitur fructus respondens bonitas, sed secundum,quod non habet solum bonum affectũ sed etiam in effectum prorumpit, vt sit communicatiuus suorum ad alios,sic respondet fructus, qui dicit benignitas.

Quod autẽ malum pœnæ amoueatur, postulamus septima petitione,qua dicitur. Sed libera nos a malo Et hoc idem secundum Augustinum petiuit psalmista dicens. Erue me ab inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Et quia inter cætera mala pœnæ timenẽ,& formidantur, ideo isti petitioni donum timoris respondet. Et quia pauperum in tribulatione existẽtium est petere auxilium, iccirco istis respondet prima beatitudo, s. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cęlorum. Et ꝙa inter omnia, q̃ impediunt in vita actiua bonam operationẽ,ẽ delectatio in diuitiis,& honoribus,ideo istis petitionibus dono,& beatitudini respondetur fructus,ꝙ dr̃ modestia,cuius est hãc delectationẽ cohibere. beatitudinibus aũt duabus vltimis,quæ sunt septem dictarũ beatitudinũ cõtẽtiuæ,cõclusiuæ, & manifestatiuæ, correspõdet fructus,ꝙ dr̃ patiẽtia.Oibꝰ aũt petitionibꝰ,donis,& beatudinibꝰ gñaliter respõdẽt duo fructꝰ s.gaudiũ,& pax.Ex dictis ergo cõcludo,ꝙ aliter dona petitiõibus,& beatitudines dõis, & petitiõibus respõdẽt.& aliter fructus eis,& ea fructibus Nã singulis petiõibus,& donis beatitudines singulæ,& singulis beatitudinibus, ista singula correspondent, vnũ vni,&

vnum alteri. Sed fructus nõ sic, quia cum fructus sint duodecim, vnus fructus non respõdet uni beatitudini, uel vni dono, vel vni petitioni, sed omnis fructus omnibus correspondet, vel plures vni eorum respondent, vel unus vni, & omnes omnibus in generali, licet nõ aliqs alicui speciali, vt patet in tertia petitiõe.

Timor castus, seu filialis Timor initialis, Timor humanus, seu mundanus. Timor seruilis,

QVoniam autẽ inter septem dona spiritussancti ponit timor, cuius acceptio ẽ multiplex in scriptura, iccirco aliqd de timore adijciẽdũ ẽ.

TImor diuiditur in castum, seu filialem, initialẽ, humanum seu mundanũ, & seruilem. Hæc aũt, diuisio non est secundum formales rationes obiectorum, sed secundum quod per ipsum a Deo auertimur vel ad Deũ cõuertimur. Accipitur autem hæc diuisio timoris nõ solũ ꝓpriè, sed strictè, prout respicit malũ difficile, & arduum. Sed & largè, prout respicit quod cunq; malum, dato quòd nõ sit difficile, nec arduum, & tale malum magis propriè respicit odium, quàm timorem, omne enim malũ odibile, sed nõ omne malũ timendum, sed solum est timendum malum difficile, Et sic malum culpæ, non est timendum secundum se, & absolutè, quamuis sit odibile. Et est ratio, quia tale malum est in nostra potestate, sed secũdum se timẽdũ non est, nisi propter tentationes adiunctas, quas qñq; euadere est difficile sine culpa. Accipiẽdo ergo timorẽ sic largè, diuidit hoc modo. Cũ em timor cõsistat i fuga mali, sit aũt duplex malũ, s. culpę, & pœnæ. Vel cõsistit timor in fuga mali culpæ, ꝙ malũ a Deo separat, & sic diceret esse timor castus, vel filialis. Filialis, ꝓut cõparat ad Deũ sicut ad patrẽ, iuxta illud Matth. 23. Vnus est pater vester cœlestis. Castus vero, secundum quod comparatur ad Deum, vt ad sponsum animarũ nostrarũ, iuxta illud. 2. ad Chor. 11. Despondi vos vni viro virginem castam exhiberi Christo. Per hũc aũt timorẽ ad Deũ perfectè conuertimur. Si autem timor consistat in fuga mali pœne hoc erit dupliciter. Est em quædam pœna pro cuius vitatione culpa committit, sicut sunt pœnæ temporales, vt uerbera. Et per hũc timorem homo à Deo auertit peccãdo, & dicitur talis timor humanus, vel mundanus: mũdanus quidem in quantum respicit res exteriores tẽporales, vt diuitias & huiusmodi, humanus, inquantũ respicit pœnas particulares, vt verbera: sicut autem alterius rationis sint bona tpalia exteriora, & particularia, tñ: quia eadem ratione a Deo auertimur per utrumq; timorem, ideo vtrumq; cadit sub vno membro timoris, quo. s. à Deo auertimur. Alia pœna est, ꝓ cuius uitatiõe peccatum omittit, sicut pœna, q̃ erit post hãc vitam, & per hunc timorem ad Deum conuertimur a peccato resiliẽdo. Et hãc pœnam respicit timor, qui dicit seruilis, q̃ pro tanto dicitur seruilis, quia peccatum sic dimittitur nõ libera uoluntate, sed coacto timore, qui dicitur seruilis, vnde seruilitas non intrat essentiam huius timoris sed est denominatio ab extrinseco, & ab effectu. Si autem homo conuertatur ad Deum, & fugiat vtrumq; malum tam culpę, quam pœnæ, sic uocatur timor initialis, quia initium est timoris filialis.

¶Ex his timor humanus, & mundanus nullo modo est bonus, nec habet rationẽ doni, quia in tali cõmittitur peccatum, sed talis timor, vel est passio, vel electio similis passioni, vel habitus, secundũ quod aliquando habitus, nomine passionis, vel operatiõis nominatur. Timor aũt seruilis bonus est, sed non perfectè: nec habet rationem doni, quia omnis uirtuosus operatur gratia boni, vel vtturpe vitetur. Timor uero seruilis non operatur gratia boni, nec propter fugam turpis sed ꝓpter fugã tristis, & ideo est materialiter bonus, sed non formaliter. Timor autẽ castus, & filialis est bonus & perfectus simpliciter, & est donũ spiritussancti, quia facit abstinere a malo timentis illud inconueniens, quod est separatio animæ à malo, Timor etiam initialis bonus est, sed non adeo, vt filialis, & habet rõnẽ ex ea parte, qua participat aliquid de filiali: non autem est ex ea parte, qua participat aliquid de seruili.

¶Hic videndum est, quis istorum timorum, & qualiter sit a spiritu sancto. Et notandum, quòd quædam sunt a spiritu sancto, quæ non sunt cum spiritu sancto vt fides informis, & timor seruilis, quod quidem nõ est nisi propter deformitatem concomitantem. Quædam sunt à spiritu sancto, & cũ spiritu sancto, vt charitas, & sic est a spiritu sancto, timor castus siue filialis, & talis est timor initialis quantum ad illud, quod cum filiali participat. Quædam uerò sunt cum spiritu sancto, & non a spiritu sancto, vt peccatum ueniale, & ueniale, & talis est timor mũdanus, vel humanus, ubi solum peccatum ueniale infra charitatem tali timore committitur. Quædam verò sunt non à spiritu sancto nec cũ spiritu sctõ, vt pctm̃ mortale, & talis est timor mundanus, vel humanus, vbi peccatum mortale committitur ex tali timore.

DE PRAECEPTIS.

Præcepta moralia, ceremonialia, iuditialia.

PRæcepta diuinæ legis distinguuntur ꝓ moralia, ceremonialia, & iudicilia. Moralia illa dicuntur, quæ sunt dicta rõne naturali, & quæ possunt esse exequenda lumine naturalis rationis, & ad hæc tenentur homines tẽpore legis naturæ, & legis scriptæ, & gratiæ, ut honora patrẽ, & sic de alijs pceptis decem decalogi, & in his nullus põt dispensare nisi Deus, nec si contrariũ præciperet, Deus esset propriè dispensatio, sicut qñ præcepit interfectionẽ filij Abrahæ. Genẽ. 22. Expoliationẽ Aegyptiorum filijs Israel Exo. 11. & sumere uxorem fornicariã Oseę. i. Ibi enim est aliqua mutatio ordinis, sicut facere de nõ suo suum. Et hæc sunt decẽ ꝓcepta decalogi.

¶Ceremonialia autẽ dicuntur præcepta, quæ pertinent ad diuinum cultũ, & fuerunt ordinata ad figurãdũ aliquod futurũ, sicut fuit ꝓceptũ. Exo. 12. de immolatiõe agni Paschalis, qui figurabat passionẽ Chri. Hæc aũt ceremonialia. quia nõ erãt de dictamine rõnis naturalis, non obligabãt ante legẽ datam, sed tẽpore legis scriptę. Et quia præsente luce cessat figura, & umbra, iõ tẽpore legis, & gr̃æ post Christũ cessauerũt. Vñ dr̃ ꝙ ceremonialia fuerunt uiua vsq; ad Chr̃m, mortua in passione Chri, sed mortifera post diuulgationẽ euãgelij. Obligabant em̃ Iudæos vsq; ad Chri passionẽ: i passiõe aũt Chri soluta est obligatio. Sed post diuulgationẽ enãgelij esset pctm̃ mortale illa obseruare, qa daretur Christus uenturus intelligi, nõ uenisse.

¶Iudicialia verò præcepta dicuntur, quæ data sunt soli populo iudaico ad iuditia exercenda, consideratis cõditionibus illius populi, vt ꝙ furatus ouem redderet quatuor. Ceremonialia ergo, & iuditialia non ereant de dictamine rationis naturalis, quia nõ dictat ratio naturalis, quare quatuor ouem pro vna sint magis reddendæ, quam tres: quamuis sit de dictamine ratiõis, quod restitutio, & satisfactio faciẽda sit. Et hæc præcepta nos modo non obligant.

¶Præcepta autem quædam sunt partim moralia, & partim ceremonialia, ut præcepta de obseruatione sabbati, quod est quantum ad hoc: morale, quia est de dictamine rationis, naturalis, ut quod sit aliquod tempus

pus quieti deputatum ad vacãdum diuinis, sed quod dies sabbati, uel dies dominica, uel aliqua dies magna vna plus, quàm alia deputetur, non est de dictamine rationis naturalis. Et ideo quod determinaretur sabbatũ fuit ceremoniale, ad figurandum requiem corporis Christi in sepulchro. Et quia in moralibus non cadit dispensatio, ideo ecclesia non posset dispensare vel ordinare, quin in aliqua die deberemus vacare diuinis, & quieti operum seruilium. Sed quia ceremonialia cessauerunt, iccirco ecclesia ẽt in illis potest ordinare, vnde, & mutauit diem huius obseruantiæ, ne videamur iudaizare, a sabbato in dominicam.

¶Quædam insuper præcepta sunt partim iudicialia & partim moralia, ut præceptum de decimis dandis, habet enim morale hoc, quod est ibi de dictamine naturalis rõnis, & hoc est ut aliqua portio a populo deꝰ illis, q̃ ꝓ toto populo vacant diuinis obsequiis sicut, & qui in aliis officijs reipublicæ populo seruiunt, a populo sustentatur. Et quantum ad hoc, intelligitur illud Matthæi 7. Dignus est operarius cibo suo. Et illud Apostoli primæ Corinthæorũ 9. Dominus ordinauit, vt qui euangelium annunciant de euangelio viuant. Quantũ autem ad hoc, quod determinetur, & detur certa quota, scilicet nona, & decima vel vndecima pars, non est præceptum morale: quia non est de dictamine rõnis naturalis magis nona pars, quàm decima, vel decima quã vndecima vel duodecima, sed hoc fuit iudiciale, & illi soli populo datur, considerata conuenientia ad istum populum: in quo pensata multitudine ministrorũ, fuit necessaria talis taxatio. Et quia in his, quæ sunt moralia, non potest ecclesia dispensare. idcirco quamuis ecclesia fructus decimarum ꝓ seruitia, quæ fecerunt ecclesiæ milites, in aliquibus partibus ponit eis remittere, uel vt ab aliis accipiant concedi: non tamen potest dare ius decimas accipiendi, nec ab isto iure potest aliquem eximere. Quia verò talis quota, scilicet sub denario numero, nõ est de dictamine rationis nec moralis, sed iudicialis: idcirco potest ordinari vt decimæ soluãtur sub quota denarij numeri vel vicenarii, si multitudo vel necessitas ministrorum exposceret. Posset etiã ordinari in nouenario numero uel octenario, & tunc tenerentur soluere in tali quota.

¶Decimæ sunt de iure diuino, quantum ad aliquam partem: sed quantum ad quotam sub denario numero, sunt de iure positiuo, & humanò. Si enim essent de iure diuino, & sub præcepto morali, quantum ad quotam denarij, nullus saluaretur transgressor, qui nõ solueret sub denario numero, sicut nullus saluatur huius transgressor præcepti moralis, Non futurum facies. Esset autem valde graue, tot mũdi partes damnare, quot sunt non soluentes sub illa quota. In quibus tamen, q̃uis de iure positiuo teneantur, dicunt doctores eos nõ damnari, si non soluãt vbi ecclesia non petit: quia vr̃ remittere non petendo. Ideo decipiuntur aliqui ex nomine, quia decima a denario nomẽ sumpsit ex hoc credẽtes, quod sub denario numero sint de iure diuino. Nõ enim est hoc necesse; pro tãto enim a denario numero nomen sumpsit, quia primo sub quota denarij iudiciali præcepto ab illo populo est soluta. sicut etiam dies dominica dr̃ sabbatum, quia primo ista dies ad quietẽ ordinata fuit, Non est autem necesse, quod nomen sem per significet illud, ad quod primo ad significandũ imponitur: imo postea extenditur ad multa, vt de nomine actus & potentiæ & de aliis multis patet in isto tractatur, vt supra patuit: vnde quæcunq; quota, etiam sub quadragenario numero, decima nuncupatur. Ex his patet, quæ sunt præcepta moralia, cerimonialia, iudicialia & quæ partim ceremonialia, partim moralia, & partim iudicialia.

Non est etiam inconueniens, quòd sicut sunt aliquæ præcepta partim moralia, & partim iudicialia, alia partim moralia, & partim ceremonialia: sic etiam aliquod præceptum sit partim morale, partim iudiciale, & partim ceremoniale. ut præceptum de decimis. quãtum ad aliquam quotam, erat morale. quantum ad quotã denarij, erat iudiciale illi populo, cui iudicialiter sub illa quota denarij numeri determinatum erat, vt dici posset ceremoniale, inquantum circa Christum futurum aliquid figurabat. Et idem potest dici de præcepto obseruantiæ sabbati.

Decem præcepta moralia siue decalogi.

PRæcepta moralia siue decalogi sunt decem, dicta a decas quod est decem, & logos, quòd est sermo, quasi sermo de decẽ. Præcepta aũt sunt leges ad bene ordinandam communitatem: bonum autem communitatis in duobus consistit, in ordinatione scilicet bona ad principem communitatis, & in ordinatione bona ad seinuicem eorum, quæ sunt conciues. Præceptorum autem diuinorum quædam ordinant hominem ad Deum, ut ad principem communitatis: quædã ad ꝓximos, ut ad conciues Principi autem tria debentur a subditis, scilicet fidelitas, reuerentia & famulatus. Fidelitas autẽ in hoc consistit, vt honor principis alteri nõ exhibeatur, & ad alterum non transferatur. quantum ad hoc, datum est primum præceptum. Non habebis Deos alienos. Quo præcepto omne pertinens ad idolatriam quocunque modo, prohibetur. Reuerentia autem consistit in hoc, vt nihil contra eum iniuriosum cõmittatur. & quantũ ad hoc, ordinatur secundum præceptum: Non assumes nomen Dei tui in uanum. Famulatus autem debetur principi in recompensationẽ beneficiorum, quæ ab eo percipiunt subditi, & ad hoc pertinet tertium præceptum. Memento vt diem sabbati sanctifices, quod partim fuit morale, & partim ceremoniale, ut priùs dictum est. Ad proximum autem ordinatur homo, ut ad conciuem dupliciter, scilicet generaliter, & specialiter. Specialiter quidem, quantum ad illos, quorum modo speciali est debitor, ut eis debitũ reddat, cuiusmodi sunt parẽtes. Et ad hoc ptinet quartũ præceptum de honore parentum. Honora patrem, & matrem tuam. Quãtum ad hoc autem, quòd homo ad proximum generaliter ordinatur, sciendum quòd habet fieri tripliciter, scilicet ut nocumentum non inferat, nec opere, nec uerbo, nec mente. Opere autem infertur nocumentum proximo tripliciter. Vno modo in propriam personam contra suam consistentiam, id est personam per homicidium. & quantum ad hoc, est quintum præceptũ. Non occides. Alio modo in personam coniunctam specialiter, quantum ad propagationem prolis, & quantum ad hoc, est sextum præceptum. Non mœchaberis. Mœchari autem est alteri illicitè misceri. in quo prohibetur omnis illicitus usus, uel potius abusus illorum membrorum. Tertiò infertur nocumẽtum opere proximo in rem exteriorẽ possessam. & quãtum ad hoc, est septimum præceptum, Non furtum facies. In quo prohibetur omnis contrectatio rei alienæ inuito domino. Nocumentum autem quod ore inferẽ, prohibetur per illud: Non falsum testimonium dices. Nocumentum autem mentis uel cordis, prohibetur dupliciter. Cum enim peccatum cordis consistat in cõcupiscentia inordinata, duplex autem sit concupiscentia, scilicet concupiscentia carnis, & oculorum, concupiscentia carnis prohibetur nono præcepto, Non concupisces vxorẽ proximi tui: concupiscentia autem oculorum respectu rerum temporalium, prohibetur decimo præcepto. Non concupisces rem proximi tui,

non

non agrum nec ancillam &c. Hic autem non prohibet ancilla pro usu concubinę & vlu voluptatis, quia sic ꝓ hibetur prohibitione, qua prohibetur concupiscentia carnis, sed quantum ad seruilem actum vsum, & utilitatis. Et sic patet decem præceptorum decalogi (quæ dicuntur moralia) sufficientia, & distinctio, quæ in his versibus comprehenduntur.

¶Vnum cole Deum nec iures vana per ipsum.
Sabbata sanctifices. habeas in honore parentes.
Non sis occisor, fur, mœchus, testis iniquus,
Alterius nuptam, nec rem cupias alienam.

¶Præceptorum quędam dicuntur esse præcepta primę tabulæ. quędam secundæ tabulæ. Ad quod videndū notandum est, quòd Deus dans legem Moysi in monte Sinai, dedit eam scriptā in tabulis lapideis, ad denotādum, quòd quia lapis est multum impressionis retentiuus. sic lex debebat esse cordibus hominū indelebiliter impressa. Erant aūt duæ tabulę. Moysi, quia lex hæc cōtinebat duo præcepta charitatis, scilicet dilectionē Dei & proximi, ad quæ omnia alia reducuntur. In prima ergo tabula præcepta de dilectione Dei, & erant tria superiùs nominata, scilicet, Non habebis Deos alienos, Non assumes nomen Dei tui in vanum, Meméto vt diē sabbati sanctifices. Et quia erant in prima tabula, ideo dicuntur pręcepta primæ tabulæ. In secunda ergo tabula erant scripta alia septem, quæ ordinantur ad dilectionem proximi. ideo dicuntur præcepta secundę tabulæ. Conuenienter autem præcepta de Dei dilectione in prima tabula scripta sunt: & de dilectione proximi, in secunda: quia Dei dilectio & eius præcepta, priora sunt dilectione proximi, & eius præcepto.

Præcepta insuper ista omnia, aut sunt negatiua, aut affirmatiua. Præcepta negatiua obligant semper, & ad semper, vt Non furaberis, semper obligat & ad semper quia nullo tempore, nulla circunstantia adhibita, licitum est furari. Sed affirmatiua quamuis semper obligent, non tamen ad semper, id est, ad omne tempus, & locū, sed cum debitis circunstantiis. vt Honora patrē tuū, non teneor honorem exhibere oi hora, uel oi loco; quia sic oporteret eum vbique, & semper sequi. sed teneor eum honorare quando locus, quando tempus, quando rationabile est.

¶Præceptorum ēt quædam ꝓhibent, quædā cohibēt, quędā manū, quædam animum. Et hæc est differentia doctorū, quā ponūt inter legē nouā, quę prohibet manum & animum; & veterem, quæ prohibet manum, & non animū. Ad horū aūt intellectum duo videda sunt. Primum est, quod per manū hic intelligitur exterior operatio, per animum interior. igitur ꝓhibere manum vel animū uel alterum, est prohibere exteriorē operationem malam, & interiorem uel alterā. Secundò intelligendum, quòd differunt prohibitio & cohibitio: qa ꝓ hibitio est simplex inhibitio, sed cohibitio est inhibitio cum pœnæ comminatione, & inflictione. Applicando ad legem, dicendū est, quòd lex vetus prohibebat manū, & non animū i. interiorem, & exteriorē operationē malam, sicut patet Non concupisces vxorē, ecce quantū ad animū. Non furaberis, ecce quantū ad manū. Sed non cohibebat. i. non puniebat nisi manum Et est rō, quia tantum se extendebat cohibitio, quantum pœnarum inflictio. sic lex vetus non infligebat nisi pœnas tē porales, sicut nec promittebat nisi res temporales expresè, ut lex illa esset figura nouæ legis, quę supplicia ęterna comminatur, & ęterna præmia promittit, ergo solū prohibebat animū, & nō cohibebat, sed noua lex prohibet & cohibet vtrunq;. Applicādo autem ad præcepta infra legem, quædam etiam prohibebāt animū, ut illa duo de non concupiscendo; quædam manum, vt alia octo. Et horum quædam prohibebant, & non cohibebant animū, vt illa duo de non concupiscendo: alia autem octo prohibebant, & cohibebant ipsam manum Sic igitur patent ea, quæ dicuntur pertinentia ad diuersitatem præceptorum decalogi. & in hoc terminatur materia præceptorum, & per consequens omnia, q̄ pertinent ad materiam de prima speeie qualitatis, ꝑ pœnitentis operis intentio exposcebat.

DE POTENTIIS.

Naturalis potentia, & impotentia.

NAturalis potentia vel impotentia est, q̄dam qualitas in substantialibus principiis radicata, quę totum cōstitutum, & perfectum consequitur, secundum quā quales, id est potentes uel impotentes dicimur, sed diuersimodè, quia dicimur quales, id est, potentes ad facilè faciendum, & nō contraria patiendū, quantum ad naturalē potentiam. Sed dicimur impotentes, ad non facilè faciendum & ad facilè patiendum secundum naturalem impotentiam. Et est prima differentia inter naturalem potentiā uel impotentiam. Secunda autem differentia est, quia quādo talis potētia causatur ex victoria formæ super materiā, quæ forma perfectè terminat materiam, & rem terminatam, & per hoc resistit fortiter contrarijs alterationibus, tunc vocatur potentia naturalis, sed ab alio naturalis est, & ab alio potentia. Naturalis quidem, quia in principiis naturalibus radicata est. potentia uerò, quæ est uigor formæ supra materiam Quando uerò per oppositum impotentia causatur ex victoria materiæ sup formam, & ex contraria dispositione prædominante in materia, quæ contrariatur formæ, ita quòd forma nō potest terminare totam materiam, nec comprehendit, & ideo diminuitur vigor eius, & actio naturalis, & facile uincitur, & patitur contrariis, tunc dicitur impotentia naturalis Vnde hic naturalis potentia (vt de ea loq̄mur dicitur pro tanto naturalis, non quia natura huius defectus sit principium: sed quia, natura impeditur contrarijs dispositionibus, ne ad talem vigorem valeat peruenire. & sic quantum ad naturalem potentiam, ali qui sunt bene dispositi ad currendum: ut qui habēt lōga crura & agilia & vigorosa: dicuntur habere naturalem potentiam ad currendum, & cursores dici possunt Qui autem habent crura breuia, tarda, grossa, & vigore deficientia, uel habentes prodagram vel guttam in pedibus, dicuutur habere naturalem impotentiam ad currendum. Et ideo de cursore Aristoteles in prædicamentis exemplificat & de pugillatore, Et sic patent tria breuiter, in quo conueniunt, in quo differunt, a quo orię trahunt naturalis potentia uel impotentia, prout sunt secunda species qualitatis. Cætera, q̄ dicunt de potentia, ut ad hūc tractatum pertinēt, patēt superiùs, vbi agitur de diuisione entis in actum & potentiam.

Potentiæ animę, distinctiones q; earum.

QVia vero de potentijs animæ sæpissimè occurrit sermo in theologica facultate, & physica, tractabimus de eisdem. Ipsę autem potentię animæ naturales sunt in hac secunda specie qualitatis. idcirco hic inferę nomina potentiarum animæ, & distinctionem ipsarum potentiarum dignum iudicaui, vbi tria considerāda occurrunt, Primò quòd oportet ponere potentiarū pluralitatem in anima nostra. Quod sic patet. secundū enim Philosophum in 2. cœli, & mundi, rerum talis est gradus, quod quædam res sunt, quæ possunt consequi potentiam perfectionis solum, & hanc paucis motibus, & hæc tenent infimum gradum in entibus, Alia his superiora, consequuntur perfectam bonitatem, sed multis

multis motibus, & hæc tenēt scd'm gradū. Alia his superiora sunt, quæ adipiscuntur perfectā bonitatē, & paucis motibus, & hæc perfectoria, & tenēt tertiū gradū. Quartus aūt gradus est, quòd aliquid absq; aliquo motu perfectā bonitatem possidet, & iste est summus, & supremus. Datur exemplum istorum, quatuor graduum. Aliquis enim potest tenere infinitū gradum bonæ dispositionis, intantum, quòd non potest consequi perfectam sanitatem sed modicam consequitur paucis remedijs. Aliquis autem meliùs dispositus potest consequi perfectam sanitatem, sed multis remedijs. Aliquis autem adipiscitur perfectam sanitatem remedijs paucis. Aliquis autem perfectam possidet sanitatem sine aliquo auxilio, vel remedio. Applicando ergo ad propositum, dicendum est, quòd ipsa entia inferiora homine, consequuntur quandam imperfectam bonitatem, paucis motibus, & ideo paucas, & illas determinatas habent potentias. & per consequens operationes paucas, & ita tenet inferiorē gradum. Homo aūt est gradus superioris, & secundi, quia consequitur perfectam bonitatem, scilicet beatitudinē, sed multis motibus: est tamen in infimo gradum istorum entiū, quibus competit beatitudo. Et ideo multis, & diuersis operationibus indiget, & per consequens diuersis potentijs ad illas operationes. Angeli verò sunt in sublimiori gradu, quia adipiscuntur ipsam beatitudinē paucis motibus, & iō paucioribus potentijs indigent, scilicet intellectu, & voluntate. Deus autē supremū gradū tenet oīm entium, qui absq; quocunq; motu perfectam beatitudinem possidet, & iō in Deo non est virtus, vel potentia, quæ differat a sua essentia. Et ita patet, quòd homo indiget pluribus virtutibus, & potentijs animæ, quas oportet in eo ponere, quę sunt tanq̄ quædam auxilia, quædam organa, & quædam instrumenta suarum operationum.

¶Omne itaq; perfectū continet nobilitatis cuiuslibet imperfecti eiusdem generis, & eminētiùs, sicut Deus, qui est perfectissimum quid in genere entium, cōtinet omnes perfectiones aliorum entium, quæ sunt imperfecta respectu eius, & eminentiùs. Tres aūt sunt animæ potentiæ in genere, scilicet vegetatiua, quæ cōtinet primum, & infimum gradum, quæ est herbarum & plantarum. Secunda est sensitiua, quæ est animaliū, quæ tenet secundum gradum, & est vegetatiua, superior, & perfectior. Tertia est rationalis, quæ tenet tertium, & supremum gradum, & est hominum solum, & hæc est alijs duabus perfectior, & suprema simpliciter. Sic ergo est ordo inter istas, quia quicquid habet perfectionis anima vegetatiua, totum illud habet anima sensitiua eminentiùs, & vltra, & quicquid habet perfectionis anima vegetatiua, & sensitiua, totū habet anima rationalis eminentiùs, & vltra, quia sensitiua cōtinet virtutem vegetatiuā, & rationalis vtrumq;. Et hoc expresè dicit Aristoteles. 2 de anima, ponēs exēp ū, quòd sicut terragonum continet figurā trium angulorum: Et sicut pentagonū, id est, figura quinq; angulorū continet tetragonū, & trigonum, ita rationalis anima continet vegetatiuam, & sensitiuam. Igitur in homine est vegetatiua, sensitiua, & rationalis, & non ꝙ sint tres distinctæ in eo animæ. sed vna continens virtute alias duas, scilicet rationalis continens vegetatiuā, & sensitiuam, sicut pentagonum cōtinet tetragonū, & trigonū. Quia ergo anima rationalis continet virtute alias, oportet, quòd virtutes, & potētias aliarū habeat similiter tam vegetatiuæ, q̄ sensitiuæ. Et ideo omnes potentiæ animæ, vel pertinent ad animā vegetatiuam, quæ conueniunt animæ rationali, inquantum continet vegetatiuam, vel ad animam sensitiuam, quæ sibi conueniunt inquantum continet sensitiuā, vel pertinent ad animam rationalem, quæ sunt sibi propriè, & sibi conueniunt, inquantum est rationalis. Et ita in genere omnes potentię reducuntur ad tres modos, quia vel respiciunt vegetatiuam, vel sensitiuā, vel rōnalem.

¶Sunt ergo quædam potentiæ, quę solum exercēt. actum suum circa corpus sibi vnitū, & iunctum, & hę sunt potentiæ sensitiuæ apprehensiuæ. Quædam verò circa totum ens, vt potentiæ intellectiuæ apprehensiuæ, Et sic habemus tria genera potentiarū animæ, quarū vegetatiua est inferior, sensitiua superior, intellectiuæ suprema Apprehensiua autē virtus alicuius tanq̄ finis, vel vtilis indiget alijs duabus ad hoc, vt possit vtile, vel suum finem essequi. Primò enim indiget aliqua potentia imperante motum ad illud, & hæc vocatur appetitus, q̄ est mot' imperans, & hic est duplex, vnus sensitiuus, alius intellectiuus. Secundò indiget potentia executiua, & exequēte motū imperatū, & hæc vocatur motiua. Ex his ergo habemus illas potentias in generali, vegetatiuas, apprehensiuas, siue quantum ad sensum, siue q̄tū ad intellectū, siue appetitiuas similiter, quātū ad sensum, siue quātū ad intellectū, & motus executiuas, & sic sunt quatuor gña potentiarum.

Potentiæ vegetatiuæ.

HArum autem est talis distinctio, quia potentia vegetatiua habet pro obiecto corpus viuens sibi vnitū. Ad hoc aūt corpus, triplex aīæ vegetatiuę opatio est necessaria. Vna q̄dē, p q̄ esse acquirat, & ad hoc ordinat potētia gñatiua, q̄ ēt p multitudinē, & successionē indiuiduorū cōseruat speciē in esse acquisito diuersis indiuiduis. Alia, p quam corpus coniunctū acqrat determinatā quantitatē, & ad hoc ordinat virtus augmentatiua, cuius est gñatiuū ad determinatā quantitatē producere. Alia est, per quam corpus viuens saluat in esse, & inquantitate determinata, & ad hoc ordinat vis motiua, cuius est deperditū restaurare, vt sic res in esse, & quantitate debita conseruet. Est aūt alia differentia inter istas potentias, quia potentia augmentatiua, & nutritiua habēt effectū suū eodē, in quo sunt: quia ipsum corpus vnitū aię, quod augeī, conseruat ꝑ potētias augmētatiuā, & nutritiuā, in eadē aīa existentes. Sed vis gñativa habet effectum suum non in eodē corpore, sed in alio, quia nihil generat seipsum, sed aliud, & iō vis generatiua appropinquat quoddammō ad dignitatem animæ sensitiuæ, quæ habet operationes in res exteriores, non sibi coniunctas, sed nobiliori modo. Et ita patet, quòd animæ vegetatiua cuiuslibet, & rationalis, inquantum est vegetatiua, sunt tres potentiæ, scilicet generatiua, augmentatiua, nutritiua, quæ inueniunt in plantis, & in aīalibus, & in hoībus, quia hęc oīa vegetatiuam participant. Hę autem tres potentię sic se habent, ꝙ generatiua est alijs nobilior quia ei deseruiunt nutritiua, & augmentatiua Augmētatiua est nutritiua nobilior, quia nutritiua augmentatiuæ deseruit. Vis autem, & potentia generatiua habet tres vires seu potentias, secundum Auicennam 6. de natu. Prima est seminatiua, quę in masculis, & fœminis semen generat, & ordinat. Secunda est immutatiua, quę virtutes (quæ sunt in semine) permutat, & permiscet temperando secundum quod conuenit complexioni cuiuscunque membri. Tertia est formatiua, quæ ex seminibus permixtis membra format, & figurat, & hę sunt tres potentiæ ex parte generatiuæ. Quantum autem ad alias duas, scilicet nutritiuam, & augmētatiuam, sunt quatuor, quæ naturales a medicis appellantur, quę illis deseruiunt, scili-

cet

ſic diſtinguitur intellectus ſm diuerſos gradus. Et hoc diuerſimodè ſecundum diuerſos. Quidam diſtinguũt ſic: Intellectus poteſt conſiderari tripliciter. Vno modo, prout eſt impotentia, & ſic dicitur poſſibilis. Alio modo, prout eſt in actu primo qui eſt ſciẽtia, & ſic dr intellectus in habitu. Tertiò prout eſt in actu ſecundo, qui eſt conſiderare, & ſic dicitur intellectus adeptus, vel intellectus in actu à tali. Aliter diſtinguunt alij. Ad quod notandũ, q intellectus poteſt cõſiderari quadrupliciter. Primò, put eſt ſicut tabula raſa, anteq ſit ſpecie intelligibili informatus, & ſic eſt oĩno in potentia, vel ſimpliciter, vel reſpectu illius cuius ſpeciem nõ habet. & à tali gradu vocat à philoſophis intellectus materialis ſeu potẽtionalis ſeu poſſibilis, & ſic agitur de eo tertio de anima vſq; ad partem illam, Cum autẽ ſit actu ſingula. Secundò modo poteſt conſiderari, put eſt in actu ſpecie informatus, ſed nõdum negociat circa eã, & ſic vocat intellectus diſpoſitus, vel ſpecie informatus, & ſic determinatur de eo ab illa particula, Cũ aũt, vſq; ad illam, Quoniam in omni. Tertio modo poteſt cõſiderari, vt actu circa ſpeciem iam adeptã negotiat & ſic vocat intellectus in actu, & ſic determinatur de eo ab illa particula. Quoniam vſq; ad illã, Indiuiſibilium intelligentia. Hunc aũt gradum, & ſtatũ circa optimũ intelligibile, poſuerunt philoſophi habiturũ in tellectum circa finem vitæ. Nos autẽ dicimus, q erit in æterna beatitudine. Ex his ergo cõcludemus, q in parte intellectiua, id eſt, apprehenſiua nõ ſunt niſi duæ potentiæ realiter diſtinctæ, ſcilicet, intellectus agẽs, & poſſibilis, ſed intellectus poſſibilis dr, & nominat diuerſis nominibus a ſuis diuerſis conditionibus. Vnde eadem potentia exiſtens, dr intellectus, vel intellectiua, dicitur memoria, dicitur ratio, & ratio ſuperior dicit, & ratio inferior. dicit intellectus ſpeculatiuus, & intellectus practicus, intellectus poſſibilis, intellectus diſpoſitus, intellectus in actu, intellectus adeptus. Sicut vnus & idem poteſt dici doctor, inquantũ docet: cantor, inquantum cantat: faber, inquantũ cultellum fabricat, & ſic de alijs. Ex quo patet vlteriùs diſtinctio oĩm potentiarum apprehenſiuarũ, q in vniuerſo ſunt vndecim, ſ3 quinq; ſenſitiuè exteriores, quatuor interiores, & duæ intellectiuæ intellectus, ſcilicet agens, qui dicit apprehẽſiuus, non quidẽ, quia apprehendat, ſed quia apprehenſionẽ cauſat, & poſſibilis, qui apprehendit.

Potentiæ appetitiuæ, vel motiuæ.

MOdo dicendum eſt de appetitiuis. Appetitus autem nihil aliud eſt, q̃ inclinatio, quæ formã conſequitu Hæc autem forma eſt triplex: vna naturalis, ſicut forma lapidis, & hanc formam ſequitur appetitus, qui dicitur naturalis inclinatio, vt lapis ſi moueatur ad locũ propriũ, ſcilicet deorſum & iſtè appetitus, vocatur naturalis, q appetitus non eſt aliqua potentia naturalis appetitiua, put hic de appetitu loquimur. Sola enim forma ſufficit ad talẽ motum, & ad talem inclinationem, quamuis, & in homine ſit talis appetitus ſm elementũ prędominans, quòd eſt graue. Alia forma eſt intentionalis, & apprehenſibilis. Et hæc eſt duplex, q̃dam ſenſibilis, quæ apprehenditur ſenſu, q̃dam intelligibilis, quæ apprehenditur ab intellectu. Formam ergo apprehenſam à ſenſu, ſequitur appetitus quidã, qui dicitur, & vocat appetitus ſenſitiuus, & appetitus animalis, & ſenſualitas. Vocatur aũt, & nominatur iſtis tribus nominibus ratione ſingulari, & diuerſa. Vocat eñ primò appetitus ſenſitiuus: tum, quia ſenſitiuã apprehenſionem ſequitur: tum, quia eſt in parte ſenſitiua: tũ quia eſt ſemper alicuius rei ſenſibilis. Vocatur autẽ ſecundò appetitur animalis. primo ab anima, q primã apprehenſionem animæ ſequitur, quæ eſt ſenſitiua, ois enim cognitio intellectiua, fit ex præexiſtẽti ſenſitiua, primo poſteriorum. Secundò, ab animali, quia quenic omni animali. & homini, non inquantum eſt hõ, ſed inquantum eſt animal. & ideo homines ſecundum illũ viuentes, dicunt animaliter, & beſtialiter, & brutaliter viuere, vt patet primo ethicorum. Vocatur autẽ tertiò ſenſualitas, quia ſenſualitas vr ſumpta à ſenſibili motu, ſicut à viſione ſumitur nomẽ viſus, & ab actu ſumit nomen potentiæ Motus autẽ eſt actus appetitus ſenſitiui, apprehenſionẽ conſequens Actus enim apprehẽſiuæ virtutis non ita propriè dicitur motus, ſicut actio appetitus. Nam operatio potentiæ apprehẽſiuæ terminatur in hoc, & perficit, quòd res apprehenſæ ſunt in apprehendente. Operatio aũt appetitiuæ in hoc, q appetitus inclinatur in rem appetibilem, & ideo operatio apprehenſiuæ aſſimilat quieti. Appetitiuæ aũt cõparatur motui. vnde per ſenſualem motum intelligit operatio potentiæ appetitiuæ, & per ſenſualitatẽ intelligitur ipſa potentia appetitiua, q̃ eſt appetitus ſenſitiuus. Formatam aũt apprehenſam ab intellectu ſequit appetitus, qui dicitur appetitus intellectus, vel rõnalis, vel voluntas. Dicitur autẽ intellectiuus, non quia intelligat, ſed quia ſequitur intellectum, vt illud appetat, quòd intellectus cognoſcit Nõ enim diligimus niſi cognita, ſecundum Auguſtinum, & quia eſt in parte intellectiua. Dr autem rationalis, quia iudiciũ rationis ſequitur, vt illud, quod iudicat ratio eligẽdũ vel recuſandum, illud eligat, vel recuſet voluntas. Dicitur aũt voluntas per comparationem ad appetitũ ſenſitiuum. Nobiliora enim entia etſi eis conueniant noĩa ignobilium, tamẽ ſpecialia nomina ratione ſuæ nobilitatis ſortiuntur. Et ideo quamuis volũtas dicatur appetitus, & cõueniat in hoc nomine cũ appetitu ſenſitiuo, tñ ſpeciale nomẽ ſibi retinuit, vt appetitus intellectiuus dicatur non ſolum appetitus, ſed volũtas. Licet autẽ ſenſitiuus dicatur appetitus, tamen non propriè, volũtas. Appetitus autẽ ſenſitiuus diuiditur in duas potẽtias, quarum vna vocatur concupiſcibilis, alia vocatur iraſcibilis. Quarũ diſtinctio ab aliquibus ponit, quia concupiſcibilis ordinatur ad proſecutionem boni, & per iſtam ouis vadit ad paſtorem, & ad herbam tanquã ad bonum ſuum æſtimatum, & apprehenſum, & q̃ſtimatũ æſtimatiua naturali, & quodam inſtinctu naturali, qui eſt in æſtimatiua. Iraſcibilis autem ordinatur ad fugã mali, & per iſtam potentiam ouis natura iter fugit lupum tanquam malũ ſuum apprehenſum, & æſtimatũ inſtinctu æſtimatiuæ naturalis. Sed meliùs aliter aſſignat. Ad eandem enim potentiam pertinet, & q̃ſequi conuenientia ſecũdum ſenſum, & refugere nociua, & hoc pertinet ad concupiſcibilem, cuius obiectũ eſt delectabile ſecundum ſenſum. Ad animal autẽ non ſolũ pertinet potentia, per quã ſequatur cõuenientia, & refugia nociua, ſed etiam potentia, per q̃ reſiſtat impugnantibus, quæ conuenientia in animali amouent, & nocumẽta inferunt, & hoc facit iraſcibilis, cuius obiectum eſt arduum, quia ſimiliter tẽdit ad hoc, vt ſuper cõtraria, & nociua. Et in hoc appetitu ſenſitiuo, in quo paſſiones dominantur, ponuntur virtutes morales, q̃ ſunt regulatiuæ, & domatiuæ paſſionum tanquã in ſubiecto in homine, quædam in concuplcibili, quædã in irraſcibili. de q̃bus paſſionibus in tertia ſpecie qualitatis ſubiũgetur. Et hæc de appetitu ſenſitiuo ſufficiãt. Appetitus autẽ intellectiuus, qui dicitur voluntas, non diſtinguit in plures potentias, quia quòd facia virtus inferior per plura, facit ſuperior pauciora. Habet audiſtinctionis nomen à diuerſis ſuis actibus, ſicut intellectus. Voluntas enim, qui ſequitur ſimplicem apprehenſionem intellectus, & mouet motu naturali ſicut aliæ potentiæ, dicitur voluntas naturalis. Vt autẽ eſt libera

libera, & ſequitur deliberationem intellectus, dicit voluntas deliberatiua, non tñ ſunt diuerſæ voluntates diſtinctę realiter, ſed vna à diuerſis ſuis actibus nominata Ex quo patet, qđ potentiæ appetitiuæ in hoĩe ſunt tres, duæ in parte ſenſitiua, & vna in parte intellectiua.

¶ Potentia motiua, conſueuit etiam diſtingui ab aliquibus in imperantem motum, & in exequentem. Sed imperans motum, non eſt alia potentia niſi appetitiua, de qua dictum eſt. Et ideo motiua potentia dr executiua motus imperati. Secundum autem aliquos non eſt potentia animæ, ſed eſt quædam vis interior, admixta muſculis, lacertis, & neruis membrorum. Secũdum alios verò eſt ſpecialis potentia: quia cum in omnibus animalibus ſit ſenſus, & appetitus: non tamẽ motus localis. Et ideo ad exequendum motũ præter potentiam imperantem motũ, oportet ponere efficientẽ, vel exequentem motũ, & hæc eſt virtus infuſa neruis, & muſculis, contrahens, & relaxans cordas, & ligamẽta conuncta mẽbris, & hãc ſic ponit 6 de naturalibus. Auic.

¶ Hic igit concludo tria. Primum eſt, quòd ex parte vegetatiuæ habemus decem potentias, ex parte apprehenſiuarũ habemus. 11. ex parte motiuarũ motũ imperãtiũ habemus tres. Si ex parte executiuæ motus non ſunt aliquæ, erunt oẽs potentiæ animæ 24 Si autẽ executiuam potentiã ponamus vnã, erunt 25 Et ſi phantaſia ſit diſtincta ab imaginatiua, q nõ credo, erũt. 26. Et in iſtis conſiſtit, & concludit tota regio, & totũ regnũ potentiarum animæ rationalis.

¶ Secunda concluſio eſt, quòd triplex eſt differẽtia potentiarum intellectuarũ, ſc3, intellectus agentis, & poſſibilis, & voluntatis ad oẽs alias. nam omnes aliæ ſunt affixæ organo corporali, & eo mediante exercẽt ſuam operationem, ſicut potentia viſiua mediãte oculo, & ſic de alijs. Sed potentiæ intellectiuæ non ſunt cõiunctæ alicui organo corporali, ſed ſunt ſeparatæ, eleuatę, & immixtę, vt patet 3. de anima. Ex quo vlteriùs ſequit ſecunda differentia, quòd potentiæ intellectiuæ cõparantur dupliciter ad animam, ſc3, vt ad ſuam radicẽ ſiue principium. ſecundò, ad ſuum ſubiectũ ſunt enim eſſe ipſiùs animæ ſicut in ſubiecto. ſed oẽs aliæ corpori affixæ comparantur ad animam ſicut ad ſuã radicem, & ſuum principium, ſed ad cõiunctum, ſicut ad ſubiectum, vnde ſunt in cõiuncto, & in compoſito ſicut in ſubiecto. Ex quibus ſequit tertia differẽtia, q̃ cum deſtructo ſubiecto deſtruitur accidens, quantum ad ſe, & ſuam operationem, deſtructo cõpoſito, vel cõiuncto, neceſſe eſt deſtrui potentias ſenſitiuas, & affixas organis ſubſtantialiter, & earũ actus. Sed quia aĩa manet ſeparata, manẽt in ea ſicut in radice, & in ſubiecto. ſicut effectus in cauſa. Sed quia intellectiuæ ſunt in anima ſicut in ſubiecto, deſtructo coniuncto, & cõpoſito, non deſtruuntur, ſed manẽt in anima ſeparata Et ideo in anima ſeparata nulla potentia affixa organo ſiue ſenſitiua, ſiue alia, manet realiter, nec in ſe nec i ſua operatione, ſed ſolũ virtualiter in radice; potentię aũt intellectiuę remanent, & ſubſtantialiter, in ſe, & realiter in ſua operatione.

¶ Tertia concluſio eſt, quia cum oẽs potẽtiæ animæ ſunt enumeratæ, quæcunq; alia dicuntur de his, quæ pertinent ad partem intellectiuam, vel non ſunt potentiæ, vel ſi ad potentiam pertinẽt, ex aliqua conditione alicubi nominant: non tñ ꝑter poſitas potẽtias eſt alias aſſignare. Et ideo quamuis iſta tria ſyndereſis, conſcientia, liberum arbitrium ponant in parte intellectiua, non tamen diuerſæ potentiæ ſunt a nominatis. Sed ſyndereſis eſt habitus conſequẽtalis intellectus practici reſpectu primorum principiorum ſpeculabiliũ, eius autem eſt inueſtigare ad bonum, & murmurare de malo reſpectu operabilium. Conſciẽtia aũt actum nominat & non potentiam, nec habitũ. Et quia conſcientia dr quaſi aliorum ſcientia Ideo illius potentię eſt actus cuius eſt ſcientia, hæc autem eſt intellectus. Liberum aũt arbitrium quãuis ſint diuerſæ opiniones, q̃d ſit, & nominet: tenẽo tamen in communi doctrina, quòd nominat, vel ſignificat potentias, vel potentiã. Si duas potẽtias nominat, ſicut videtur dicere Damaſ quod liberũ arbitriũ eſt facultas intellectus, & volũtatis: Sic liberũ arbitrium eſt intellectus, & volũtas. Sed intellectus, qa ibi libertas inchoatur: voluntas autẽ, quia ibi terminatur. Si aũt ſignificet ſolam potentiam vnã, quia libertas arbitrij vr eſſe in eligendo conuenientia finj, ſic cũ hoc pertineat ad ſolam volũtatem ſuppoſito iudicio intellectus, liberum arbitrium dicit ſolam voluntatẽ. Et iſta de potentijs animæ dicta ſufficiant.

DE VOLVNTATE.

Voluntas in Deo antecedens, & conſequens.

VOluntatis acceptio eſt multiplex, & diuerſam difficultatẽ affert in loquutionibꝰ diuinis, & humanis. iccirco quarto de multiplici acceptione, & diſtinctione voluntatis potiſſimè in Deo, aliqd inferemus. Et qa doctores, vt Damaſ li 2. & doctores alij ponunt in Deo eſſe duplicẽ volũtatẽ, añ cedentẽ, & cõſequẽtẽ vna diſtinctione: iccirco primo videndũ eſt, q̃ noĩe iſtarũ voluntatũ importet. Diſtinguunt ẽt voluntatẽ, in voluntatẽ ſigni, & in volũtatem beneplaciti alia diſtinctione, & iõ ſecundo de hoc videndũ eſt. Tertiò, quomõ tam in diuinis, quàm humanis noĩe volũtatis aliqñ actꝰ, aliqñ volita importẽt. Ad videndum igitur quid nomine voluntatis antecedentis, & conſequentis importetur. Primò ſciendum, quòd cum volũtas diuina diſtinguat, vel duplex ponatur, non eſt intelligendum, quòd ipſa diuina voluntas aliquam in ſe diuerſitatẽ vel multiplicitatẽ admittat, aut in ſe diſtinguatur: cũ ſit ſummè ſimplex, & indiuiſibilis, & ſit realiter diuina eſſentia, licet differant ratione. Sed cum dicimus duplicem volũtatem in Deo, vel antecedentẽ, vel conſequẽtẽ, ſigni, & beneplaciti: hæc diuerſitas attenditur ſemper reſpectu rerũ volitarum, & non reſpectu voluntatis ipſius Dei. Nihil eñ prohibet diuinam voluntatem diuerſimodè conſiderari, ſm diuerſa volita, quæ reſpicit, quæ ſunt eis obiecta.

¶ Deſcendendo ergo ad propoſitũ, duo conſiderate poſſumus, ſcilicet volũtatẽ Dei reſpectu volitæ rei, & ipſam rem volitam, quæ eſt obiectum diuinæ voluntatis. In re autem volita duo cõſiderare poſſumus, deſcendendo ad rẽ volitã, reſpectu cuius in Deo ponitur voluntas antecedens, & conſequens, q̃ eſt creatura intellectualis, quia in creatura intellectuali, quæ eſt ordinabilis in beatitudinem ex ſua natura, poſſumus conſiderare illud, quòd ordinatur in beatitudinẽ, & hoc eſt ipſamet creatura, & poſſumus conſiderare illud ꝑ qđ ordinatur, & hæc ſunt auxilia, quibus ad conſequẽdã beatitudinem adiuuatur. Iſtis tribus ſuppoſitis declarabo, qũo in Deo diſtinguatur voluntas antecedens, & conſequẽs. Primò, ex parte rei volitæ à diuina volũtate, q̃ res volita eſt ipſemet creatura intellectualis. Secundò, ex parte auxiliorum, quæ conferuntur ipſi creaturæ intellectuali a Deo volitę, quibus iuuat ad cõſequẽdã beatituninẽ. Tertiò, ex parte diuinæ voluntatis reſpectu iſtarum rerum volitarum. Quarto concludam aliquas concluſiones ex prędictis Accipiendo ergo illud, quod ordinatur in beatitudinẽ, quod eſt ipſa creatura intellectualis, eſt duo cõſiderare, ſcilicet, naturã, & perſonã. Accipiendo, & reſpiciẽdo naturã, Deus vult oẽs homines ſaluos fieri, & omnem creaturam intellectualem, inquantum omnibus dedit naturam capacẽ beati-

beatitudinis, & ordinabilem ad beatitudinem. Si autē accipiamus personam, cū actiones suppositorū sint. & p proprias actiones multi deuient a beatitudine, qa prauæ sunt: Ideo Deus quantū ad ea, quæ sunt pſonæ, non vult omnes homines saluos fieri. Prima igitur voluntas, qua Deus respicit naturam, dr̄ in Deo antecedens. Secunda, qua respicit personā consequens, & p tanto, quia prius est ordine naturæ, sed non ordine tē poris, natura, & consequente persona, & per prius est naturaliter cadens in nostra consideratione natura ordinabilis ad beatitudinem, quam persona cū actionibus, q̄bus finē cōsequit, si sunt bonę, vel ab vltimo fine deuiat, si sunt prauæ. Et iō respectp antecedentis considerabilis ponit volūtas aſicedēs, & respectu pſequentis cōsiderabilis ponit volūtas pſequens in Deo. Si aūt secundò in Deo pſideremus auxilia, quibus iuuamur ad consequendū finem creaturæ intellectualis, sic cōsiderandū est, quòd duplicia sunt huiusmodi auxilia. Sunt enim q̄dā auxilia cōia, q̄ dant oībus, vt salui fiāt, sc3, liberū arbitriū, præcepta, consilia, quibus oēs possunt dirigi ad salutē. Sunt aūt q̄dā specialia, vt gratia, & virtutes, perseuerantia in bono, & hmōi, q̄ dantur aliquibus specialiter, & singulariter. Quia verò ordine naturę cōe prēcedit, & antecedit illud, quod est speciale, & singulare, & speciale illud, cp est cōe, sequitur: iō voluntas diuina, prout respicit cōia auxilia, post q̄ alia specialia consequuntur, dr̄ antecedens, & isto mō vult oēs hoīes saluos fieri voluntate antecedente. s. qa oībus diuidit cōia auxilia, quibus possunt ad beatitudinem peruenire, sed non voluntate consequente, quia non omnibus dedit specialia. Tertiò ostendo, quomodo accipiatur in Deo voluntas antecedens, & consequens, ex parte voluntatis eius respectu rerum volitarum. Voluntas enim antecedens potest dici, qñ Deus vult aliquid non in se, & simpliciter, sed in suo antecedente. Sed voluntas cōsequens, qñ vult aliquid in se, & simpliciter, vt verbi gratia. Ponamus, cp rex dat arma militi ad bellandum pro salute regni contra inimicos. Iste miles iam sic ordinatus ad bellum, potest dupliciter considerari. Vno modo, inquantum est ordinatus ad bellandum a rege. Alio modo secūdum actus, quos gerit in bello. Si ergo consideretur secundum quod ordinatur ad bellandum a rege, sic potest dici, quòd rex vult ei honorem non absolutè, sed in suo antecedente. Si autem consideretur miles quantum ad actus quibus gerit se in bello, tunc rex vult ei, quod sibi debetur, pensatis suis cōditionibus. Vnde si male habeat, vult ei opprobriū: si strenuè, vult ei honorem. Et ideo hoc, quod vult ei pensatis conditionibus omnibus cōsequentibus, vult ei voluntate consequente, & hoc a rege simpliciter, volitum militi aliud autem secundum quid. Sic in Deo ad propositum pro tanto, quia Deus dedit homini ea, quibus ordinatur ad beatitudinem. s. liberum arbitrium, respectu cuius dicitur Deus omnem hominem saluum fieri velle in suo antecedente, & hinc sumitur voluntas antecedens. Sed considerato quomodo quilibet se habet in vtendo illis, simpliciter vni vult damnationem, alij beatitudinem, & hoc vult eis voluntate consequente, & hinc sumitur in Deo voluntas consequēs. Ex his quarto concludo vnam conclusionem, quod per prædicta patent quatuor difficilia, quæ consueuerunt dici de differentia harum voluntatum. Primum est, quòd diuersitas voluntatis antecedentis, & consequentis non est in diuina voluntate sic, quòd sint duæ res distinctæ, sicut vnus oculus est distinctus ab alio. Sed est distinctio solum rationis, & sumitur ex parte rerum volitarum, vt patet ex dictis. Secundum est, quòd Deus vult omnes homines saluos fieri voluntate antecedente, sed non consequente nisi bonos, vt patuit in vtroque modo prædicto. Tertium est, quòd voluntas Dei antecedens non semper impletur, nec fit semper illud, quod ipse illa voluntate vult, sed aliquando defecit, vt non fiat, quia illa voluntas non est voluntas simpliciter, nec volitum illa voluntate, est volitum simpliciter, sed secundum quid. Sed voluntas consequens, semper, & infallibiliter impletur, quæ est voluntas simpliciter, & res volita, est volita simpliciter. Quantum est, quòd voluntas antecedens in Deo est voluntas speculatiua, & non respicit particulares conditiones, & operationes, sed solum naturam in communi. Sed voluntas consequens est practica, & respicit particulares conditiones personarum, & suppositorum, quorum sunt actiones & ideo, quæ vult voluntate speculatiua, non simpliciter, sed secundum quod, quare non semper impletur. Quæ autem vult voluntate practica vult simpliciter, quare semper de necessitate implentur.

Voluntas signi, & beneplaciti in Deo.

ALiqua de Deo dicuntur dupliciter. Vno modo propriè, & illa verè in Deo sunt, sicut sapientia bonitas, iustitia substantia persona, quæ propriè de Deo dicūtur, & verè ac realiter in eo sunt. Alio modo dicuntur aliqua de Deo metaphoricè, & per similitudinem cuiusdam proportionabilitatis in comparatione ad suos effectus, quorum est causa. Et hoc modo metaphoricè dicitur ignis. Deutero. 10. ex illa proportionis similitudine, quia sicut ignis se habet ad sui contrarij consumptionem, ita Deus ad consumendam nequitiam. Vnde ipsum esse ignem, est ipsum esse destruentem nequitiam. Et isto modo etiam punitio sua, qua peccatores punit. dicitur ira eius, de qua psalm. Ascendit fumus in ira eius & ignis a facie eius exarsit. Et quia effectus est signum causæ, ideo illi effectus secundum quos attenditur similitudo, vel ire, vel alicuius alterius, dicūtur esse signa, vnde punitio dicitur signum iræ eius, & sic de alijs.

¶Hoc suppositō, potest patere distinctio voluntatis diuinæ in voluntatem signi, & beneplaciti. Quia voluntas beneplaciti dicitur actus eius volendi, quo sibi aliquid placet, & ista voluntas propriè de Deo dicitur, & verè in eo est. Voluntas autem signi dicitur aliquod signum extra Deum existens, prætendit Deum velle aliquid, vel prætendit aliquid in Deo, secundum quod se habet ad modum volentis, sicut punitio, qua Deus punit aliquē. ostendit ipsum se habere ad modū irati. Sed Deus non dr̄ ita propriè irasci, sed dr̄ velle illa, quorū sunt illa signa. Et sic patet, cp talis valuntas metaphoricè de quo dr̄, & in Deo propriè non est, sed est propriè extra, & uihil aliud est, q̄ Ista signa, quæ ostendūt Deum se habere ad modum volentis irasci. Signū enim aliqñ noīamus sicut rē signatā, vt imaginem Herculis vocamus Herculē. Qrod sūt signum nominemus sicut rem signatam, contingit dupliciter. Vno modo ratione similitudinis, vt in exēplo posito de imagine Herculis. Alio modo ratione proportionis, quasi arguendo, vt sicut signum, & signatum se habent in vno, ita etiam se habeant, & in alio, & sic est in proposito, de quo loquimur. Ex eo enim, quòd in nobis ex aliquo signo arguitur esse voluntas, proportionabiliter arguimus ex aliquibus signis esse in Deo voluntatem, sicut, & nobis. Et illam vocamus voluntatem signi. In nobis autem quando aliquis præcipit, vel consulit aliquid fieri, videtur præcipiens, & consulens illud, vel

le simpliciter fieri. Iterum qñ prohibet, vr̄ illud nolle fieri. Qñ aūt aliquid facit, vr̄ illud fieri velle. Qui ēt permittit aliquid fieri, cum illud possit impedire, vr̄ illud velle fieri. Quia igitur ita est in nobis, ex hac similitudine ſm quādā proportionē, sic dicimus esse in Deo, & ponimus in eo esse voluntatē signi, pertinentē ad præceptū, & consiliū, quantū ad duo prima: prohibitionē, quantū ad tertiū: operationē, quātū ad quintū. Et quantum, permissionē, quantū ad quintū. Et horū quolibet voluntas signi in Deo vocatur. Et est quintuplex. Sufficientia istorum signorū siue voluntatū signi tripliciter potest sumi. Primò, ex parte volitorū sic, quia illud signum, aut est respectu boni, aut mali. Si respectu mali, aut negatiuè sic est prohibitione, aut affirmatiuè, & sic ꝓhibitione, aut affirmatiuè, & sic est præmissio. Si respectu boni, aut pſentis, & sic est operatio, aut futuri, & sic est præceptū, & consilium. Sed præceptum, respectu boni necessarij ad salutem. Consilium, respectu boni supererogationis, quod non facit ad necessitatem, sed ad congruitatem, & vtilitatem. Secundò sumitur ex parte voluntatis, & sic quia est signum diuinæ voluntatis, aut significat illud, quod Deus vult facere per seipsum, aut per aliū. Si p seipsum, aut directè, tanquam ipse agens, & sic est operatio, aut indirectè, & interpretatiuè, & sic est permissio. Et dr̄ permissio signum voluntatis inquantum ille, qui permittit aliquid fieri cum possit impedire. vr̄ interpretatiuè illud velle. Si verò sit signū eius, quod vult facere per alium, hoc est vel respectu boni faciendi, & hoc est vel necessarii ad salutem, & sic est præceptum, vel supererogationis, & sic est consilium, vel est respectu mali vitandi, & sic est prohibitio. Tertiò sumitur ex parte diuinæ voluntatis, & sic (vt prius dictum est) duplex est voluntas in Deo, antecedens, & consequens. Quædam ergo sunt signa voluntatis antecedentis, & quædam consequentis. Signa ergo voluntatis antecedentis, vel sunt respectu boni faciendi, & hoc, vel respectu boni necessarii ad salutem, & sic est præceptum, vel boni vtilis, & supererogationis, & sic est consilium. Vel sunt respectu mali non faciendi, & sic est prohibitio. Signū autem voluntatis consequentis, aut est respectu boni quod fit, & sic est operatio. Vel respectu mali, & sic est permissio.

Videndū est ēt cum ex parte signorum respectu boni ponantur duo signa, scilicet præceptum, & consilium, quare respectu mali similiter non sunt duo signa cum non posui nisi vnum, scilicet prohibitionem. Et dicēdum est, quod hæc est causa, quia in bonis est hęc differentia. Quia quædam sunt, quę licitè non possunt dimitti, sicut præcepta, quæ obligant ad sui impletionem. Alia sunt, quæ licitè possunt uimitti, cum nō obligent, quia non sunt necessaria, licet sint vtilita adimplenti, & talia sunt bona, quę cadunt solum sub consilio. Et iō aliter debuerunt hoīes induci ad bona, q̄ licitè dimitti non possunt, quia per compulsionē. & præceptum, & aliter ad ista bona, quæ possunt licitè dimitti, quia p persuasionem, & consilium. Et hæc est causa, quare sunt duo signa ex parte boni. Nullum autē malum est, quod licitè possit fieri. Et ideo oē malum cadit sub prohibitione, licet aliqua mala sint magis prohibita, quàm mala alia, & sub maiori pœna, & ideo ex parte mali, signum ponitur vnicū, scilicet prohibitio. Ex, quo patet, quod voluntas beneplaciti in Deo est semper vnica, & simplex, sed voluntas signi est quintuplex, sed ista quinque signa prædicta, in hoc versu continentur.

Præcipit, & prohibet, promittit, consulit, implet. Huius sententia patet ex dictis.

¶Sicdū ꝓterea, qd noīe volūtatis multipliciter vti mur tā in diuinis, q̄ in humanis. Aliqñ em̄ in diuinis significat ipsam potentiā volitiuā, qua vult Deus qcqd vult, quę in Deo differt realiter ab essentia, & sic accipit voluntas, cū dicunt doctores, quòd in Deo est voluntas & intentio, & quod est agens per intellectū, & voluntatē. Aliqñ aūt significat actū voluntatis, & non potentiā, & sic accipit in psal. In voluntate tua deduxisti me. Aliqñ significat rē volitā, & sic accipit in psal. In capite libri scriptū est de me, vt facerē volūtatē tuā, Deus, id est, rē a re volitā. Quod aūt dictū est de volūtate in diuinis, ēt dicendū est in humanis, quia nomine voluntatis aliqñ nominamus potētiā, vt cū dicimus, intellectus, & voluntas sunt duæ potentiæ aīæ realiter distinctę. Aliqñ nominamus actū voluntatis, vt cū dr̄. Rex habet bonā voluntatē ad regnū, id est, diligit regnū, diligere aūt actus voluntatis est. Aliqñ ēt nominamus rē volitā noīe voluntatis, vt cū dr̄: Voluntas regis est, vt latro suspendat. ibi em̄ non accipitur pro potentia voluntatis, nec ēt pro actu voluntatis eius: quia suspensio latronis non est potentia volitiua regis, nec actus elicitus à potentia, sed sumitur pro re volita, qa suspensio latronis est res volita à rege. Sic ergo patet, quod voluntatis multipliciter dr̄, tam in diuinis, quàm in humanis, quia aliqñ sumit̄ p potentia, aliqñ p actu, aliquādo pro obiectio. In diuinis autē realiter est vna volūtas, sed ſm diuersas considerationes ex parte obiectorum sumitur ibi diuersitas voluntatum. Quod optimè ostendit Psalmista, dicens: Magna opera domini, exquisita in omnes volontates eius. Voluntates domini ponens omnes diuersas esse respectu operum. In homine autem, propriè vtendo nomine voluntatis, est ēt vnica, sc3 intellectiua. Aliquando autē largè p extēsionem nominis, appetitū sensitiuū vocamus volūtatē. Et ſm hoc larga acceptione in homine esse duplex voluntas, sicut realiter est duplex appetitus realiter distinctus, sc3 sensitiuus, & intellectiuus. De istis aūt voluntatibus in Deo agitur primo sententiarum distinctio. 36. & distin. 38.

DE PASSIONIBVS

Pasſionum, & pasſibilium qualitatum modi.

TErtia qualitatis species nominatur passio, & passibilis qualitas, vt p3 in libro p̄dicamētorū. Conuenit aūt hoc nomē tā illis qualitatibus q̄ passionē sunt inferens, sicut calor, & frigus inferunt quādā passionē sensui tactus, & dulcedo, & amaritudo sensui gustus, siue sint illatæ, & innatę ab aliquibus alijs, sicut albedo, & nigredo, quæ innascunt à propria complexione, & principijs subiecti.

¶Et sciendū, quòd qñ hmōi accidentia causant̄ à causa & principio citò transeunte, & faciliter mobili, tunc dicuntur passiones, siue sint à causa intrinseca siue extrinseca: vt iste, qui efficitur rubicundus à verecundia, vel a calore, & iste, qui efficitur pallidus ab aliqua ęgritudine leui, vel à timore. Quando autē causantur a principio permanente, & diuturno, vel firmato, & non faciliter mobili, dicuntur passibiles qualitates, vt qui factus est pallidus, vel rubicundus a principio naturali, sicut a complexione, vel ab aliqua alia causa extrinseca permanente, vt pallidus factus à longa ęgritudine. Et idem est de passionibus, vel qualitatibus animæ. Si enim aliquis ex causa firma irascatur, sicut si ex propria complexione hoc habeat, talis ira passibilis qualitas dicitur, & vocatur iracundus. Idem etiam a causa extrinseca, vt si ex longa infirmitate hoc accidit. Si autem ex leui causa irascatur, talis ira dicitur passio, & ipse iratus dicitur, & non iracundus.

¶Duo autem sunt modi passionum,& passibilium qualitatũ,quia quædã sunt passiones, & passibiles,qualitates corporis,& corporales,sicut patet in exẽplis positis, vt,albedo,& huiusmodi.Quædam autem sunt animæ,non absolutè, & secundum omnem potentiam, sed solum secundum appetitum sensitiuum propriè, vt ira,& huiusmodi.

¶Passionũ deniq; alia naturalis,alia animalis.Passio num naturalis seu corporalis dr tripliciter. Vno mõ, quacũq; alteratio per q̃ aliquid in subiecto recipitur qualecunq; sit illud,& hæc est acceptio valde larga,& sic dr luna pati cum recipit a sole lumen. Secundo mõ dr passio alteratio,per quã a subiecto aliquid abijcit, & aliquid recipitur,qualecunque sit illud , & hæc est magis stricta,& propria acceptio,q̃ prima.Et hoc mõ dr pati,qui sic alteratur,quod egritudo abijcitur,& sanitas introducitur.Tertiò mõ dr passio, alteratio per quam abijcitur forma conueniens,& introducitur forma inconueniens,& hæc est proprijssima acceptio passionis.Et sic non dr pati,a quo abijcitur ægritudo , & introducitur sanitas,sed solum iste,a quo abijcitur sanitas,& introducitur ægritudo,quia sanitas est forma conueniens,& ægritudo disconueniẽs.Alia passio animalis,& hæc nihil aliud est,quàm motus animæ ſm appetitum consurgens ex apprehensione corporalis, & naturalis passionis. Et sicut inter passiones corporales, & naturales illa alteratio magis propriè dr passio, ſm quam forma disconueniens introducitur, & conueniens abiicitur:ita quamuis tribus modis possit dici passio ex parte animalis passionis,sicut ex parte naturalis,& corporalis,tñ inter passiones animę illa dr magis propriè passio,quæ est motus appetitus sensitiui consequens apprehensionem naturalis passionis disconuenientis,quam sequens apprehensionem naturalis passionis conuenientis.Et ideo magis propriè dicitur pati,qui tristatur,vel dolet, quã qui delectatur, vel gaudet.Et isto modo ponuntur passiones in appetitu sensitiuo. Ex larga autem acceptione passionis , tam passioni naturali,quàm animali secundum quod sola acceptio alicuius dicitur passio,translatum est nomen passionis ad potentias, alias animæ apprehensiuas,vnde sic videre quoddam pati , est & intelligere, & velle,vt patet iij.de anima.Ex hoc etiam conceptus, animæ passiones dicuntur,vt patet primo periherme, quod voces sunt signa passionum,quę sunt in anima. Et etiam proprietates substantiales propriæ passiones dicuntur,vt esse risibile est passio hominis.Et hæc non propriè pertinent ad tertiam speciem qualitatis.Quantum aũt ad passiones seu naturales seu corporales, & animales,sciendum,quod passio,vno modo dicit effectum,illationemque actionis,& sic est speciale prædicamentum,quod dicitur prædicamentum passionis. Alio modo idem est , quod quædam dispositio causata ab aliquo accidente , vel ab aliqua faciliter transeunte , & faciliter mobili , & sic est qualitas imperfecta , & sic pertinet ad hanc tertiam speciem qualitatis.

¶Quantum autem ad qualitates elementales actiuas,& passiuas,quomodo pertinea at ad hanc speciẽ: sciendum est secundum communiorem opinionem, quòd istæ qualitates possunt considerari tripliciter. Vno modo secundum quod ordinantur ad actionem,vel ad se inuicem,vel ad potentias sensitiuas immutandas,& hoc absolutè,& sic dicuntur esse ab aliquibus in tertia specie qualitatis.Secundò prout ordinantur ad agendum,& patiendum non absolutè,sed bene vel male,& sic sunt in prima specie.Tertiò,prout causantur a principijs substantialibus elementorũ, & sic sunt in secunda specie qualitatis.Nec hoc est inconueniens,vnam,& eandem rem diuersimodè considerata,ad diuersa genera,& ad diuersas species eiusdẽ generis pertinere,sicut subsequenter patebit. Qualitates autem elementaras,sunt,caliditas,humiditas,siccitas, & frigiditas.

Passiones animæ in concupiscibili.

QVia verò sæpissimè apud theologos, & philosophos de passionibus animæ,quæ animales dicuntur,& sunt in appetitu sensitiuo, sermo non modicum grauis occurit:Iccirco numerum , distinctionem , & sufficientiam ipsarum pono.Deinde,quędam nomina, quæ accidentalem in eis faciunt differentiam,secundo ponenda, & inferenda iudicaui .Primò autem omnium pono rationem siue fundamentum,vnde potest earum sumi distinctio.Vbi intelligendum, quòd passiones,de quibus hic loquitur,differunt secundum ea, quę sunt obiecta,& causatiua talium passionum ipsius animæ.Horum autem obiectorum,quæ causant tales passiones,differentia dupliciter sumi potest.Vno modo secundum naturam, & substantiam ipsorum actiuorum,sicut ignis differt substantialiter ab aqua,quorum quodlibet est actiuum .Alio modo secundum diuersam virtutẽ actiuam,sicut alia virtute agit ignis, alia aqua.Diuersitas autem actiui, vel motiui, quantũ ad virtutem mouendi accipi potest in passionibus aiæ secundum similitudinem agentium naturalium.omne autẽ agens,vel mouẽs, aliquod horum duorum facit, quia trahit quodammodo ad se passum , vel repellit a se.Si trahit ad se,facit tria Nam agens primò dat inclinationem,vel aptitudinem passo , vt tẽdat in ipsum,sicut corpus leue,quod est sursum,dat leuitatem alicui corpori gñatio inferius,in quod agit,p q̃ habet inclinationẽ,& aptitudinẽ,vt tendat sursum.Secũdò dat ei non solũ aptitudinẽ,& inclinationẽ,imò etiam actũ, vt si corpus est extra locum inferiùs,dat ei motum sursum,vt moueatur sursum,vel superiùs.Tertiò dat ei,q̃ escere,& stare in loco,cum peruenerit , ex eadem em causa mouetur ad locum aliquid,& quiescit,licet moueat pp rem non habitam.Quod autem dictum est de agente naturali,dum passum ad se trahit. intelligendũ est eodem modo per omnia,dum passum a se repellit. His suppositis,ex his patebit distinctio passionũ vtriusq; concupiscibilis primò, deinde irascibilis secũdò, & tertio concludet distinctio passionũ vtriusq;.Appetitus enim sensitiuus,in quo sunt passiones,de qbus est sermo,distinguit in concupiscibilem,& irascibilem,vt priùs dictum est,cum potentiarũ aĩæ distinctio poneretur Quartò ostendet. qũo diuersificantur nomina passionum ſm differentias accidentales.Quintò dicet in speciali de quatuor noibus istarum passionum,quę singularem habent difficultatem . Sextò ponetur triplex conclusio,quarum quælibet vtilis est ad hanc materiã,q̃ sequit aliquo mõ ad dicta de istis passionibus.

¶Quantũ igit ad passiones concupiscibilis,sciendũ est,quòd bonum,& malũ apprehenduntur ab æstimatiua naturali,q̃ apprehensionẽ sequit appetitus , q mouet ab eis apprehensis.Bonũ aũt apprehensum het virtutẽ quasi attractiuã,malũ aũt repulsiuam.Bonũ ergo apprehensum mouens cõcupiscibilẽ,causat in ea quãdã inclinationẽ,& aptitudinẽ seu gneralitatem ad bonum.Et ab ista causatione recipitur vna passio appetitus,quãtum ad concupiscibilem,quæ dicitur amor, cui per contrarium malũ apprehensum per repulsionẽ,causat passionẽ aliã oppositam in eadẽ concupiscibili,q̃ dicimus odium.Quoniam autem bonum apprehensum non semper est præsens habitum,iccirco si nõ dũ sit habitum,sed est absens vel futurum dat eidem cõcupiscibili,quàm mouet, non solum aptitudinem, sed motũ ad assequendũ bonũ amatum,& ob hoc sumitur in concupiscibili vna passio,quæ vocatur desiderium. Ex quo patet differẽtia beati.Augustini.inter amorem,& desiderium,quia amor est rei habitæ, desiderium rei habendæ.Ex opposito aũt ex parte mali apprehensi,eodem modo sequitur alia passio, quæ dicitur fuga.Tertiò,cum ipsum bonum apprehensum p motũ fuerit acquisitũ,dat ipsum bonũ ipsi appetitui, qui etationẽ quandã in ipso bono adepto , & ab hoc accipitur in concupiscibili,quę vocatur gaudium.Cui ex opposito ex parte mali apprehensi respondet tristitia,quia opponitur gaudio.Et hæ passiones sumuntur & inueniuntur in concupiscibili.

Passiones animæ in irascibili.

IN passionibus irascibilis præsupponitur quædam aptitudo,vel inclinatio ad prosequendum bonum, vel fugiendum malum ex concupiscibili,quæ absolutè respicit bonum vel malum, sed irascibilis respicit bonum,vel malum arduum,& difficile, alioquin non pertineret ad irascibilem.Si ergo bonum apprehensum arduũ,mouet irascibilẽ,quod non potest esse nisi non dum adeptum,quia si tale bonum iã esset adeptũ, non haberet rationem ardui,& difficilis,& sic non pertineret ad irascibilem:ergo oportet,quòd bonum apprehensum mouens irascibilem, sit arduum non adeptum.Si ergo bonũ tale moueat,vt passibile æstimatur haberi,causat passionẽ,q̃ dr spes:si aũt moueat,vt impossibile æstimatur haberi,causat passionem, q̃ dr desperatio.Ex opposito aũt in malo apprehẽso,quod est arduũ,cum nõ imminet de præsenti, sicut sunt pericula futura grandia,mouet irascibilis,& causat quædam passio,si non æstimatur euasibile,quæ dr timor.Si aũt æstimat superabile seu euasibile,causat passio,quæ dr audacia.Respectu aũt boni adepti in irascibili non est aliqua passio,qa ex quo est adeptum,perdit rõnem ardui,& sic non pertinet ad irascibilẽ,vt dictũ est. Sed malum iã actu existens,pot habere rationem arduiad sustinendum,& repellendum.Et ideo causat in irascibili passionem,quæ dr ira.Iræ aũt,quæ est ex malo in actu adiacente,non respondet aliqua opposita passio ex bono propter prædicta:quia bonum apprehensum imminens,non habet rationem difficilis,quia adeptũ. Et ideo solum causat passionem in concupiscibili, & non in irascibili.

Passiones animæ vndecim. Amor,Odium,Desiderũ, Fuga,Gaudium,Tristitia,Spes,Desperatio,Timor, Audacia,Ira.

EX prædictis patet,quòd in cõcupiscibili sunt tres coniugationes passionum oppositarum respectu boni,& mali,scilicet,amor.odium,desiderium,& fuga,gaudium,& tristitia.Et sic sunt sex in concupiscibili.In irascibili autem sunt duæ coniugationes,scilicet spes,& desperatio,quorum vtrumque est respectu boni futuri:timor,& audacia quorum vtrumque respectu mali futuri est.Vnica autem passio est sine coniugatione respectu mali præsentis,& dicitur ira. Et sic sunt solum quinque in irascibili. Et per consequens omnes in vniuerso sunt vndecim. Et sic passiones,& virtutes morales sibi in vndenario numero correspõdent.Est autem notandum,quòd sicut diuisio virtutum superiùs posita,non est diuisio in species specialissimas sed in species subalternas, sic diuisio istarum passionum non est in species specialissimas sed in species subalternas,continet enim aliquas sub se, vt magis infra patebit.

¶Accidentia aũt passionum dupliciter possunt accipi, vel quæ eis accidunt in se,vt quòd sit passio intẽsa,vel remissa,vel quæ eis accidunt ex obiecto, quæ,s.

accidunt bono,& malo apparenti:quia obiectum passionum,per se,est bonum,vel malum apparens. Si ergo accipiamus differentiam accidentalẽ, quæ respicit ipsam passionem in se,sicut est esse intensum, sic accipit diuersitas nominum in istis passionibus , quarum ad passiones cõcupiscibiles:quia respectu desiderij ponitur concupiscentia,quæ nihil aliud est, quàm desiderium mulrũ intensum Respectu autem timoris ponitur zelus,qui nihil aliud est, quàm amor adeò intensus,vt non patiatur consortiũ in amato. Respectu aũt odij ponitur abominatio,quæ nihil aliud est,q̃ odium intensum.Respectu aũt gaudij ponuntur tria,quia quãdo est gaudium adeò intensum,vt si in signo exteriori quocunq; gñaliter prorumpat,dr exultatio,quasi extra saltatio.Hilaritas aũt dr,quantũ ad signa,q̃ ex intẽso gaudio apparent in facie:Iucunditas aũt, inquantũ ad signa,q̃ ostẽdunt in alijs mẽbris,& alij actibus. Et hæc tria sunt respectu effectus extrinseci.Aliud aũt pot accipi respectu effectus intrinseci, qui sequit extensione gaudij,& est cordis dilatatio,& respectu huius effectus ponit nomẽ lætitiæ . Vñ lętitiæ quasi latitia dr idẽ,dilatatio.Respectu aũt tristitię, q̃ est multũ intẽsa, in tantũ,vt immobiliter ad operãdũ, & actionẽ, quæ retardet,ponitur acedia.Vñ Damas.dicit,quòd acedia est tristitia aggrauans,& immobilitans in tantũ, vt vocẽ auferat,quia prohibet loquutionem.Respectu aũt passionis,quæ est fuga,non sic habemus nomen impositũ,quod accidentalẽ differentiã faciat, nisi forte poneremus abominationẽ respectu fugæ intensæ, sicut respectu odij intensi.Quãtũ aũt ad passiones irascibiles,respectu spei ponit pręsumptio,quæ nihil aliud est, quàm spes multum intensa.Audacia aũt dicit intensionem,& excessum confidentię in aggrediendo terribila.Furor aũt dicit intensionem iræ . Vñ furor nihil aliud est,quàm ira multũ intensa.Respectu timoris, & desperationis, non habemus nomina importantia. accidentalem differentiam ex parte intentionis actus Respectu aũt passionis quantum ad remissionẽ actus, non habemus nomina accidentales differentias importantia.Sed si acipiamus accidentalem differentiam ex parte obiecti,cum obiectum sit passionum(vt dictũ est)bonum,& malum apparens,ea, quæ ista accidentaliter respiciunt,faciunt etiam accidentalem differentiam in passionibus respectu obiecti,vt patet manifestè in duabus,scilicet in tristitia,& in timore. Quantũ ad tristitiam quidem ipsa est mala , quia tristi malum apparet.Quod aũt est malum apparens,tristi accidit, quod pot esse alteri malum, vel bonum.Sit ergo tristitia sit de malo,quod non solum apparet malum ipsi tristi,sed etiam est malum alteri,sicut pauperias apparet malum alicui diuiti,& est malum alteri, s.pauperi, sic respectu tristitiæ talis ponitur hoc nomen miseria, quæ est circa malum apparens alicui, & alteri inexistens,ex quo apprehendenti apparet esse malum.Si autem sit bonum alteri , & per hoc apprehenditur, vt malum proprium,sic est inuidia, quæ est tristitia de prosperitate bonorum alterius, vel nemesis , quæ est tristitia de prosperitate malorum,vt patet.ij ethicorum.Quantum autem ad timorem,est distinctio,quia de malo difficili, quod superat facultatẽ timẽtis, accidit aliquid dupliciter.Vno mõ,ex parte ipsius mali qđ timetur.Alio mõ,ex parte ipsius timentis malũ Ex parte aũt ipsius mali accidit turpitudo,& hoc,vel in se,& sic ponitur iracundia,quæ est de turpi actu, vel in opinione,& sic est erubescentia, quę est timor de conuicio secundum Damas Vel verecundia pertinet ad turpitudinem culpæ,erubescentia aũt turpitudinem pœnæ.Ex parte aũt timentis sumuntur differentiæ accidentalis timoris hoc mõ, qa terribile accidit facultatem

tẽ timẽtis, vel in agẽdo, vel in agnoſcendo. Si in agendo, ſic eſt ſegnities, vel ignauia, q̃ eſt timor futuræ operationis ſm Damaſ. Vel in cognoſcẽdo, & hoc eſt tripliciter, ſ. vel pp cognoſcibilis altitudinẽ, & ſic eſt admiratio, q̃ eſt timor ex magna imaginatione. Vel pp eius inconſuetudinẽ, & ſic eſt ſtupor, q̃ eſt timor ex inaſſueta imaginatione. Vel pp incertitudinẽ, & ſic é agonia, q̃ eſt timor infortunij, & hoc idẽ dr̃ trepidatio, & dubitatio. Et ſic patet differentia iſtorum nominum accidentaliter ſe habentium ad nomina paſſionum.

¶ Nota aliquarũ iſtarũ paſſionũ, hẽnt difficultatem ſpecialẽ in ſuo ſignificato, aut rõne ſui, aut rõne vicinitatis ad alia vocabula. Iõ de illis breuiter aliquid dicendũ eſt, quia p hoc aliquæ difficultates in alijs faciliter patefient. Sunt aũt quatuor, duæ ex parte cõcupiſcibilis, ſ. gaudiũ, & triſtitia: ex parte iraſcibilis aliæ duæ, ſ. timor, & ira. Primò ergo dicendũ eſt de pertinẽtibus ad concupiſcibilẽ, & primo de triſtitia, quia verò triſtitia ambiguitatẽ facit, & rõne ſui, & rõne vicinitatis ad alia: nam triſtitia quidam dolor eſſe vr̃, primò videndum eſt, quid de ſe importat triſtitia.

¶ Triſtitia, ꝓpriè importat motũ appetitus ſenſitiui, cauſatũ ex apprehenſione alicuius nocui ſm ſenſum. Et q̃a ea, q̃ dicunt de appetitu ſenſitiuo, q̃ũ ad aliq̃d dicunt, & trãſferunt ad appetitũ intellectiuũ: inde eſt q̃ et aliq̃n dicit actũ appetitus intellectiui, ſequẽtẽ apprehenſionẽ intellectiuã, q̃ ꝓpriè dr̃ diſplicẽcia. Primò mõ eſt paſſio, nõ aũt ſcdo mõ. Et huic triſtitiæ ſm ſenſum opponit gaudiũ ſm ſenſum, & triſtitiæ ſm intellectum opponitur gaudium ſecundum intellectum.

¶ Dolor quantũ ad ſenſum, ꝓpriè importat ꝓceptionẽ læſionis, quę eſt ſcdm ſenſum tactus, cui opponitur delectatio ſm eundẽ ſenſum. Vñ ſicut delectatio ſenſibilis cauſat ex coniunctione conuenientis ſm ſenſum, ita dolor ſenſibilis ei oppoſitus, cauſat ex coniunctione eius, quod nõ eſt conueniens ſenſui. Sed inter alios ſenſus, ſenſus tactus eſt diſtinctiuus eorũ, ex qbus conſiſtit temperamentum corporis. Vnde illud, quod eſt conueniens ſecundum tactum, eſt conueniens ipſi tẽperamẽto corporis. Et propter hoc completa delectatio eſt in ſola perceptione tactus. Et ſimiliter illud, q̃ eſt inconueniens tactui, eſt contrarium temperamento corporis. Et ideo dicitur ii, de anima, quòd corrumpentia tactum, corrumpunt animal, non autem corrumpentia auditum, niſi ſimul contingat ex accidenti, & tactum corrumpi. Et ideo in ſolo tactu eſt dolor, & accidit ſiue cauſatur ex læſione temperamenti ipſius corporis. Quoniam autem ea, quę ſunt ſenſus exterioris extenduntur, & deinde transferuntur, vt dicantur de his, quæ pertinent ad ſenſus interiores: viſionem quippè extendimus ad actus imaginatiuè, ea etiã quæ ſunt ſenſitiuæ partis, extendimus ad partem intellectiuam: iccirco doloris nomen ad actus ſenſitiui transferimus, & quod propriè eſt triſtitia, dolorem nominamus, & ſimiliter ad actum appetitus intellectiui. Et quod propriè eſt diſciplina dolorem largè appellamus. Et quod dictum eſt de dolore, per omnia intelligendum eſt de delectatione ſibi oppoſita, quia in ſenſu vocatur ſenſibilis delectatio, in appetitu ſenſitiuo vocatur gaudium, in intellectiuo appetitu vocatur delectatio intellectualis, vel ab aliquibus fruitio. Dolor, & triſtitia realiter differunt. nam in dolore, & triſtitia duo inueniuntur. Primum eſt contrarietas contriſtantis, & dolorem inferentis ad ipſum contriſtatum, & ad ipſum dolentem. Secundum eſt perceptio illius contrarietatis. Et ſecundum hæc duo, dolor, & triſtitia tripliciter differunt. Primò, quantum ad contrarietatem: quia hæc in dolore attenditur quantum ad naturam dolentis, quæ per leſionem corrumpitur, ſed in triſtitia attenditur quantum ad repugnantiam appetitus ad aliquod, quod quis odit. Secundò quantum ad perceptionem, quia perceptio doloris ſemper eſt ſm ſenſum tactus, in triſtitia aũt eſt perceptio ſm ſenſum interiorem. Tertiò quantum ad ordinem, quia dolor incipit à læſione, & terminatur ad perceptionem ſenſus tactus, ibi enim cõpletur ratio doloris. Sed ratio triſtitiæ incipit ab apprehenſione æſtimatiuæ naturalis, & terminatur in affectione, vel appetitu. Ex quo patet, quod propriè loquendo dolor eſt paſſio corporalis, ſed triſtitia eſt paſſio animalis. Sed ſecundum extenſionem nominum triſtitia dolor dr̃, & tam triſtitia, quàm dolor, quæ reſpiciunt ſenſum, extenduntur ad diſplicentiam, quę eſt in appetitu intellectiuo.

¶ Quæ aũt dicta ſunt de dolore, & triſtitia, eo dẽ mõ reſpectu multiplicis acceptionis per omnia dici poſſun, de delectatione, & gaudio. Vñ, & delectatio reſpicit propriè ſenſum tactus, gaudiũ appetitũ. Sed delectatio extenditur ad appetitũ ſenſitiuũ, & vtrumq; ad appetitũ intellectiuũ. Eodẽ etiã mõ, quantum ad ꝓprias rationes, differunt ab inuicẽ ſicut dolor, & triſtitia. Dolor aũt opponit delectationi in illo mõ, in quo accipitur dolor, & ſimiliter triſtitiæ opponitur gaudium in illo modo, in quo accipitur triſtitia.

¶ Ira dicitur tripliciter. Quandoq; enim ira ponitur pro habitu, vel actu cuiuſdã vitij, quod opponitur mã ſuetudini ſecundum ſuperfluitatem iræ, & vocatur ira ſcibilitas, vt dicitur quarto ethicorum. Et ſic non eſt ira in Deo, nec fuit in Chriſto, nec eſt in ſanctis, & virtuoſis. Secundo modo ira dicitur voluntas vindicandi, puniendi aliquod male factum. Et ſic non eſt paſſio propriè loquendo, nec eſt in iraſcibili, ſed eſt in voluntate ſuperiori, & ſic ira eſt in Deo, & fuit in Chriſto, & eſt in ſanctis, & iuſtis, & ſic accipitur in pſalmo: Iraſcimini, & nolitẽ peccare. Tertio modo dicitur ira paſſio virtutis iraſcibilis, & contingit ex hoc, quòd appetitus ſenſitiuus tẽdit ad deſtructionem alicuius, quod apprehendit contrarium rei volitæ, & deſideratæ. Et ſiquidem ſit ſecundum ordinem rationis inſurgens, vel ſit ratione ordinata, dicitur ira per zelum, & talis non eſt in Deo, ſed fuit ſecundum humanitatem in Chriſto. Et actus eius legitur Iohannis ſecundo, quando fecit flagellum de funiculis, & ejecit vendentes, & ementes de templo, quia de eo ſcriptum erat, zelus domus tuæ comedit me. Talis etiam ira eſt in ſanctis, & fuit in phinees, quando ſtetit, & quaſſatio ceſſauit. De quo dicitur, quod phinees zelando zelum legis, ac cepit teſtamentum ſacerdotij ęterni. primi Machabæorum ſecundo. Sed aũt nõ ſit per rationem ordinata, erit ira per vitium, & talis eſt in malis, & non in iuſtis, nec fuit in Chriſto, & eſt in beatis, ſed ibi caret ratione, vitij, & virtutis.

¶ Timor tribus modis accipitur. Primò pro habitu, vel actu cuiuſdam doni ſpiritusſancti, quod inter ſeptẽ numeratur, Eſaiæ vndecimo. Requieſcet ſuper eũ ſpũs timoris domini, & in pſalmo: Initium ſapientiæ timor domini, & ſic fuit in Chriſto, & eſt in viris ſanctis, & iuſtis, & ſic eſt in appetitu intellectiuo ſicut in ſubiecto. Secũdo mõ ſumitur pro quodam habitu, vel actu vitioſo, qui opponitur fortitudini, quæ eſt virtus, & ſic ponitur à Philoſopho tertio ethicorum, & hoc modo non fuit in Chriſto, & ſic vocatur illud vitium per Ariſtotelẽ timiditas. Tertio modo accipitur pro quadam paſſione virtutis iraſcibilis, quæ cõſurgit eſt hoc, quod appetitus ſenſitiuus refugit aliquid inimicũ, vel malũ apprehenſum, & ſi quidem ſit ratione regulatus, erit debitus, & ſic fuit in Chriſto, & in ſanctis. Si autẽ non ſit regulatus ratione, erit malus, & ita non fuit in Chriſto. Iſtis autem duobus modis ſemper timor

eſt

eſt in apetiuo ſenſitiuo. Nullo aũt mõ timor conuenit Deo, niſi in pſona Chri modis ꝓdictis. Timor aũt ꝓpriè eſt paſſio, ꝓuenit beatis eo mõ, quo dictum eſt de ira.

¶ Paſſiones appetitus ſenſitiui dupliciter poſſunt cõſiderari. Vno mõ ſm ſe, prout ſunt motus q̃dã irrationalis appetitus. Et ſic in eis nõ eſt bonitas, vel malitia moralis. Et q̃a ſic ſunt in brutis, ipſa bruta per eas non dicunt bona, vel mala, ſicut equus non dr̃ bonus, vel malus moraliter. Secundò poſſunt cõſiderari ſm quod ſubiacẽt imperio rõnis, & volũtatis, & ſic in eis eſt bonũ, & malũ morale. ꝓpinquior eſt eſt apetitus ſenſitiuus ipſi rõni, & voluntati, q̃ mẽbra exteriora, quorũ eſt motus, vel actus ſunt boni vel mali moraliter ſm qd̃ ſunt voluntarij. vñ multò magis ipſæ paſſiones ſm qd̃ ſunt voluntatis, poſſunt dici bonę, vel malæ moraliter. Dicunt aũt voluntariæ, vel ex eo, ꝙ à voluntate important, vel ex eo, qd̃ à voluntate non ꝓhibẽt. Tunc ergo paſſiones dicunt bonæ, qñ ſunt moderatæ recta rõne: malæ aũt, cũ ſunt præter moderamen rõnis, vel cõtra.

Paſſiones principales quatuor, Gaudium Triſtitia Spes, Timor.

SIcut in virtutibus moralibus ſunt quatuor virtutes principales, ita inter paſſiones animę ponũntur quatuor principales, ſ. gaudiũ, & triſtitia, ſpes, & timor. Harũ aũt duæ, ſcilicet gaudium, & triſtitia, quæ ſunt in concupiſcibili pro tanto rrincipales dicuntur, quia ſunt completiuæ, & finales reſpectu omnium paſſionũ ſimpliciter. vñ ad omnes paſſiones ſequuntur, vt dr̃. 2. ethicorum. Aliæ aũt duæ, ſcilicet ſpes, & timor, quæ ſunt in iraſcibili, dicuntur principales. non quidẽ quaſi completiuæ in eodem genere motus appetitiui ad aliquod: nam reſpectu boni incipit motus in amore, & procedit in deſiderium, & terminatur in ſpe. reſpectu autem mali incipit in odio, & procedit ad fugam, & terminatur in timore, & ſic in genere motus appetitus ſunt termini aliarum paſſionum. Soler autem numerus quatuor paſſionum ſumi ſecundum differentiã præſentis, & futuri. Motus enim reſpicit futurum, ſed quies eſt in aliquo præſenti. De bono ergo præſenti ẽ gaudium, de malo autem ꝓſenti eſt triſtitia: de bono futuro ſpes, de malo futuro timo. Omnes autem aliæ paſſiones, quæ ſunt de bono, & malo præſenti, vel futuro, ad has reducuntur completiuè. vnde, & ab aliquibus principales dicuntur, quia ſunt generales. Et ꝓpter hoc Boethius in fine 1. lib. de conſolatione, ſic eas enumerat: Gaudia pelle. Pelle timorem. Spemque fugato. Nec dolor ad ſit. Quamuis autem generales, & principales dici poſſunt, non tamen carnales dicunt, qura in eis non inuenitur ratio cardinis, & oſtij, ſicut de virtutibus de quibus tractatum eſt. Per illas enim virtutes eſt ingreſſus, & introitus ad alias, quare rationem habent cardinis, & oſtij. vnde, & cardinales dicũtur. Sed per has paſſiones non venitur ad alias, immò per alias peruenitur ad iſtas: quia aliæ ad has terminãtur, & iſtæ ad alias conſequuntur, vt dictum eſt, vnde carent ratione cardinis, & oſtij, & per conſequens, quamuis generales, & principales, non tamen cardinales poſſunt propriè nuncupari.

Forma Figura.

QVarta ſpecies qualitatis eſt forma, & circa hoc aliquod conſtans figura. Hæc autem qualitas ſm hanc ſpeciem non inuenitur niſi in ſubſtantia corporea. Vnde ſecundum Ariſtotelem hæc ſpecies conſequitur formam ſubſtantialem in omni ſubſtantia corporea. Vnde ſicut ſubſtantiæ corporeæ differunt ſecũdum diuerſas formas ſubſtantiales, ita differunt ſecundum diuerſas formas, & figuras accidentales. Vnde quorum eſt forma vna ſubſtantialis in cõi, eſt vna forma, & figura accidentalis in cõi tam in toto, quàm in omnibus membris, ſicut hominis cuiuſlibet eſt vna forma ſubſtantialis in communi, & ſimiliter vna forma, & figura accidentalis, & membrorum diſpoſitio in cõmuni, equi, & aſini ſimiliter, & ſic de alijs. Et ſic forma, & figura non differunt, niſi ſecundum terminationem, vel modum terminationis qnantitatis ſecundum lineam corporeæ ſubſtantiæ, & in hoc conueniunt tam forma, quàm figura.

¶ Differunt forma, & figura, quod idem ſunt realiter, ſed differunt ratione ſecundum diuerſam conſiderationem, quia prout modus terminationis lineamentorum in corpore refertur ad intra ad formam ſubſtãtialem, ſcilicet, quæ tam in toto, quàm in partibus eſt cauſa, qualiter totum corpus, vel hoc membrum, vel illud ſic, vel ſic formatur, vocatur, & dicitur forma, ſed ſecundum quod ad ipſam quantitatẽ refertur extra, in qua fundatur talis modus terminationis, ſic vocatur figura.

¶ Figura aũt dicitur tripliciter. Vno modo, ſecundum quod eſt quantitas terminata per tinẽs ad genus quantitatis continuæ, & ſic non accipitur hic. Alio modo, prout dicit qualitatem reſultantem ex terminatione quantitatiua, & ſic eſt qualitas, ad quartam ſpeciẽ pertinens. Tertio modo, prout eſt figura alicuius rei in cuius ſignum ponitur, ſicut patet de imaginibus, & figuris, quæ fiunt ad aliquas res repræſentãdas. ideo ſic figura accepta ꝓ ſigno, vel imagine repræſentatiua alicuius, nõ pertinet ad genus qualitatis: ſed cum dicat reſpectum ad genus relationis pertinet. Secundò videndũ eſt de forma, & dicendum, ꝙ forma vno modo dr̃ pars compoſiti, vt forma ſubſtantialis, quæ eſt actus, & dans eſſe ſubſtantiale, & ſimpliciter, & hæc vocatur forma partis. Aliquando capitur in comparatione ad formam totius, de qua ſtatim dicetur, & ſic dicitur dãs eſſe ſubſtantiale homini forma ſubſtantialis, ſcilicet anima, & ſic de alijs, & talis forma eſt in genere ſubſtãtiæ ſicut pars. Secundo modo dicitur forma actus, nõ dans eſſe ſubſtantiale, ſed habens eſſe ſubſtantiale, nec eſt compoſitũ ex duabus, ſaltem principijs ſubſtantialibus. Et illo modo dicitur forma per abſtractionem à materia, vt angeli, & Deus, & tales formæ ſunt in genere ſubſtantiæ quantum ad angelos. Deus autem eſt extra genus. Tertio modo dicit forma ipſa naturarei, quæ conſideratur abſq; cõditionibus materialibus in diuiduãtibus, & generaliter reſpectu cuiuslibet rei natura, & ſubſtantia importata per diſtinctionem, & hæc vocatur forma totius, & hæc forma eſt in genere illo, in quo eſt illud, cuius eſt forma, ſiue pertineat ad genus ſubſtantiæ ſiue cuiuſcunq; accidentis, & hæc forma dr̃ forma totius in comparatione ad formã partis primo modo dictam, vnde ſicut anima, ſic primo modo dicitur forma partis. ita natura importata per diſſitionẽ, ſcilicet humanitas, dicitur forma totius. Quarto modo dicitur forma de actu, quę non dat eſſe ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & hæc forma eſt quodcũque accidens. Eſt tamen duplex modus accidentium, quia quædam dicuntur intentionalia, & de talibus accidentibus dicitur etiam nomen formæ. Vnde ſpecies in medio, & in intellectu, & in ſenſu formæ dicunt̃, ſed intentionales, & tales formæ pertinent (quantum credo) ad primam ſpeciem qualitatis. Alius modus accidentium eſt, quia ſunt realia, & ſic omne accidens forma vocatur, & ſic eſt nomen commune omnibus accidentibus. Sed quoddam accidens eſt ſcilicet quãtitas, quã conſequitur modus quidam ex ſua terminatione, qua ſubiectum terminat, & talis modus vocatur forma, & pertinet ad quartam ſpeciem qualitatis.

¶ Forma, & figura etiam aliquo modo ſunt diſpoſi-

riones ipſius ſubſtantiæ. Diſpoſitio aũt ordinẽ quendã importat, vñ non dr̃ aliqd diſponi p̃ qualitates, niſi in ordine ad aliud. Et iõ diſpoſitionis ſimpliciter p̃ſidera tę addat̃ rõ huius, quod dicitur bene, vel male, quod pti net ad rõnẽ habitus, q̃ eſt in prima ſpecie qualitatis, & op3, quòd tũc diſpoſitio, qualibñ, vel male dr̃ aliquid diſponi, attendat̃ ſm ordinẽ ad naturã rei, ſ3 ſm quod talis diſpoſitio eſt ſibi p̃ueniẽs, & tũc dr̃ bene diſponi, vel diſconueniens, & tũc dr̃ male diſponi, vñ ex hoc ipſæ figurę ſunt formę de quarta ſpecie qualitatis, & paſſibiles qualitates de tertia, put cõſiderant, vt cõue nientes, vel diſconuenientes naturę rei, ptinent ad habitus, vel diſpoſitiones, q̃ ſunt in prima ſpecie qualitatis. Nã figura, & color naturæ rei cõuenientes, ptinent ad pulchritudinẽ, q̃ eſt habitus, vel diſpoſitio in prima ſpecie qualitatis Calor aũt, & frigus ſm quod p̃ueniũt naturæ rei, ptinent ad ſanitatẽ, & hoc mõ caliditas, & frigiditas ponunt̃ à Philoſopho in prima ſpecie qualitatis. Et hoc expreſsè ponit doctor cõis prima ſecundæ. quæſtione quadrageſima nona articulo ſecundo in ſolutione primi argumenti. Et hæc quantum ad genus qualitatis, dicta ſufficiant.

PREDICAMENTVM IIII. RELATIO.

Relatiuum Relatio.

DIfferunt relatiuum, & relatio, quia relatiuum eſt concretũ relatio eſt abſtractũ, & habẽt ſe ad inuicẽ ſicut albũ, & albedo Et ideo ſicut album importat rẽ albam & ipſam albedinem, & albedo dicit ſolã formam, & ſolam qualitatem, quæ habetur, ita relatiuum dr̃ illud, quod habet reſpectum ad alterum, ſed relatio dicitur ipſe reſpectus præciſsè, formaliter habitus ab illo, quod eſt relatiuum.

¶Relatiuum etiam diuiditur contra abſolutum Abſolutũ aũt dr̃, qđ ab oĩ alio eſt abſolutũ, ſic tali ſolutione, q̃ non habet reſpectũ ad aliud. Et iõ p̃ oppoſitum illud dr̃ relatiuũ, quod importat, & habet reſpectũ ad aliud, p̃p quod dr̃ relatiuum. Dr̃ ẽt reſpectum, in quo ſcilicet reſpectiuo ſit aliqua maior expreſsio ipſius reſpectus, quàm in nomine relatiui. Et quia reſpectus importat̃ per hanc præpoſitionem ad, & hoc quod dico aliquid, ipſam terminat, idcirco relatiua vocãtur hoc nomine, ad aliquid. Hoc em̃, quod dico aliquid, dicit, & ſignificat eſſentiam, cum ſit neutri generis, & importat terminum reſpectus, & dependentiæ, cum ſit accuſatiui caſus, qui eſt maximè determinatiuus. Hæc etiã præpoſitio ad, importat quendam reſpectum, & quandam dependentiam. Iſtam autem duplicem naturam habent relatiua, ſcilicet naturam terminantis, quantũ ad oppoſitum relatiuum, & dependentis, quantũ ad ſeipſum. Et ideo magis explicitè tangitur natura relatiuorum cum reſpectiua dicuntur, quàm cum ſimpliciter nomine relatiua appellantur. Sed cũ dicuntur ad aliquid, tunc expreſsiùs, & explicatiùs exprimuntur. Et ſic patet, quod idẽ ſunt, & idem important, relatiuũ, reſpectiuum, & ad aliquid, ſed reſpectiuum explicat expreſsiùs, quã relatum, & ad aliquid expreſsiùs vtroque propter quod Ariſt. non nomine reſpectiui, vel relatiui, ſed, ſed nomine ad aliquid, relatiua definit in libro prædicamentorum.

Quid ſit relatiuum definiendo, & quomodo intelligitur definitio.

QVantum ad tertiũ, videndum eſt quid ſi relatiuum ſm illã definitionẽ. Et dicendũ, q̃ relatiua Ariſto. in libro p̃dicamentorũ definit, dicens, quod ad aliqd ſunt, quæcunq; hoc ipſum, quod ſunt aliorum dicunt̃ eſſe, vel quomodolibet aliter ad aliu t Hæc definitio ſic declaratur, quia ipſa relatiua vocat̃ ad aliquid rõne immediatè prædicta, quaſi dicãt, ad aliqd (id eſt, ipſa relatiua) ſunt talia, quod ipſa hoc ipſum ſ nt, alio ũ dicũtur, id eſt, ipſa relatiua inquantũ relatiua ſunt, reſpectũ & habitudinem ſeu dependentiã hẽnt ad alia reſpectu quorũ relatiua ſunt. In hoc aũt quod dicit aliorũ, notant duo, vnũ eſt, quod relatio op3, quòd ſit inter duo, & p̃ conſequens relatiuũ eſt ad alterũ extremũ, & nõ ad ſeipſum. Vñ oportet eſſe duo extrema diſtincta ipſa relatiua, vel ſecundũ rem, vt in relatione reali, vt patet de patre, & filio, vel ſecundum rationem, vt patet in relatione rationis, quantum ad relationem identitatis, in qua idem refertur ad ſeipſum. In qua nõ ſunt duo extrema ſecundũ rem, ſed ſecundum rationem, inquantum intellectus vno termino vtitur, vt duobus, dicendo: Idem eidẽ idem. Secũdò notatur, quod cum hoc, quòd dico aliorum, ſit caſus genitiui, quod relatiua poſſunt referri in habitudine genitiui caſus, vt dicẽdo, pater filij pater, vel poſſunt ẽt referri in habitudine ablatiui caſus, vt dicendo, Maius minor maius, vel aliorum caſuum Et quantũ ad hoc ſubdit̃ in definitione, vel q̃libet aliter ad aliud. i. nõ ſolũ aliorũ dicunt̃ referunt̃ in habitudine aliorũ. i genitiui caſus: ſed ẽt q̃libet aliter quodlibet refertur ad aliud i. indifferẽter ſecundum in habitudine aliorum caſuum.

¶Relatiuorum p̃terea eſt talis diſtinctio, quod q̃dam ſunt relatiua ſecundum dici q̃dam ſecundum eſſe. Relatiua ſecundum dici, dicunt̃ ſecundum accidens. Relatiua ſecundum eſſe dicuntur relatiua ſecundum ſe. Relatio ergo ſecundum eſſe, & per ſe dicuntur illa, quæ quantum ad ſui eſſentiam, vel quantũ ad illud, quod primo ſignificatur per nomẽ, ſunt in p̃dicamento relationis, vt duplum, triplũ, & huiuſmodi Vel illa, quæ directè in formali ſignificato important relationes, quod idẽ eſt, ſicut pater, & filius important relationes paternitatis, & filiationis. Relatiua ſecundum dici, & ſecundum accidens dicuntur, quæ quantum ad ſui eſſentiam & quantum ad id, quod primò ſignificatur per nomen, non dicunt niſi fundamẽtum relationis, & ſic ſunt in alio prædicamento. Quãtum autem ad reſpectum, quem important, non autẽ in formali ſignificato ſunt in genere relationis, ſicut patet de ſcientia, q̃quantũ ad formale importatum per nomen, eſt in prima ſpecie qualitatis: tamen quia refertur ad ſcibile tanquam ad correlatiuum, eſt in genere relationis. Hæc autem diſtinctio non dabet poni, quamuis eam aliqui poſuerunt, in relatione, ſicut ponitur in relatiuis. Non enim eſt quædam relatio ſecundũ eſſe, & quædã ſm dici: ſicut eſt quodã relatiuũ ſecũdũ dici, & quoddã ſcdm eſſe. Ois em̃ relatio ſcdm eſſe, eſt relatio rei, vel rationis, & nulla ſecundum dici.

¶Relatiuorũ inſuper eſt talis diſtinctio, quòd q̃dã ſunt relatiua ſuprapoſitionis, quædam ſuppoſitionis, quædam æquiparantiæ Relatiua ſuprapoſitionis dicuntur, quæ aliquid maius ex ſuo nomine importãt, & ſic relatiuum ſuprapoſitionis dr̃ dñs reſpectu ſerui duplum reſpectu dimidij. Relatiua autem ſuppoſitionis dicuntur, quæ aliquam minoritatem, & inferioritatem important, vt ſeruus reſpectu dñi, dimidiũ reſpectu dupli. Relatiua æquiparantiæ dicuntur, q̃ nullam ſuperioritatem, vel inferioritatem, vel minoritatem important, vt in relatiuis ſimilis, & æqualis, & huiuſmodi, quia ſimile refertur ad ſimile, & æquale ad æquale quadam æquiparantia, vel æquipollentia.

¶Relatiuorũ, & nominum relatiuæ ſignificatnium in diuinis, ſunt quatuor. Eſt enim relatiuum proprijſsimè, quòd ſecundum ſuum nomen ad aliquid refertur, vt pater. Aliud eſt relatiuum, quod conſequitur, vel cauſat relationem, vt generatio, & generans Aliud autem, quod implicitè claudit in ſe relationem, ſicut trinitas,

nitas, quæ includit in ſe perſonas relatione diſtinctas, & hoc nomen perſona includit relationẽ diſtinguentẽ. Aliud aũt dr̃ relatiuum, inquantum pro relatiuo ponitur, vt hoc nomen Deus.

RELATIO.

RElatio formaliter importat præciſè, & principaliter ipſum relatiuum. Circa quam videnda ſunt vndecim Primò, quot ſunt genera relationum formaliter acceptatum. Secundò, quid eſt relatio realis, & rationis. Tertiò, quomodo diſtinguuntur relationes reales in cõparatione ad ſua fundamenta. Quartò de his, q̃ conueniunt relationi, vt ad diuerſa comparatur Quintò, quæ requiruntur ad relationem realem Sextò quid requiritur ad relationem realem, ita, quod ſit realis ex parte vtriuſq; termini Septimò, quòd inter duo extrema relatiua non eſt vnica relatio ſed duæ. Octauo, quòd relatio poteſt eſſe inter duo extrema realia non realis, & non poteſt eſſe realis, niſi habeat duo extrema realia. Nonò, quot modis contingit relationem eſſe realem. Decimò, quomodo differat relatio a ſuo fundamento. Vndecimò, quot modis contingit eſſe relationem rationis.

¶Ad primũ quot ſunt modi relationũ, ſiue genera reſpectu ſuiipſarum formaliter acceptatum, dicẽdum quòd duo in genere, quia relationem aliæ ſunt reales, aliæ rationis. Relationum autem realiũ hæc eſt diſtinctio, quia quædam relationes reales, habent correſpondentem realem relationem oppoſito termino, ſicut relatio paternitatis habet relationem realem correſpondentem in filio, ſcilicet filiationem.

¶Vñ ſicut pater paternitate realiter refertur ad filiũ ita filius filiatione ad patrem. Aliæ autem ſunt relationes reales, quæ non habent oppoſitam relationem realem correſpondentem in oppoſito termino. ſed ſolum rationis. ſicut ſcientia referẽt ad ſcibile realiter, ſed non rationis. Vnde relatione rationis ſcibile referẽt ad ſcientiam, & non relatione reali. Ratio autem rationis ſimiliter diſtinguitur. quia quædam ſunt relationes rationis, quæ habent relationem correſpondentem in oppoſito termino rationis tantũ, ſicut relatio, quæ eſt inter duo entia rationis, quia ſicut vnum ens rationis refertur relatione rationis ad alterũ, ita aliquid ad illud. Aliæ autem ſunt relationes rationis, quæ hebent oppoſitam relationem realem in oppoſito termino. ſicut dictum eſt de ſcibili, quod ratione relationis referẽt ad ſcientiam, ſed ſcientia realiter referẽt ad ſcibile. Et hoc modo Deus refertur ad creaturam, relatione rationis. Sed creatura relatione reali ad ipſum. Et ille modus eſt conueniens relationi reali, & relationi rationis. Vñ eſt quaſi medius quantum ad correſpondentiam.

¶Ad ſecundum videndum eſt, quid ſit relatio realis, & quid relatio rationis. Ad quod dicendum, quòd relatio realis eſt, qua aliquid habet reſpectum realem in rerum natura, ad aliquid aliud circunſcripto omni actu intellectus, & rationis. Vnde dato, quòd non eſſet aliquis intellectus conferens, & comparans patrem ad filium, vel filium ad patrem adhuc eſſet realis reſpectus in patre ad filium, & econtra, & ideo vtrãq; eſt relatio realis. Relatio autẽ rationis dicitur reſpectus, qui non eſt re extra ad aliud realiter, ſed tota habitudo illa inter duos eſt reſpectus vnius rei ad aliam, ſm intellectum ſolum comparantem, & conferentem, ſub quadam habitudine vnam rem ad aliam. Et hoc modo eſt talis reſpectus in ſcibuli reſpectu ſcientiæ. niſi enim eſſet intellectus comparans ſcibile ad ſcientiam, nullus eſſet reſpectus ſcibilis ad ſcientiam. Vnde dicitur relatio rationis, quia eſt a ratione per priuationem, vel negationem vlterioris realitatis. Et hoc ſiue ſit reſpectu vtriuſq; termini, quantum ad illas relationes ſibi mutuo correſpondentes, in eſſentia rei vel rationis. Siue ſit ex parte alterius termini, ſolum quantum ad illas, q̃ habent correſpondentes relationes reales in altero termino alterius modi.

¶Ad tertium, ſcilicet quot modi ſunt relationum in comparatione ad fundamentum, in quo fundatur talis reſpectus. Dicendum, quòd quinq; , quia quædam relationes ſunt, quæ fundantur ſuper ſubſtantiam, quædam ſuper quantitatem, quædam ſuper qualitatem, quædam ſuper pertinentibus ad actionem, & paſſionem, quædã ſuper rebus menſurantibus, & rebus menſuratis. Quod relatio immediatè fundetur ſup ſubſtantiam negatur ab aliquibus, ſed credo veriorem opinionem illam, quòd immediatè fundetur relatio ſuper ſubſtantiam. Vnde ita eſt Socrates ſimilis Platoni, quãtum ad animam rationalem, ſicut ſecundum albedinem. Et iſte eſt primus modus relationum. Patet autem, quòd in diuinis relatio immediatè fundatur ſuper ſubſtantiam, quamuis ſit diſputabile de creaturis. In diuinis autem relatio manet ſecundum proprium genus, & ideo oportet ponere vnum modum relationis, quæ fundatur in ſubſtantia, iſtum autem modum Philoſophus expreſsè non ponit. Secundus modus eſt relationum, quæ fundantur ſuper quantitatem, ſicut refertur duplum ad dimidũ, & ſic de alijs. Tertius modus relationum eſt, quæ fundatur ſuper qualitatem, ſicut relatio ſimilitudinis, quæ fundatur ſuper vnum in qualitate, ſicut relatio ęqualitatis fundatur ſup vnũ in quantitate, vt Socrates habens albedinem, eſt ſimilis Platoni albo Quartus modus relationum eſt, quæ fundantur ſuper pertinentibus ad actionem, & paſſionem. Et hoc contingit dupliciter Vel ſecundum virtutem, & potentiam actiuam, & paſſiuam, ſicut calefactiuum dr̃, & refertur ad calefactibile, ſecundum potentiam actiuam, & paſſiuam. Nam calefactiuum eſt, quod poteſt calefacere: calefactibile, quod poteſt calefieri. Alio modo, ſecundum actionem, & paſſionẽ in actus, ſicut calefaciens in actu refertur ad calefactũ in actu Quintus modus eſt, ſecundum quod fundatur in rebus menſurantibus, & menſuratis, non quidem in xta menſuram quantitatis, ſed enitatis, & virtutis rei, & ſic referẽ in ratione menſurati ſcientia ad ſcibile, & ſcibile ad ſcientiam in ratione menſuræ, q̃a veritas, & entitas ſcientiæ menſuratur ad ſcibile, a quo depẽdet. Ex quo patet, quod hic non accipitur menſura, & mẽſuratum ſecundum quantitatem, quia hoc ad primũ modum pertinet, ſed accipitur ſecundum menſurationem eſſe virtutis, ſecundum quod ab eo, quòd res eſt, vel non eſt oratio, dicitur vera, vel falſa. Et ideo pater, quod differunt illi duo modi. Ariſtoteles autem non ponit primum modum in. 6. Metaph. directè ſecundũ aliquos. Vel quia non nouit, vel quia non erat ſibi neceſſarium. Tertium etiam modum non explicauit, quia qualitas non ordinatur ad aliud, niſi ſecundum quod qualitas accipitur ratione poteẽtiæ actiuæ, vel paſſiuæ, prout eſt principium actionis, & paſſionis, vel ratione quantitatis, vel ratione alicuius ad quantitatem pertinentis ſicut dicitur aliquid albius alio. Et ſic dicitur ſimile, quod habet vnam qualitatẽ, vnde non explicitè iſtum modum, ſed ſimplicitè alios duos ponendo poſuit. Explicitè aũt poſuit 24 & 5. & iſti ſunt tres modi relationum apud loquentes communiter vſitati a Philoſopho poſiti Primus pertinens ad quantitatem. Secundus ad actionem, & paſſionem. Tertius ad menſuram, & menſuratum. Quorum modorum ratio ſic accipitur. Relatio enim eſt habitudo vnius rei ad alteram. ordinatur autem vna res ad aliam, vel ſecundum eſſe prout vna res quantum ad ſuum eſſe dependet ab

alia,& sic est modus tertius. Vel secundū vitutem acti uam,& passiuam in agendo, & patiendo secundum quod vna res ab alia recipit, vel confert aliquid alteri, & sic est secundus modus. Vel secūdū quod quantitas vnius rei mensuratur per aliam,& sic est primus modus. Ad hos autem tres modos Philosophi possunt omnes relationes reduci. Sed clariùs habentur per modum a me positum. Alia autem genera accidentiū potiùs consequuntur relationem, quàm possint relationem causare, sicut pater, quia quando constitit in aliqua alia relatione ad tempus. Vbi verò in relatione ad locum. Positio autem ordinem partium importat. Habitus autem relationem habentis ad habitum. Idcirco in istis non fundatur directè relatio, nec eam causant, sed potiùs eam consequuntur.

¶ Ad quartum videlicet, vnde habeat relatio, quòd dicat quid vel aliquid,& vnde habeat, quòd sit ad aliquid,& de alijs, quę sibi conueniunt, vel ratione sui, oppositi, vel ratione causæ. Est intelligendū primò, quòd aliquid, vel quid important absolutam entitatem, sed ad aliquid importat entitatem respectiuam. Quando ergo dicitur a doctoribus, quod relatio ab vno habet, quod sit quid, vel quod sit aliquid, intelligunt de absoluta entitate. sed quando dicunt, quod ab aliquo habet quod sit ad aliqd intelligunt de relatiua entitate. Quo viso dicendum est, quod relatio potest cōsiderari, qua dupliciter, quia vel per comparationem ad suum fundamentum, vel ad suum genus prorium, vel ad suum oppositum. vel ad suam causam, vel principium. Si consideretur relatio per comparationem ad suum fundamentum, sic relatio habet entitatem à fundamento, & sic cadit sub diuisione entis in substantiam, cui inest. Et sic relatio reducitur ad genera suorum fundamētorū, sic dicitur quid vel aliquid.

¶ Si autem comparatur ad suum genus proprium. sic relatio non est aliquid, sed ad aliquid. id est non dicit entitatem absolutè sed entitatem relatiuam. Nam illud, quod conuenit alicui ratione sui generis cōuenit omni illius generis. sicut sensus conuenit alicui rōne generis, quod est animal,& ideo omni animali. sed eē aliquid reale nō conuenit omni relationi. cum sit, quædam relatio rationis. ergo non conuenit relationi rōne sui generis esse aliquid. sed eē ad aliquid cū sit hoc conueniat omni relationi. Si autem consideretur relatio in comparatione ad suum oppositum. sic trahit speciem ab illo,& rationē sicut vlna duorum cubitorum trahit rationem dupli ab vlna cubitali, quæ est dimidium. nam si vlna non esset cubitalis. non esset dupla. Si autem comparetur ad suam causam, vel principiū. sic dicimus duplicem esse causam. scilicēt effectiuā,& subiectiuam. Causam effectiuam propriè non habet relatio. cum in aliquid non sit propriè motus, quanquam relatio sit effectus correspondens agenti. Agens enim, cui effectus correspondet, oportet esse in creaturis aliquid absolutum. Est enim suppositum relatiuum proprium in diuinis. In creaturis autem relationes non cōstituunt suppositum sed suppositа consistunt. propter, quod actio omnis agentis naturalis terminatur ad aliquid absolutū primò,& per se. licet ex cōsequenti terminetur ad relationem consequentē, vt augmentatio terminat ad quantitatem, quam sequitur relatio æqualitatis. Alia est causa relationis, quæ dicitur fundamentalis. siue subiectiua, de qua dictū est in prima cōparatione. Et dr fundamentum, quia eo posito, vel subtracto incipit, vel definit esse relatio. Sicut Socrate existēte albo, albedo in Platone esse fundamentum similitudinis. quia ea posita, vel remota à Platone incipiet esse in eo, vel desinere similitudo ad Socratē. Aduertendū tamē est, quòd hæc duo differunt. fundamētum,& subiectum. nam relatio subiectum refert, non autem proximum fundamentum. Fundamentum enim non est propriè, quod refert, sed subiectū. Vnde albedo, quæ est in Socrate non refert ad Platonē. sed Socratem. ratione albedinis, quæ est fundamentum similitudinis in Socrate.

¶ Ad quintum scilicet quot requiruntur ad hoc, ꝙ relatio sit realis. Dicendum, quòd quatuor secūdū veriorem opinionem. Primum est, quòd illud, quod refertur relatione reali, sit aliquid reale, quia nō entis nō est relatio realis. Realiter enim referri præsupponit tale esse,& ideo chymera non potest referri realiter, qa realiter non est ens. Secūdum quod requiritur ad hoc vt relatio sit realis, est, vt in eo, quòd refertur sit aliqd positiuū, per quod referatur, in quo fundetur relatio. Si enim non per illud aliquid suppositiuum, quod esset reale in se per positiuum realiter existens in alio refertur, non esset realis relatio, sed esset relatio rationis tantum. Et propter hoc scitum non refertur realiter ad scientiam, quia scitum dicitur scitum non per aliquid existens in scito, sed per aliquid existens in sciente: & econuerso pater realiter refertur, quia aliquid est in patre positiuum vnde refertur, & non refertur per positiuum existens in altero. Et ista duo sumuntur ex parte subiecti, quod refertur. Alia autem duo, quæ consequuntur sumuntur ex parte termini, & obiecti. Quorum primum est, quòd terminus ad quem est relatio sit realis. sicut enim non entis ad ens non potest esse relatio realis, ita nec entis ad non ens non potest esse relatio realis. Secundum est, quòd terminus, qui refertur sit realiter distinctus ab opposito termino, ad quem refertur, saltem distinctum esse habeat in esse relatio ab illa relatione, quę est ad ipsum, & propter hoc relatio eiusdem ad seipsum non est realis: quia licet in rei veritate aliquid sit idem sibijpsi. tamen termini istius identitatis non sunt distincti realiter: quia nihil habet identitatem ad seipsum, vt ad rem a se distinctam. Habet ergo esse relatio realis ex parte vnius termini. qñ habet has quatuor prædictas conditiones dato, quòd suppositа relatio sibi ex opposito termino correspondens nō sit realis sed rationis. Et isto modo relatio creaturæ ad creatorē est realis, quis creatoris ad creaturam sit rationis. Et similiter relatio scientiæ ad scibile est realis, licet scibilis ad scientiam sit rationis.

¶ Ad sextum, scilicet, quòd requiruntur ad relationem, quę sic est realis, quod etiam in opposito termino habet oppositam sibi relationem correspondentem, & sic secundum naturam correspondentiam ex vtroque termino sunt reales: dicendum est, quòd prædictę quatuor conditiones immediatè positæ, & cum hoc vna alia, quæ est quinta, & hæc respicit vtramque relationem, & vtrumque terminum, scilicet, quod vtraque relatio sit eiusdem ordinis. Et vocant doctores hanc conditionem ponentes esse eiusdem ordinis, quia relatio vnius extremi sit infinita, & extra omne genus, quod relatio oppositi extremi similiter sit eiusdem ordinis, conditionis, quod similiter sit infinita, & illuminata, & extra omne genus. Et ista est in relationibus diuinis. nam sicut relatio, qua pater refertur ad filium est extra omne genus, ita relatio, qua refertur filius ad patrem. Vnde mutuò sibi correspondent in hoc, quod est esse extra omne genus,& esse infinitum,& illimitatum. Vel etiam dicunt eiusdē ordinis si vna est infinita,& infra genus, quòd relatio oppositi extremi similiter sit eiusdem cō

ditionis.

ditionis. Et illo modo sunt eiusdem generis, & ordinis in humanis relatio patris ad filium,& relatio filii ad patrem econuerso. Et quia relatio Dei ad creaturam nō est eiusdem ordinis cum relatione creaturæ ad Deum. Et ideo non potest esse realis relatio secundum mutuam correspondentiam ex parte utriusq; extremi.

¶ Ad septimum potest concludi ex dictis, quod falsa est imaginatio quorūdam, qui imaginantur, quòd inter duo extrema relatiua sit unica relatio, qua unum ad aliud referatur sicut in locali distantia est, eadem distantia numero inter duo extrema, sicut unus motum duorum extremorum, quod est falsum, imo sunt duæ relationes numero differentes aliquando, aliquando specie aliquando genere. Numero solum, ut cum unū æquale refertur ad alterum. duo enim æqualia referuntur ad inuicem relationibus solo numero differentibus. Specie autem ut relatiua suprapositionis, & suppositionis referuntur ad inuicem relationibus specie differentib⁹. sicut relatio domini differt specie à relatione serui. Genere autem cum relatiua sunt talis conditionis quorum unum refertur relatione reali, & aliud relatione rationis, tunc enim referuntur relationibus genere differentibus, ut scientia,& scibile.

¶ Ad octauum potest concludi, quòd non est necesse, quòd si una relatio vnius extremi est realis, quòd relatio alterius extremi sit realis. Et ideo nō est idem dicere, quòd relatio sit realis, & quòd habeat duo extrema realia, quia potest habere duo extrema realia. & tñ esse relatio rationis: non potest tamen econtra scilicet sine duobus extremis realibus esse relatio realis. Nec eziam est idē dicere, ꝙ relatio sit realis,& ꝙ habeat correspondentiam realem relationi in opposito termino, quia potest esse realis sine hoc. Vnde habere correspondentem realem relationem in opposito termino addit super hoc, quod est esse relationem realem.

¶ Ad nonum, scilicet quot modis contingit esse relationem realem. Dicēdum est, ꝙ in genere quatuor modis, quia omnis relatio realis est secundum quod fundatur in substantia uel quantitate uel qualitate, uel in pertinentibus ad actionem,& passionem, uel habentibus rationem mensuræ uel mensurabilis. Et sic contingit esse relationem & hoc quintuplici genere, sicut prius expositum est.

¶ Ad decimum, scilicet quomodo differat relatio à fundamento, unum solum infero quantum est ad ueritatem, quam credo. scilicet, quod relatio non differat realiter à suo fundamento sicut differunt duæ res, & duæ naturæ, quarum vna non est alia. sicut similitudo, & albedo, super quam fundatur ratio similitudinis non differunt intrinsecè. Sed tamen potest dici, quod differunt intrinsecè, quia ipsa relatio importat aliquid, quod non est ipsum fundamentum. Illa enim res eadem formaliter, quæ facit Socratē albū, scilicet albedo, facit ipsum similem Platoni albo. nec similitudo aliqd intrinsecè addit supra albedinem existentem in Socrate, quod diuersum sit ab albedine, sed extrinsecè similitudo super albedinem addit, & importat coexistentiam alicuius existētis in Platone, cui est similis, & hoc est albedo. si ergo fundamentum relationis, & relatio, & albedo, & similitudo se uidentur habere, ꝙ sint idē intrinsecè realiter, sed extrinsecè ipsa relatio, ut similitudo addit coexistentiam alicuius alterius in aliquo respectu cuius per similitudinem est illi conformis. Hoc autem, quod realiter non differant probatur ratione communi: nam ullo modo uidetur intelligibile, quod aliquid adueniat alicui rei de nouo differens realiter ab eo,& ab omni, quod in re erat.& sic faciens realem compositionem cum eo,& illud subiectum in nullo sit mutatum, cum mutari secundum philosophum non sit aliud realiter, quām rem esse aliter nunc, quàm prius. Sed relatio potest aduenire alicui nulla mutatione facte in eo, sed in altero, ut si Socrates sit albus, & Plato de nouo efficiatur albus. Socrati de nouo aduenit relatio similitudinis nullā in eo facta mutatione, sed in Platone, ergo uidetur, quòd relatio nullo modo differat à fundamento, ut similitudo ab albedine, nec facit compositionem cum eo. Et sic intrinsecè sunt idem realiter cum sine mutatione subiecti adueniat, ut patet in exemplo posito. Et idem dicitur. quinto metaphificæ. Reliqua de hoc prætermitto.

¶ Ad undecimū, s. de relatione rationis quot modis contingat dicendum est. Quid sit relatio rationis dictū est prius. Quot autem requiratur, ad hoc, ꝙ sit relatio rationis, & quot modis contingat simul ostendicur. Nam cum relatio rationis sit in defectu relationis, ubicunq; deficit aliquid de requisitis ad relationem realē habitudine aliqua existēte inter extrema, quocūq; ponit mō, erit relatio rationis. Et hoc patet deducendo p singulos modos priùs positos Si enim contra primam conditionem non ens ponatur aliquam habitudinem habere ad ens, erit relatio rationis tantum. Sicut si ponatur, ꝙ mortui fuerunt priores nobis uiuētibus, hæc relatio priorum ad nos posteriores est relatio rationis. Si etiam contra secundam ponatur, quòd aliud relatiuum referatur nō per illud, quod in ipso est, sed per illud, quod in alio est positiue, erit relatio rationis, & sic refertur intellectum ad intelligentem, uel scitum ad scientem,& huiusmodi. Si contra tertiam conditionē entis ad nō ens sit aliqua habitudo, sicut est cū dicimus, & non sumus priores posterioribus futuris. ibi relatio importata per illam prioritatem est relatio rōnis. Si autem contra quartam deficit illis ubi consideratur aliqua habitudo quo termini relationum oppositi non sunt distincti in esse relatiuo saltem, non erit relatio realis, sed rationis, sicut contingit in relatione identitatis quando idem refertur ad seipsum, ut dicendo idem, eidem idem. Præter hos modos relationis rationis ponitur unus alius. scilicet quando ponitur relatio rationis. ipsa enim relatio non refertur mediante alia relatione uel per aliam relationem. Vnde in creaturis paternitas non coniungitur subiecto per aliam relationē mediam. Et istos modos innuit doctor communis primo sententiarum. distinctione uicesimasexta, articulo primo. Et inde uidentur doctores alii sumpsisse per oppositum relationis rationis ad relationem realem illa quatuor, quæ debent requiri ad ipsam, de quibus dictum est prius. Sunt nihilominus multi alii modi relationis rationis. Sicut quando duo entia rationis referuntur ad inuicem in pluribus modis aliis: qui tamen omnes reducibiles sunt ad istos.

PRAEDICAMENTVM V. ACTIO.

Diffinitiones dictionis,

ACtio est secundum quam in id, quod subiicitur agere dicimur. Quæ definitio per partes singulas sic declaratur. Dicit enim actio, & non agere, quia actio est nomē,& agere verbū. & iō actio cū sit nomen significat naturā quādam simplicē per modū p se stantis: Sed agere cum sit uerbum significat per modum fluxus. & ideo cum sit magis conueniens rationi prædicamenti modus singificandi nominis, quàm uerbi dicitur actio,& non agere. Dicitur autem secundum quā. Vbi notandum, quòd hæc præpositio secundum dicit habitudinem causæ ad causatum. quamuis autem dicat in diuersis locutionibus diuersarum causarum habitudines: hic tamen dicit habitudinem causæ formalis, sicut si dicerem paries est albus secundum albedinem. Dicitur ulterius id, in quod subiicitur, ubi sunt duo. Et iō

est

est intelligendum, quod actio non solum requirit terminum à quo, sed etiam terminum ad quē, qui terminus est ipsum passum. Et ideo dicitur in id, quod subiicitur, quòd est ipsum passum. Actio autem non solum stat ad ipsum passum, sicut motus localis ad terminū. sed penetrat, & transmutat ipsum. ideo dicitur in id, & non ad id. Dicit autem agere dicimur, & non dicūtur. quia in istis inferioribus non inuenitur omnis modus actionis nisi in homine solo, hic autem non diffinitur actio vt distinguitur contra passionem, sed ut eam comprehendit. Quomodo autem ad inuicem se habent actio, & factio infra dicetur.

¶ Actio, & passio sunt unus motus realiter, & ideo unus actus duorum, s. agentis, & patientis, sed dr agentis per denominationem ut à quo, & patientis, realem receptionem vt in quo. Quomodo autem diuersorum potest esse unus actus declaratur sic. Si duæ essent potentiæ tm̄, nunquam ex eis fieret unū ſm esse, nec iterum si duo essent in actu simpliciter nūquam ex eis fieret vnū ſm esse. Sed qñ unum est in potentia, alterū in actu, sicut patet in materia & forma, tunc fit unum ſm esse. Et hoc est uerbū phi. 2. de aīa, ꝙ nō oportet q̄rere qūo ex figura ceræ, & cera fiat unū. eo.n. ipso qđ cera est in potētia ad talē figurā, ex illis duob⁹ fit aliqđ unū. Ex quo patet, ꝙ nūquā vnū eē est a duob⁹ quorū quod libet sit in actu uel quodlibet in potētia. Et p̄ simile in ꝓposito, si essent duo quodlibet in actu uel quodlibet in potentia inquantū hmōi, nunq̄ agerēt ad inuicē nec paterent, nec illis duobus posset cōpetere unus actus, sed si unum sit in actu, alterū autē in potētia, ꝙa eadem actio procedit ab agēte, & suscipitur in passo, unus, & idē erit actus agentis. & patiētis, sed non eadē ratione, quia agentis in actu, ut influit patientis autem ut est in potentia, & ut recipit actionem. Iccirco potest esse ut patet unus actus, & ita realiter actio, & passio unus motus sunt. sicut eadem via est ab Athenis usq; ad Thebas & econtra, & idem spacium a sursum usq; deorsum. & à deorsum usq; sursum. Vnus ergo, & idem motus dicitur actio & passio, actio ut denominat ipsum agens a quo est, & in quo non est, & passio ut denominat passum in quo est, & a quo non est.

¶ Ex istis patet quomodo se habet actio ad agens, & patiēs. Cū n. actio, & passio sint unus motꝰ qui est accidens in eis. Nullum autē accidens sit in duobus subiectis, sequitur, quòd cum passio sit in patiēte sicut in subiecto, ꝙ nullo modo sit actio in agente sicut in subiecto, sed solum in patiente, & hoc idē patet, quia cū actio sit quidam motus, si actio esset in agente, sequeret quod omne agens moueretur, quod est falsum. Relinq̄tur ergo, quòd actio, & passio cū sint unꝰ motꝰ sint ī patiente sicut in subiecto, & ipsum denominat a passione & non ab actione, sed idē actus non est in agente, sed ab agente, & ab eo denominatur inquantū ab eo est, & dr actio. Ex quo patet, quòd idem accidens aliquando denominat aliquid ut subiectū in quo est, aliquando ut causam effectiuā a qua est. Primo modo denominatur passum. Secundo modo agens eodem accidente, qui est unus actus, scilicet actio, & passio.

¶ Quidam dicūt, quod actio, & passio sunt diuersa re ab inuicem, & a forma, quæ acquiritur subiecto. Vn de imaginantur, quod per actionem, & passionem fiat res, non sicut per causam agentem uel materialem, sed sicut per quandam uiam usq; ad terminum, ita quod uia non est causa agens, sed est medium p̄ quod fit trāsitus, sic quod per actionem intelligatur agens attingere usq; ad formam productam actiue, passum uero per passionem passiue. Sed huic opinioni nō assentio, quia uidet esse directe cōtra philosophū. Alii dicūt ꝙ actio, & passio ab inuicē uel a forma acq̄sita nō differūt realiter qđ sic ostēdit. Actio, & passio sūt unus motꝰ & sūt in patiēte sicut in subiecto: ergo sunt quædam res causatę in subiecto ab ipso agente. Omnis autem res causata ab ipso agente in passo est quædam forma. Nam forma, & actus subiectum informās uidētur esse idem. Quælibet autem forma in subiecto fit per aliquā actionē uel passionem. Tunc ergo si prima actio recepta in subiecto est forma, & fit alia actione, erit processus in infinitum, si autem nō fit alia, eadē ratione forma quælibet poterit esse actio, & passio, & iterum quælibet actio & passio erit forma recepta in subiecto. Et iō ponit hæc opinio, quòd eadē res, quæ dr forma, dr actio, & passio, dr motꝰ, & mutatio. Dr. n. forma ſm ꝙ dat esse rei, in qua est. Dr motꝰ ſm ꝙ ipsa forma est in fieri, & in fluxu. Dr aūt mutatio ſm, ꝙ p̄ eā subiectū se habet aliter nunc, quàm priùs. Dr aūt actio ſm, quod denominat agens inquantū agens ipsa forma facit aliquid esse actu. Dr autē passio ſm ꝙ aliquod patiens fit ea actu. Dr autē passio ſm ꝙ aliquod patiens fit ea actu susceptiue. Et secundum istos modos calor receptus in ligno ab igne calefaciente, dicitur forma acquisita. Et dicitur calefacere ignis calefacientis, & califieri ligni patientis. Et dicitur calefactio prout nomine calefactionis importatur motus uel mutatio, & hanc opinionem reputo ueriorem.

¶ Actio, & passio cum sint eadem res, esse possunt duo diuersa prædicamenta. Ad quod ostendendum præmitto duo. Primò, quod diuisio entis in decem prædicamenta, uel cuiuslibet generis in suas species, non est diuisio realis, quamuis sit diuisio eorum, quæ sunt realia. Nulla enim diuisio est realis nisi eius, quod fuit unum numero secundum rem. Ens autē reale decē prædicamentorum uel quodcunq; genus respectu suarum specierum, nunquam fuit unum ens reale numero, licet autem diuisio non sit realis, cum quodlibet ens diuisum est ens reale. Et ideo non oportet diuisionem prædicamentorum uel generum quamlibet esse realem, sed bene oportet, quodlibet diuisum esse rem uetam. Secundò præmitto, quod cum ens diuidatur in ens reale, & rationis, quòd omnia entia rationis, & entitatem, & differentiam habent a ratione. Et ideo nullum est in prædicamento, ut nunc suppono. Entia autem realia habent quandam ueram entitatem, præter actum rationis speculutiuæ. Sed aliquando potest idē re differre ratione a seipso, ut Socrates sedens a se non sedente, & talia entia non creata sunt in aliquo prædimentorum. Quandoq; autem diuisio talium potest esse rationis, quamuis ipsa sunt realia possunt esse in diuersis prædicamentis ex diuersa consideratione rationis, sicut superiùs expresse patuit in tractatu de quarta specie qualitatis. Ex istis ad propositum quamuis actio, & passio sint una, & eadem res, & unꝰ actus, simpliciter tamen, ex diuersitate rationis potest esse, ꝙ faciant duo prædicamenta, tamen quodlibet eorum res uera est tam actio, quàm passio. Sed eorum diuisio, & diuersitas non est realis, sed secundum rationem tantum. Vnde idem actus differt ratione ut est ab hoc, & sic sumitur prædicamentum actionis. Et ut est in hoc a quo sumitur prædicamentum passionis. Et est simile in exēplo philo. 3. physico. quia eadem est uia ab Athenis usq; ad Thebas, & econuerso, sed non est idem distare, quia ille, q̄ est Thebis distat ab Athenis & nō a Thebis, ille aūt q̄ est Athenis distat a Thebis & non ab Athenis similiter sicut est eadē uia inter Athenas, & Thebas, nō aūt idē distare, ita sunt eadē res actio, & passio, sed nō idē p̄dicamētū. Sed hic difficultas insurgit, quia si differētia rationis faciat diuersa p̄dicamenta, ergo quælibet differentia rationis faciet diuersa prædicamēta, & sic erunt quasi infinita. Ad hoc dicendum est, ꝙ non quælibet differentia rationis faciet differentiam prædicamentorum, sed differentia illarum rationum, quæ non sunt reducibiles ad unam rationem uniuocam. Talis autem differentia nō excedit numerum decem prædicamentorum. propter quod non sunt nisi decem prædicamenta. Hoc autem supponatur ad præsens aliqua liter: in generali autem potest patere superiùs, ubi est posita prædicamentorum distinctio.

Actio manens, Actio transiens.

Actionum alia manens, alia transiens. Differunt quoq; ista tria, operatio, actio, & factio, sicut magis commune, & minus commune, & respectu diuersorum obiectorum, quia operatio est commune ad actionem, & factionem, & actio ad factionem: omnis enim factio actio quædam est, & non econuerso, quia non omnis actio factio est: omnis autem actio, & factio operatio est, sed non econuerso, quia aliqua operatio est, quæ propria, & stricta acceptione, neq; actio, neq; factio. Igitur de factione loquendo, dico quòd factio proprie est illa actio, cuius principium est ars mechanica, quæ assumit materiam exteriorem non solum ad usum, sed etiam ad transmutationem in formam, sicut faber assumit ferrum, ut transmutet in cultellum, & domificator ligna uel lapides, ut transmutet ad formam domus, & talis factio est actio, & operatio, & in talibus factionibus semper propter operationem relinquitur aliquod operatum, quod est finis præter operationem. Igitur facere est agere, & operari, & factio est actio, & operatio. qua propter non inconuenienter dicitur, quod ars sit recta ratio factibilium, quod est intelligendum de arte mechanica, & de ista, quæ assumit materiam ad usum, & non ad transmutationem ad formā. Et ideo artes mechanicæ factiuæ dicuntur. Actio autem propriè dicitur operatio, cuius principium est uel potentia naturalis actiua, uel ars, quæ assumit materiam solum ad usum, & non ad transmutationem ad formam, uerbi gratia de utroq;: quia enim ignis habet potentiam naturalem ad calefaciendum uel comburendum, calefaciendo lignum dicitur agere, & comburendo similiter, & tam calefactio, quàm combustio dicuntur actiones, sed nō ꝓpriè ꝙa factiones nec calefacere nec cōburere ē ꝓpriè facere sed agere. Similiter autem quando ars aliqua est actiua, & eius actus in exteriorē transit materiam, non tamen assumit materiam ad transmutationem, sed ad usum solum, talis operatio dicit actio, & non factio. Sicut habens artem equestrem assumit equum ad equitandum, & cytharizator cytheram ad cytharizandum. Vnde equitatio est actio transiens, & cytharizatio, & quodlibet est operatio & actio, sed non propriè factio. Et quodlibet, scilicet equitare, & cytharizare est agere, & operari, sed non propriè facere. Vnde præter scientias factiuas sexto metaphysicę, ponuntur actiuę conuenienter. Operatio autem istis conuenit, & ultra. Vbi intelligendum, quod formæ, quæ sunt actus dupliciter per aliquam dictionem significari possunt. Vno modo per modum per se stantis, & permanentis. Et quia natura nominis est sic significare, ideo semper forma sic significatur per nomen, ut forma lucis per nomen, quod est lux, & forma albedinis per nomen quod est albedo. Alio modo eadem forma significatur per modum actus, & cuiusdā motꝰ fluxus, & fieri. Et quia uerba tali modo sunt significatiua, iō forma aliquando significatur per dictionem verbalem, & tunc uidetur importare quendam fluxum, & morum, & per consequens quendam actum, & sic forma lucis significatur verbaliter, per hoc verbum lucere, & forma quæ est calor, per hoc uerbum calere, & albedo, per hoc modum albere. calor enim, & calere idem sunt, quantum ad principale significatum. Lux etiam & lucere idem sunt, quia utrumq; importat ipsā formam lucis, sed nomen quod est lux, per modum p manentiæ, lucere autem, quod est uerbū per modū actus cuiusdē, & fluxus, & ideo cum lucere sit concretū uerbale, significat quidem ipsam formam lucis per modum actus fluentis in subiecto, ipsum subiectum cōnotandum. Vnde lucere nihil aliud est, q̄ lucem habere, & in actu lucis esse. Operatio ergo prout abstrahit ab actione, & factione conuenit actui formali, qui est lucere, unde lucere potest dici operatio & non actio, uel factio propriè loquendo, quia nihil est facere actiuè, sed est ipsa forma. Vnde nomen operationis conuenit isti actui formali. Patet ergo, quæ est differentia inter actionem, & factionem, & operationem, quia factio est propriè artium mechanicarum, & artificialium. Actio autem est potentiarum & subiectorum naturalium, & artium materiam ad usum solum assumentium. Operatio hoc ultra hoc est actuum formalium, quorum propriè non est factio nec actio, aliquando tamen usus loquentiū accipit unum pro alio, & tunc sumitur æquiuocè, sicut qui diceret, quòd pictor faceret parietem album, & albedo facit parietem album, quia ibi facere equiuocè sumitur. Pictor enim facit parietem album effectiuè, & hoc est facere propriè: albedo autem album formaliter, & hoc est facere impropriè, quia hoc nihil aliud est, quàm parietem habere actum albedinis, uel actu habere ipsam albedinem, u el esse in actu albedinis, quod est albere, quæ omnia idem sunt realiter.

¶ Operatio manens, & transiens sic sumitur, quia operatio manens est, quæ manet in operāte, ita quòd non transeat in exteriorem materiam, sicut intelligere, uelle, lucere, & huiusmodi. Sed operatio transiens est illa, quæ ab operante transit in exteriorem materiam, in qua suscipiatur sicut calefacere est transiens, quia transit in materiam ligni, & illuminare, & domificare. Vnde breuiter dicendum, quòd omnis actio, quæ ab agente recipitur in aliqua materia inquantum actio transit, dicitur transiens. Quamuis ergo hæc sint dicta cōmunia, tamen vt adhuc fiat amplius manifestum, attendendum est aliquod speciale iuxta quorundam doctorū subtilium sententiam. Vbi sciendū secundū eos, ꝙ operatio manens est pura receptio actus in subiecto, & nō est aliquid agere effectiue, sed est uel recipere, purū q̄tum ad principium materiale, uel quantum ad principium formale est facere formaliter tale, quod nihil est aliud, quàm esse in actu formali ipsius formæ. Hoc autem, quod dico, quòd operatio manens, non est aliquid agere effectiuè, intelligo suppōsito hoc, quod multum uidetur rationabile. s. ꝙ nihil unum, & idem sit actiuū, & passiuum respectu, eiusdem, quia si aliquid per accidens posset esse productiuum alicuius, & susceptiuum eiusdem secundum idem tunc operatio illa manens esset aliquod producere effectiuè, sicut aliqui ponunt de intellectu, & actu suo. Ad hæc ergo ostendenda præmitto, quod omnis operatio est alicuius. Hoc autē qđ dico alicuius est casus genitiui, & importat habitudinem causæ seu principii. Sed autem quatuor causæ, sc̄z efficiens & finalis, quæ sunt extrinsecè effectiui. & formalis & materialis, quæ in compositis ex materia, & forma intrinsecè fiūt, & de essentia rei, non aūt in aliis. Quamuis igitur omnib⁹ talibus attribuatur operatio causæ tamen finali nō attribuitur alia causalitas a causante agentis, pro eo, quod eiꝰ amore agens agit, & in hoc consistit causalitas eius. Attribuitur ergo operatio agenti & formæ, & materiæ, & est operatio cuiuslibet, sed est materiæ sub habitudine principii materialis. Vñ operatio est ipsius principii materialis sicut susceptiui ꝙa eius est recipere actionē, & perfectionem. Est autē formę sicut principij, quod facit formaliter tale, ꝙ nihil

hil est aliud quam dare actū formalem formaliter Principii autē effectiui est tanquam eius, quod facit tale effectiuè, sicut lucere in luna est operatio effectiuè, & sicut causæ efficientis ipsius solis, qui causat lucē in luna. Est etiā lucere ipsius lunæ tāquā principii materialis, & susceptiui, quia ipsum lumen suscipit. Et est etiam lucere opertio ipsius lucis tanquā principii formalis, cuius est dare actū formalem formaliter. Ex quibus patet qđ operatio est cuiuslibet principii, & materialis, & formalis, & efficientis, sed sub diuersa habitudine. His suppositis uī mihi, saluo semp iudicio meliori, quòd operatio principii effectiui semper est transiens per se loquendo. quamuis per accidens possit esse manens, ut si aliquis faceret actum in seipso, ita quòd idem secundū idem esset agens, & patiens, si hoc esset possibile. Quod autē operatio principii passiui sit manēs, patet satis ex fe, ficut lucere manet in lucēte, qa solū passiui est recipere, & nō extra emittere, inquantū esset illius passiui. Quod etiam operatio principij formalis sit manens patet: Nam operatio principii formalis, non est aliud, quā esse formā, qua aliqd est tale formaliter, nec differt ab ipsa forma nisi in uoce significante. Ipsa enim forma ut sumitur sub habitudine principii formalis, significat nominaliter. Et ut sumitur sub habitudine operationis significatur uerbaliter, & sic formalis operatio formæ quæ est lux est lucere, & albedinis est albere, & caloris calere. Et patet, quod hæc o ia manent sicut lux in lucē te, & albedo in albedine, calor in calescente. Est tamen sciendum, ꝙ aliter est manens operatio principii passiui, & aliter principii formalis, quæ dupliciter differūt. Primo quia ipsa operatio principii passiui, quæ est eius non actiuè, sed susceptinè, est in ipso principio sicut in subiecto, & sicut superaddita perfectio realiter differēs ab eo, sicut lucere solis uel lunæ differt a sole, & luna, quæ sunt susceptiua lucis. Operatio uerò principii formalis manēs, q̄ est esse reale formaliter, nō ē in ipso principio formali sicut in subiecto, nec est aliqd additū ipsi formæ ab ea diuersū, sed est in materiali principio realiter sicut in subiecto eo mō, quo ēt ipsa forma. Vnde lucere, calere, albere nō differūt a luce calore, & albedine, nec lucere est in luce sicut in subiecto, sed in lucēte, & idē est in aliis. Sed scđo differunt, qa operatio principii passiui est recipere actū ab alio sicut a causa efficiente reducente ipsum de potentia ad actū. Operatio autem principii formalis absolutè accipiendo pro eo quod est esse formaliter, tale non importat esse ab alio sicut a causa efficiente. Vnde lucere in luna quāuis habeat causam effectiuam, sc3 ipsum solem, tñ prout est operatio lucis, nō est a lucente effectiuè. Quod aūt operatio principii effectiui p se loquēdo sit trāsiēs, & nō manēs, patet, qa illa operatio dr trāsiens, & nō manēs, quæ respicit illud, a quo est realis operatio, ut ei⁹, a quo est, & nō ut ei⁹, in quo est. Sed operatio principii effectiui est hmōi, quia est eius, ut in quo est nisi per accidens, si forte possent cōcurrere in idē principium actiuū uel passiuum, quod multi reputant impossibile. Et confirmat hoc, quod operatio actiui principii semper saltem per se sit transiens, quia quinto metaph. dr, quòd potentia actiua est principium transmutandi aliud inquātum aliud, unde talis actio transiens semper est in alio simpliciter. Si autē est in eodem, hoc erit per aliquam differētiam passiui ab actiuo, quæcumq; sit illa. Ex dictis concludo, quòd subtiliter intuenti patet ex dictis, quòd operatio respicit principia sua sub diuersa habitudine, quia operatio respicit principium passiuum ut in quo est, formale ut quod est, efficiens ut a quo est. Secundo concludo, quòd hæc distinctio pōt stare cum dictis cōmunibus, qa nō vr habere diuersitatē nisi quātū ad principium effectiuum, de quo patet, ꝙ si loquimur p se cū nō sit idē agēs, & patiēs, semp opatio erit trāsiēs, & sic intelligere nullo mō esset actio realis nisi solū grāmaticaliter, sicut lucere respectu lucis, sed solū intellectio esset actus intellectus uel intellectionis receptus in intellectu causatus effectiuè ab obiecto, & sic esset intelligere actio manēs. & p modū principii formalis & materialis, ꝙ multi ponūt. Si aūt cōtingat, ꝙ p accidens sit aliqd idem agens, & patiens, sicut quidam dicūt, quòd intellectus est productiuus suę intellectionis, & receptiuus, sicut actio agentis in tali operatione erit manens, quia non transit in alterū subiectū, & erit eius ut a quo, & ut in quo. Et sic intellectio erit operatio manens tam respectu principii actiui, quàm formalis, & passiui. Et idem dico de uidere & similibus, non tamen determino plus pro nunc an intelligere, & uidere sint actio solū grāmaticaliter, ita quòd solum sint actus obiectorum, & non actiones potētiarum, uel sint etiam potentiæ actiuæ, & ita sint potētiarum actiones.

¶ Operatio manēs & trāsiēs cōiter ponit, ꝙ conueniūt in hoc, ꝙ utraq; pōt dici opatio, tā trāsiēs, q̄ manēs, qa nomē operationis est utriq; cōe. Differunt aūt in tribus. Primo qa si uelimus ꝓpriè loq; omnis operatio transiens dr operatio, & ultra hoc actio uel factio. Actio quidē respectu agentis, cuius actionis principiū est potentia actiua naturalis, cuius actꝰ in alio recipit ab agente, & si non in alio ut supposito, in alio tamen ut in subiecto. Et itē cuius principiū est ars, uel scientia actiua, quæ assumit materiā exteriorem, in quā transit solū ad usum. Factio autē respectu agentis artificialis, cuius principiū in agendo est ars mechanicha, & transit in materiam exteriorem artificialium. Operatio autem immanens si propriè loq; uolumus, non dr, actioneq; factio, maximè si operatio immanens sit solū illa, quæ operatio principij passiui, & formalis, & non effectiui. Si autem posset dici operatio manēs aliquo modo principii actiui, tunc posset dici actio, licet non factio, quicquid tamen sit de hoc, largè loquendo operationem immanentem usus loquentium uocat actionem, sed hoc est ualde larga acceptione. Secundo differunt operatio manēs, & transiens, quia operatio manens est perfectio operantis, ut lucere est perfectio lucētis, & huiusmodi, sed operatio transiens est perfectio operati, sicut ædificare est perfectio ædificii, & de aliis. Hæc autem differentia si applicetur ad prędicta potest patere. Si enim accipiamus operationem manentem esse principii passiui, quia omnis eius operatio, quæ est eius solum ut susceptiui, est perfectio eius, & non alterius susceptiui, cum nullum accidens sit in duobus subiectis, ut patet, quia illa operatio, quæ est principii passiui est ipsius operantis isto modo, & nullius alterius. Si autem accipiamus operationem principii formalis modo priùs declarato, patet, quòd etiam est eius perfectio, non quidem super addita ut priùs dictum est, sed eius, quod facit tale formaliter. Si autem ponamus operationem principii efficientis semper trāseuntem, sic non esset perfectio operantis aliqua ut in quo, sed ut a quo Sed si ponatur, quòd aliquod agens est principium operationis, ut a quo per modum agentis, & ut in quo per modum suscipiētis simul, sic quod non transeat in aliud subiectum. sic talis operatio erit p fectio operantis, & ut in quo est operatio subiectiuè, & ut a quo est effectiuè. Tertio differunt in hoc, ꝙ nulla operatio manens constituit aliquod operatum præter operationem, ut uidere, intelligere, lucere, & huiusmodi. Sed operatio in exteriorē materiam transiens est duplex. Quandoq; n. aliquis exteriorē materiam assumit solum in usum, sicut equum ad equitandū, & cytharā ad cytharizandū. Quandoq; autē assumitur materia nō solum ad usum, sed etiam ut immutetur ad aliquā formam, sicut cum artifex facit lectum, aut domum. Igit operatio transiens, in qua materia solum in usum assumit, non habet ex sui natura, quòd aliquod aliud operatum manens per se, & directè constituatur, sicut nec operatio manens, & sic in utraq; operatione tam manente, q̄ transeunte, illo modo operationes sunt fines. Sed in ista operatione transeunte in qua assumitur materia ut transmutetur ad formam præter operationem, constituitur aliquod operatum, & illud præter operationem est finis, sicut domus uel lectus.

Prædicamentum. VI. passio,

DE sexto prædicamento, quod est passio uīc agendum est. Vbi suppositis his, quę dicta sunt supra in prædicamento qualitatis de passione. vbi actum est de tertia specie qualitatis, & itē illis suppositis, q̄ dicta sunt in capitulo præcedenti de prędicamēto actionis, non restat dicendum nisi unū, s. qd sit passio definitiuè. Ad & dicendum, ꝙ autor sex principiorū definit sic passionē. Passio est effectus, illatio q̄ actionis. Vbi cōsiderandum, quòd sicut patet pōr ex dictis in prædicamento actionis, in passione est duo cōsiderare. Primò, scilicet, quod ipsa est forma patientis sibi ab agente impressa, & quantum ab hoc dicitur in definitione, quod passio est effectus actionis. Secundo cōsideratur in passione, quia ipsa est actus fluens cōmue a uirtute actiua agentis in ipsum, & quantū ad hoc dicitur illatio actionis. Bene ergo definit passio ut dicatur effectus actionis inquantum est quædam forma ab agente transfusa in passum, & dicatur etiam esse illatio actionis inquantū illa forma est in fieri, & fluxu. Cætera dicenda circa passionem dicta sunt superius locis pallegatis, & ideo de passione tantum dictum sufficiat.

Prædicamentum. VII quando,

QVantum ad prædicamentum q̄n dicendū est unū tantum, sc3, quid est definitiuè. Ad ꝙ dicendū est, ꝙ autor sex principiorum definit ipsum sic: Quando est quod derelinquitur ex adiacentia tēporis circa rem tēporalē. Vnde intelligendum, quòd quando hic accipit nominaliter licet indeclinabiliter. & ideo pōt prædicari de suis speciebus sicut cætera genera. Dr autem, quòd sit illud quòd relinquitur ex adiacētia temporis, quia tempus nō est q̄n, ut patet in libro sex principiorū, sed est aliqd derelictū ex mensura applicata, quæ est tempus ad rem temporalem mensuratam, unde fluente, & transeunte tempore, quando derelinquitur. Dicit autē ex adiacentia tēporis & non inhærentia, ad denotādū, ꝙ q̄n est accidēs ab extrinseco. Dicit aūt circa rē tēporalē nō sine causa, ubi intelligendum est, quòd præter mensuram (quę est tempus) sunt aliæ mensuræ duæ, scilicet æternitas, & æuū, de quibus supra habitū est cū ageret de prędicamēto quantitatis. Quia ergo æternum, quod est Deus pōt comparari ad suam mensuram, quæ est æternitas, iccirco consurgit in intellectu quoddā q̄n, qđ pōt dici q̄n æternitatis. Idem etiā de comparatione, & applicatione æui ad æuiternum. & ideo ſm hoc esset triplex quando, sc3 q̄n tpis, q̄n æternitatis. Quando ergo temporis est propriè prædicamentum, quia causatur ex mensura fluente, uel relinquitur ex sui adiacentia ipso fluēte. Quia uerò æuum, & æternitas non sunt mensuræ fluentes, & successiuę nec fluentium, sed permanentes, & pmanentium, ideo quamuis ibi per nois extensionē utamur q̄n; tamen nō propriè est prędicamētum, sed largè ideo dicit autor sex principiorum circa rem temporalem, ad excludendum quando æui, & æternitatis.

PRAEDICAMENTVM VIII. Vbi.

VBi aūt est octauum prædicamentū. Circa quod uidenda sunt tria. Primo quid est ubi; secundò in quib⁹ est; ubi tertiò quomodo se habet ad locum. Quantū ad primū sciēdū. quòd autor sex principiorum definit sic ubi. Vbi est circūscriptio corporis a loci circūscriptione, ꝓcedēs. Vbi in telligēdū. ſm Albertū, ꝙ triplex est circunscriptio. Vna ſm q̄ locus circūscribit locatū, & ista est actiua. Alia est corporis contenti, quia sc3 circunscribitur a loco, & ista est passiua. Et tertia quæ resultat ex utraq;, & hæc est ubi, ſm quod est prędicamentū. Et hic est modus essendi ipsius ubi ſm quod accipitur ut speciale prædicamentum, & distinguitur ab omnibus aliis prædicamentis. Licet autem ubi non sit circunscriptio loci actiuè, nec locati passiuè, tamen radicaliter fundatur in corpore circunscripto sicut in subiecto. His uisis patet quid dicitur in definitione, quia ubi est circunscriptio corporis, hoc dicit quod radicaliter fundatur in corpore circunscriptio sicut in subiecto. Procedēs à circunscriptione loci: hoc dicit, quia ubi resultat ex actiua, & passiua circunscriptione loci & locati. Non .n. a loco immediatè causatur ubi, sed a loci circunscriptione. A loco enim immediatè causatur circūscriptio actiua, quæ secundum aliquos est in genere actionis, sed ubi procedit non a loco immediatè, sed mediante in loci circunscriptione actiua, & locati passiua.

¶ Vbi solū inuenit in corporibus. Ad quod sciendū pmitto, ꝙ aliqd est in loco tripliciter. Vno modo circūscriptiuè, & sic omnia corpora circa ultimam spherā sunt in loco, quia ab aliquo corpore circunscribūtur, & concludūtur. Alio mō definitiuè: uocatur autem esse definitiuè in loco, quando sic est in uno determinato, ꝙ non in alio quis non sit circunscriptiuè ibi: & isto mō aīa separata & angel⁹ sūt in loco. Tertiò mō aliqd est in loco per exhibitionē suæ pśentiæ, & isto mō De⁹ est in loco, & non circunscriptiuè nec definitiuè, propter hoc ponitur esse non solum in loco, sed ubicūq; quia cuilibet rei præsens est non circunscriptus uel limitatus uel definitus. Hoc supposito patet, quòd ubi solum inuenitur in rebus corporalibus, cum enim procedat a loci & locati circunscriptione. Deus autem, & angelus, & anima non sunt in loco circumscriptiue, in uacuo etiam uel ubi nullum corpus est, nō possit circūscriptio esse actiuè uel passiuè: iccirco sequitur, ꝙ quātūs aliqualiter immaterialibus locum attribuamus (dicimus enim Deum esse ubiq;) licet non definitiuè nec circumscriptiuè: & angelū, & animā esse in loco, non circumscriptiuè, sed definitiuè, quando per tale esse in loco ei⁹ attribuimus ubi, non est ubi tale prædicamentū, sed est imaginatū ubi. Ex eo .n. quod conspicimus sic ei apparentia esse in loco, imaginamur idē in spiritualibus, & ita eis attribuimus, sed non est uerū ubi prędicamētale, sed ad illius modum imaginatum. Idē est etiam extra ultimam spheram, cum ibi nō sit corp⁹ cōtinens, & contentum, nec locus nec locatum, sed solū loc⁹ imaginatus, ita etiam quando eis attribuim⁹ ubi, non est ibi, ubi reale uel prædicamentale, sed solum imaginatum. Sicut etiam imaginamur quando, in tempore imaginato antequam esset tempus a mundi principio, uel postquam definet in mūdi termino. quia illud quā do non est reale, sicut nec tempus, sed solum imaginatum sicuti & tempus.

¶ Vbi, & locus realiter sunt diuersa, & realiter differunt. Locus enim uidetur esse sicut causa a quo ꝓcedit ubi. Cū enim locus sit ultima superficies corporis ambientis, ut dicitur 4. physicorum, & ubi procedat a circun-

cunſcriptione loci actiua, & locati paſsiua, ut dictum eſt, ſequitur, quòd realiter ſint diuerſa. Item ſecundò, quod locus eſt in corpore continente ſicut in ſubiecto cum ſit eius ultima ſuperficies, ſed ubi eſt in contento & locato corpore ſicut in ſubiecto, ut patet per autorem ſex principiorum.

PRAEDICAMENTVM. IX.

Situs ſiue poſitio.

POſitio dicitur quinq; modis. Primò dicitur poſitio immediatum principium demonſtrationis demonſtrãs, & ſic ſumit a philoſopho primo poſteriorum, ubi diuidit principium demonſtrationis immediatum in poſitionem, & ſuppoſitionem. Secundo dicitur potentia extranea uel ſingularis ſententia alicuius famoſi in ſciẽtia, & ſic ſumit philoſophus primo Topicorum, quod poſitio Eracliti fuit, contradictoria ſimul verificari. Tertio idem eſt, ꝙ fundamentum alicuius quæſtionis in ſolutione poſitũ. & iſto modo dicuntur reſpondentes facere ſuam poſitionem. Et ad huius ſimilitudinem iuriſtę articulos poſitiones dicũt, qđ debent ꝓbare dicendo: Ponit, ſ. talis, quod probare intendit. Quarto idem eſt, quod ordinatio partium in toto, & ſic ponitur in prædicamento apit. de quãtitate, ubi dicitur, quod quædam quantitas conſtat ex partibus habentibus poſitionem. Quinto eſt idem, quod ordinatio partiũ in loco, & ſic eſt ſpeciale prædicamentum. & ſic hic poſitionem accipimus.

¶ Poſitio prout eſt prædicamentum, ab auctore ſex principiorum definitur ſic, Poſitio eſt quidam partium ſitus, & generationis ordinatio. Ad cuius definitionis intelligentiam ſciendum eſt, quòd ſm Albert. ſitus primo, & principaliter nominat ordinationem partium in toto, & hoc per relationem ad locum. Exhis autem duobus cauſatur modꝰ eſſendi poſitionis, per ꝙ eſt ꝑdicamentum & per ꝙ diſtinguitur ab oĩbus aliis ꝑdicamẽtis. ſ. ꝙ ſit ordo partiũ i toto ꝑ cõparationẽ ad locũ Et propter hoc dr in dicta definitione, quòd poſitio eſt quidam partium ſitus, quia hoc eſt quidam effectus agẽtis in paſſum, ex hoc enim ſequitur talis ordo partium in toto comparatione ad locum, quia agens habet tale dominium ſuper paſſum, ideo ſubditur, & generationis ordinatio, ideſt, ordo cauſatus a generatione Hic autem generatio largè accipitur, & ſenſus eſt a generatione, ideſt, ab agentis actione.

¶ Ex hoc patet quomodo differunt poſitio, quæ eſt ſpeciale prædicamentũ, & poſito, quæ pertinet ad ſpecialem, & determinatam ſpeciem quantitatis. Et quia poſitio prout pertinet ad determinatam ſpeciem quãtitatis non dicit niſi ordinationem partium in toto, ſicut ordinationem partium corporis in corpore. Poſitio autem prout eſt ſpeciale prædicamentũ dicit & importat ordinationẽ partium in toto, non abſolutè, ſed in comparatione ad locum, quo diuerſæ partes totius diuerſimode ſituantur &c.

PRAEDICAMENTVM. X. Habitus.

DEcimum, & ultimum prædicamẽtum dr habitus. Cuius declaratio, & notificatio ſupponit ea, quæ dicta ſũt ſupra, de multiplici acceptione noĩs, habitus, & qũo eſt prædicamentũ, & qũo poſt prædicamẽtũ, & qũo prima ſpecies qualitatis. Iſtis ergo ſuppoſitis omnibus, quæ ad naturã habitus pertineant in genere, quæ ſupra dicta ſunt cum ageretur de prima ſpecie qualitatis, reſtant duo ſolum dicenda de habitu, ut eſt prædicamentum. Primum eſt quid eſt, ſecundum quorum uel in quibus eſt.

¶ Quantũ ad primũ ſciendũ, ꝙ autor, ſex principiorum definit ſic ſe habitũ prout eſt prædicamentũ. Habitus eſt adiacentia corporum, & eorũ, quæ circa corpus ſunt. Ad cuius definitionis intelligentiã ſciendũ, ꝙ ſm Albertum triplex eſt adiacẽtia. Vna ſ. corporis quæ corpus figurat, & terminat ea, quæ ſũt circa corpus ſm ſuã propriã figurationẽ, & hæc adiacẽtia eſt actiuè a corpore figurante. Alia eſt adiacẽtia quę eſt eorũ, quę ſũt circa corpus, ſm ꝙ talia figurãtur, & determinant a corpore, & hæc eſt quædã paſſio. Hæc aut duæ adiacentiæ non ſunt duæ res diſtinctæ realiter, ſed ſolũ differunt ſicut actio, & paſsio, unde ſunt unus actus, ſed adiacẽtia actiua eſt corpore à figurãte, & eadẽ paſſiua in corpore figurato. Eſt autẽ tertia adiacẽtia, quæ cauſat ex his duabus, ſc3 quod utrunq; utriq; adiacet, & hæc adiacentia eſt habitus, Et ſic pater ps definitionis qua dr, ꝙ habitꝰ eſt adiacentia. Vlteriùs autem ſciẽdũ eſt, ꝙ aliud eſt inhærere, & aliud adiacere, qa inhærentia dicit propriè modũ accidens q̃tũ ad ſuum eſſe. Accidentis .n. eſſe eſt in eſſe, & iõ nullo mõ põt cõuenire ſubſtantiæ complexæ, quod .n. uerè eſt nulli accidit, ut dr primo phyſi. Sed adiacentia prout hic ſumitur, dicit q̃dã applicationẽ rei per ſe exiſtentis ad aliam rem, & hæc conuenit ſubſtãtiæ, ſicut ueſtimẽtũ adiacet corpori quorũ quodlibet eſt ſubſtãtia. Ergo inhærẽtia ꝓpriè eſt ſolũ accidentis, adiacentia ſolũ ſubſtantiæ applicabilis ad aliã ſubſtantiã, quarũ quælibet eſt per ſe ſubſiſtens, iõ albedo inhæret parieti, ſed nõ adiacet, ueſtimẽtũ aũt adiacet, ſed nõ inhęret corpori. Ex quo patet, ꝙ quãuis habitus, qui eſt poſtprædicamentum, & habit. q. eſt prima ſpecies qualitatis ſit ipſorũ accidentiũ: habitus tñ, qui eſt prædicamentũ, nullo mõ eſt accidẽtiũ, ſed ſubſtãtiæ, nõ cuiuſlibet niſi quãtitatiuè, & corporalis, cui altera aliqua mõ eſt applicabilis, mõ q. in ſequẽti cap. dicet, & iõ in definitione dr, ꝙ habitus eſt corporum, & eorum, quæ circa corpus ſunt. Vlteriùs autem ſciendum eſt, quòd in eo, ꝙ dicitur corporum, tangit cauſa finalis habitus. nam omnis habitus eſt finaliter in uentus, aut propter decorem, aut propter tegumẽtum, aut propter tuitionem corporis. In eo autem, quod dr eorum, quæ circa corpus ſunt, tangitur materia aliqua liter, non ex qua: quia iſta carent omnia accidentia, ſed in qua. Et ita patet qd eſt habitus, ut eſt prædicamentũ.

¶ Ex dictis patet ſecundo, ſ. quorum eſt habitus, & in quibus. Dictum eſt enim, quòd non eſt accidentium ſed ſubſtantiarum, nec omnium ſubſtantiarum ſed corporearum: quarum quomodo ſit, dicendum eſt vbi intelligendum, quòd ſicut dicit Commentator ſup 5. metaphiſicæ, prædicamẽtum habitus accipitur ex adiacẽtia continentis ad contentum, non prout contines habet contẽtum, ſed prout contẽtum habet contines, ut arbor corticem, homo veſtem. Cõſtat autẽ, quod hæc habitudo contenti ad continens non eſt ſecũdum oẽs partes indifferentes corporis contenti, ſed ſolum ſecundum exteriores. Nullus autem habitus eſt appropriatus toti corpori, ſed habitus appropriatur partib⁹ corporis, quę habent denominare ſuum totum, ſicut galeatum eſſe appropriat ſibi caput, ut calceatum pedes, & ñ cum hõ eſt galleatus in capite dr ſimpliciter galleatus. Ex quo ſequitur, quod habitus non debetur alicui corpori niſi organizato uel habenti diuerſitatẽ partiũ. Et hinc eſt, ꝙ inanimatũ ſicut lapides, & huiuſmodi nõ dicuntur propriè habere habitum. Et hoc inuit autor ſex principiorum quãdo dicit, quòd definitio ipſius habitus non eſt accipienda ſecundum totum corpus, ſed ſecundum diuerſas partes. Ex his igitur breuiter cõcluditur quorum eſt, & quibus conuenit habitus, aut eſt prædicamentum, quia nõ eſt accidentium, ſed ſubſtantiarum nec ſubſtantiarum omnium, ſed corporalium, nec corporalium omnium niſi habentium diuerſitatẽ par-

partium, ſicut ſunt uiuentia, nec ſecundum omnes partes niſi ſm exteriores, quamuis tamen in omnibus uiuentibus inueniatur, ut arbor habet corticem, equus ſellam, homo veſtem, tamen magis propriè eſt in uſu reſpectu eorum, quæ ſunt circa hominem Ex dictis patet aliquid, circa decem prædicamenta quãtum de modulo ingenii mei circa ea cõcipio, & hic explicandum ſecundum intentionem propoſitam iudicaui aliquas ſubtilitates, & difficultates ſpeciales, quas doctores moderni circa iſta diſcutiunt. & ſpecialiter, circa ultima ſex prædicamenta, de quibus pertranſeundo ex certa ſcientia hic nihil uolui per tractare.

De his quæ prædicamenta conſequuntur, & hoc nomine Idem.

VNc uidendum eſt de quibuſdã, q̃ conſequũtur ipſa ꝑdicamẽta, uel oĩa uel plura q̃ ab aliquibus propter hoc poſt ꝑdicamenta uocantur. Et primò dicetur de nomine, quo importatur identitas.

¶ Itaq; cũ ſm philoſophũ 5. metaphyſicæ, unum in ſubſtantia faciat idẽ, unũ in quãtitate faciat equale, unũ in qualitate faciat ſimile, ſi uellem⁹ per trãſire nõ oportet plꝰ dicere de eodem, niſi qđ ſupradictũ ẽ. de uno, cũ de trãſcẽdẽtibus erat ſermo. Vñ breuiter, quot modis, & qbꝰ dr vnũ, & aliqua dicũtur unũ, tot modis dr idẽ, & tot modis aliqua dicunt eſſe eadẽ. Sed ut fiat explicatiùs manifeſtũ, ſciendũ ꝙ ſm philoſophũ quinto metaph. aliqua dicuntur eadẽ dupliciter, ſc3 ꝑ ſe, & per accidens. Per accidẽs aũt dupliciter. Vno modo ut dicatur accidens per ſe, & ſubiectum per ſe. Alio modo ut dicatur ſimul utrunq;. Primo enim modo dicunt aliqua eſſe eadẽ per accidens tripliciter. Primò quando duo accidentia dicuntur de eodem ſubiecto, vt ſi dicatur albedo, & ſcientia de Socrate tunc ſcientia, & albedo ſunt idẽ ꝑ accidens. Scdò qñ accidens dr de ſubiecto, ut albedo de Socrate. tũc Socrates. & albedo ſunt idẽ per accidens. Tertiò qñ ſubiectũ dr de accidẽte, ut ſi diceretur album, & Socrates ibi Socra. & album ſunt idem per accidens. Si autem dicantur ſimul ſubiectum, & accidens, hoc ſi tripliciter. Primò qñ de ſubiecto ſimplici prædicatur ſimul ſubiectum, & accidens, ut hic homo eſt homo albus Secundò quando de ſubiecto, & accidente prædicatur accidens ſolum, ut homo albus eſt albus. Tertiò quando prædicatur ſubiectum, & accidens ex parte prædicati de ſubiecto, & accidente ex prate ſubiecti, ita ꝙ accipiatur totum ſimul ex parte ꝑdicati, & ſubiecti, ut hic homo albus eſt homo albus. Omnibus enim iſtis modis iſta ſunt eadem ꝑ accidens. Per ſe autem dicuntur eadem dupliciter. Aut abſolutè, aut in reſpectu ad aliud. Abſolutè dicunt eſſe eadem quæcunque ſunt unum numero habentia idem eſſe naturale, ut Socrates Socrati. In reſpectu autem ad aliud ſunt aliqua eadem tripliciter per ſe Primò reſpectu ſpeciei, & ſic dicũtur aliqua eſſe eadem ſpecie quæ cumq; continentur ſub ſpecie vna, ut Petrus & Socra. ſunt ſub homine, & iſto modo ſunt etiam aliqua unum propriè, & definitione, quia quæcunq; ſunt unius ſpeciei, habent eandem definitionem, & idem proprium ſubſtantiale. Alio modo reſpectu generis, & ſic dicuntur eadem genere: quæcunq; ſub eodem genere continẽtur, ut homo & leo ſub animali. Alio modo reſpectu alicuius analogi, & ſic ſubſtantia, & accidens ſunt unum, & idem, qđ per ſe dicitur de utroq;. Breuiter autem concludo quot modis dicitur unum, tot modis dr idem, & quot modis dicuntur aliqua eſſe unum, tot modis dicuntur eſſe eadem.

Nomina alietatem importantia quatuor, Diuerſum. Differens. Simile. Oppoſitio.

SCiendũ eſt, quòd eidem opponitur diuerſum, unde ſunt paſsiones entis inquantũ ens, & ſufficiẽter ipſum diuidentes. Omne enim ens eſt idem alteri, aut diuerſum: nec eſt dare medium. Quia ergo quotmodis dr unũ oppoſitorum, tot modis dr, & reliquũ, iccirco quot modis dr idem, tot modis dr diuerſum: & quot modis ſunt aliqua eadẽ, tot modis aliqua ſunt diuerſa. Dicuntur enim aliqua diuerſa per accidentes, & aliqua per ſe. Vnde philo. de hoc non multum in quinto metaph. fuit proſecutus. Dicuntur .n. aliqua diuerſa numero. & hæc ſunt, quæ differunt ſecundum materiam: ut duo individua eiuſdem ſpeciei, ut Socra. & Petrus. Alia ſecundum ſpeciem, hoc autem contingit quinq; modis ut patet quinto metaph. Primus modus eſt quando duæ ſpecies eiuſdem generis generaliſſimi, licet nõ proximi nec ex oppoſito diuiduntur, ut ſcientia & albedo Secundus eſt, quando ſunt eiuſdem generis, & diuiduntur, ut ſcientia & albedo. Secundus eſt, quãdo ſunt eiuſdem generis, & diuiduntur contra ſe inuicem, ſiue ſint cõtraria ſiue non, ut bipes & quadrupes. Tertius, quando in ſua ſubſtantia habent contrarietatẽ ut pote quia diuiduntur contrariis differentiis, & hoc ſiue ipſa ſint directè contraria, ut albedo & nigredo, ſi ne non, ut homo, & aſinus Quartus modus eſt, quando ſimul duæ ſpecies ſunt in aliquo gñe, ut homo & equꝰ ſub animali. Quintus modus eſt, qñ aliqua accidentia in eodem ſubiecto ſunt, & tñ differunt ab inuicem. talia enim neceſſe eſt ſpecie differre, eo quòd impoſſibile eſt plura accidentia unius ſpeciei in eodem ſubiecto eſſe. Aliqua vero dicuntur diuerſa gñe uel ſub diuerſis generibus, ut ſubſtantia, & quantitas. Aliqua etiam dicuntur diuerſa analogo, ſecundum quod aliqua diuerſis analogis continentur, & ſm quod eſt multiplex analogum infra patebit cum de analogo aliquid dicetur.

¶ Differens ſicut patet quinto Metaph poteſt ſumi dupliciter. Vno modo largè, & ſic non eſt diſtinctio inter differens, & diuerſum, & ſic dicũtur illa diuerſa, & differentia, quæ in nullo cõueniunt, nec in aliquo mõ differunt in ſeipſis Alio mõ ſumitꝰ differre ꝓpriè, & ſic dicunt aliqua differre, quæ in aliquo uno cõmunicãt, ſiue illud unũ ſit unũ numero, ut Socrates ſedẽs differt a Socrate non ſedente, ſiue unum ſpecie, ut Socrates & Plato differunt ſub homine, ſiue unũ gñe, ſicut hõ & aſinꝰ differunt ſub aĩali Et ſic accipiendo differens omne differens eſt diuerſum, ſed nõ oẽ diuerſum eſt differens, quia differẽs addit ſupra diuerſum aliquo mõ differre ſecundũ aũt quod docet Ariſt. 5. metaph. inter omnia illa, quæ ſunt differentia illa dicuntur ꝓpriè differre, q̃ ſunt eadem genere, & diuerſa ſecundum ſpeciem, quãdo talia conueniunt in uno communi, ſcilicet in genere, & differunt diuerſis differentiis ſpecificis, & contrariis. Quæ .n. differunt numero, ſolum differunt differẽtiis accidẽtalibus. Et ita patet quid eſt differens, & quomodo ſe habent ad inuicem differens, & diuerſum.

¶ Ratio dr ſex modis. Primo, rõ eſt idem, qđ cã, uñ in cõiter loquẽtiũ dr huius rõ ẽ. i. huius cauſa, uel reddit rationem huius. i. cauſam dicit. Secundo ratio idẽ eſt, ꝙ aliqua bona ꝓbatio, ſiue ſit per cauſã, ſiue p effectũ, & ſic aliqs dr ꝓbare ſuã opinionẽ multis rationibus. Et ſic vr poni in definitione argumẽti, qñ dr, ꝙ argumẽtũ eſt rõ rei dubię faciẽs fidẽ. Tertio idẽ eſt, ꝙ definitio, & ſic accipit in principio ꝑdicamẽtorũ ubi dr, ꝙ equoca dicunt quorũ nomen eſt cõmune, & ſm illud nomen ratio ſubſtãtiæ eſt diuerſa, ratio i. definitio. Quarto rõ eſt idẽ qđ cõceptꝰ intellectus de re, quãqs expreſsè uult intelligere, q̃tiã uerbũ mentis dicitur. Et

hoc

hoc modo ratio rei est eius expressa conceptio intellectu. Quinto, est ratio idem, quod illud, quod respondet in re conceptioni intellectus de se factæ, & dicitur ratio illud, quod tali conceptioni respondet. Hoc autem est illud, quod apprænhendit intellectus de significatione alicuius nominis, & hoc in habentibus definitionem est ipsa res, quæ per definitionem importatur. Et hoc modo dicit philosophus. in 4. metaphi. quod ratio, quam significat nomen est ipsa definitio. Sicut dicimus, quòd ratio iustitiæ est in tenēdo mediū eorum, quæ sunt ad alterum. In illis aūt, quæ nō habent definitionē propriè, ratio talis rei est illud, ex quo res habet, quòd sit res, sicut ratio qualitatis est illud ex quo qualitas habet, q̄ sit qualitas. Quia tamen hic utimur noīe rationis, sciendum, quòd hoc nomen ratio non significat illud, quod sic de re intellect⁹ apprænēdit, sed illud significat nomen rei, ut nomen lapidis uel quodcūq; aliud, sed hoc nomē ró significat intentionē cum sit nomen scdæ intētionis, sicut definitio, & genus, & huiusmodi, hæc aūt intentio est applicabilis rei concepta, unde dr ratio. Sexto modo ratio idem est, quod intellectiua potentia aīæ rationalis, à qua ratione homo rationalis dicitur. Hæc autem potentia aliquando uocatur intellectus, aliquando ratio, aliquando aliis nominibus à diuersis actibus suis, sicut superiùs dictum fuit, cum de potentiis animæ ageretur.

¶ Accipiendo rationem rei pro ipsa conceptione intellectus de re formata, ratio non est in re extra subiectiuè, sed est in intellectu formaliter & subiectiuè. Accipiendo aūt rationē p eo, q̄ ex parte rei formaliter rñdet tali cōceptioni, dr rō in re, nō quidē, q̄ ipsa intētio (quam significat nomen) sit in re, ante ipsa conceptio cui conuenit talis concepta intentio sit in re extra aniā, cū sit in anima subiectiuè, sed dr esse in re inquātū in re est aliquid, quod correspondet conceptioni animæ, sicut signatū signo. Vnde sciendū, q̄ ipsa cōceptio intellectus tripliciter se habet ad rē, quæ est extra animā. Aliqñ. n. ipsa conceptio intellectus est similitudo rei extra animam existentis, sicut hæc conceptio quam habet de re significata per hoc nomen homo, & talis cōceptio habet fundamētum in re immediatæ, inquantum res ipsa ex sua conformitate ad intellectum facit quod intellectus sit uerus, & quòd nomen significans illum intellectum propriè dicatur differre. Aliquando autem ipsa conceptio non est similitudo rei existentis extra animam, sed est aliquid, quod cōsequitur ex mō intelligendi rem, quæ est extra animam, & huiusmodi sunt intentiones, quas intellectus adinuenit, sic ut cōceptio de significato huius nominis genus, non similitudo alicuius rei extra animam existentis, sed ex hoc, q̄d intelligit animal, ut in pluribⁿ speciebus attribuit ei intentionem generis. Et huius intentionis licet proximū fundamentū non sit in re, sed in intellectu: tamē remotum fundamentum est res ipsa, unde intellectus nō est fallus, qui has intentiones adinuenit. Et simile est de omnibus aliis nominibus, quæ consequuntur ex modo intelligendi. Aliquando uerò ipsa conceptio de aliquo significato per nomen, non habet fundamentum in re, neq; proximum, neq; remotū, sicut conceptio chymeræ, quia nec est similitudo rei extra animam, neq; consequitur ex modo intelligendi rem aliquam uerē, & ideo ista cōceptio est falsa. Vnde patet ſm ſ. quòd ratio dicitur in re inquantum significatum nominis (cui accidit esse rationem) est in re, & contingit propriè, quando conceptio intellectus est similitudo rei. Accipiendo autem rationem pro potentia intellectiua realiter, & subiectiuè, patet, quòd est in essentia animæ sicut propriū accidens in suo subiecto, ut supra dictum est quando de potentiis animæ diceretur.

¶ Aliud prærea est dicere qd̄ aliqua duo sint diuersa entia rationis, aliud qd̄ aliqua sūt diuersa ſm rationē, vel diuersa ratione. Qñ. n. dr qd̄ aliqua duo sunt diuersa entia rationis, est sensus qd̄ ista duo, & eorum diuersitas sunt a ratione, ita qd̄ tam entitas, quàm diuersitas pertinent ad rationē, & ad esse rationis, & sic genus, & species, & cæteræ secundæ intentiones sunt diuersa entia rationis, quia nec entitatem habent nec diuersitatē nisi à ratione. Quando autem dicitur, quòd aliqua sūt diuersa ratione uel secundum rationem, non est necesse, quòd entitas sit entitas rationis, sed solū diuersitas se, quòd entitas sit entitas rationis, sed solū diuersitas uel etiam pluralitas. Vt uerbi gratia homo, & animal differunt solum ratione, non tamen propter hoc esse hominis uel animalis est ſm rationē, sed solum diuersas inter hoīem & aīal est rationis, & a ratione. Ex his patet ſm principale, quòd quædam sunt diuersa, quorū unumquodq; est uera res, & quorum diuersitas est realis sicut substantia, & quantitas, lapis, & asinus. Quædam sunt quorum nullū est res uera, nec diuersitas est realis sicut, duo entia rationis, ut genus & species horū enim tam entitas, quā diuersitas est a ratione. Aliæ sunt quæ tenent medium, quæ scilicet sunt sic diuersa quorum unumquodq; dicit aliq̄d reale, & est res uera. Sed diuersitas inter illa duo est rationis, & nō realis: ut dictum est de homine, & animali, quia quodlibet est res uera; diuersa autem non sunt res, sed ratione. Idem est d̄ iustitia & sapientia in Deo, quia, & tam iustitia, quàm sapientia in Deo res uera est, & tamen non differunt realiter, sed solum ratione. ¶ Et realiter dicunt differre p priè illa, quorum unū non est alterū, nec unius entitas est alteriùs entitas, nec diuersitas taliū dependet ab actu intellectus. imo circunscripto omni actu intellect⁹ adhuc essent diuersa, & unum non esset alterum. Et sic aliqua differunt modo quadruplici. Primo ea, quę sūt eiusdē speciei sunt diuersa secūdum numerū: ut Socrates & Plato, & duo lapides. Secūdo differunt isto mō ea, quæ sunt diuersa numero, & specie, sūt tñ generis, & sic differunt realiter homo & asinus, & bos, quæ sūt diuersæ species animalis. Tertio modo dicūtur aliqua differre realiter, quæ nō solū differunt numero, & specie, sed differūt genere, quāuis contineantur sub uno analogo, & hoc modo differūt substātia, & quātitas, q̄ cōtinentur sub ente Quarto mō differunt aliqua realiter, non solū ſm differētiā numeratā specificā, & generis, sed pluſquā ſm genus. & hoc mō realiter differunt Deus, & creatura, qa creatura oīs est in genere. Deus autē illimitatus extra oē genⁿ est. Sic ergo quatuor modis istis una res realiter differt ab alia, quamuis autem diuisio entis extra animam in decem prædicamenta sit diuisio in illa, quorum quodlibet est res uera, non tamen est necesse, q̄ oīa illa, quæ sunt in diuersis prędicamentis, uel in diuersis speciebus eiusdem generis, sint diuersa realiter sicut supra dictum est in quarta specie qualitatis, & in prædicamento actionis, sed sufficit, q̄ quodlibet diuisum sit ens reale. Vnde quando dr, q̄ diuisio entis in decem prędicamenta est diuisio in decē realia, sic intelligendum est, quòd sit in decem, quorū quodlibet est ens reale, nōn tamen oportet, quòd oīm illorum diuersitas sit realis, imo una eadem res numero ad prędicamenta diuersa pertinet, ut patet de motu quia actio & passio sunt unus motus numero realiter ut supra patuit.

¶ Differre ratione, & esse differentia uel esse diuersa secundum rationem aliqua dicuntur accipiendo rationem pro conceptione intellectus, & quod sunt tales cōceptiones differentiæ, tot habet rationes diuersas res illa, cuius sunt conceptiones, quæ sunt extra se, & sunt in intellectu formaliter inhærentes ei. Et omnes tales conceptiones, quorum quælibet dr ratio rei, realiter differt

fert una ab alia: & quæ sunt sic diuersa ratione, sunt diuersa realiter. Vnde sic est, quod diuisim ratione nō diuiditur contra esse diuersum secundū rē, imo est idē. Accipiendo autem rationem pro eo, quod in re tali cōceptui respōdent, sic eadem res habet multas rationes sibi formaliter inhærentes, quæ rationes diuersæ dicuntur ab aliquibus doctoribus diuersæ abilitates, quia talis res est abilis ex se talibus conceptibus diuersis uera citer respondere, sic homo est abilis vt concipiatur esse rationalis, animal, & corpus, & substantia &c. sic, quæ sunt diuersæ rationes, q̄ differunt sic ratione, non sunt diuersæ realiter nec secundum rem, imo sunt idem realiter, sicut homo, & animal sunt idem realiter, & sapientia, & iustitia in Deo, licet differant ratione, & sic de aliis. Inuestigare aūt vnde proueniat talis diuersitas rationum sic dictarū siue quantum ad diuersitatē rationum, quæ sunt conceptiones, & se tenent ex pare intelligentis, siue quantum ad diuersitatem, rationum, quæ sunt abilitates diuersæ respondentes, ut fundamentum talium conceptionum, & sic se tenet ex parte rei intellectæ, altioris inquisitionis est⁹, & pertinet ad secundā distinctionem præsentis. Accipiendo autem rationem pro potentia intellectiua sicut dicut dicuntur aliqua ratione differre dupliciter. Vno modo, quia quodlibet eorum est ens rationis, & diuersitas ac differentia est similiter rationis, ita quòd circunscripto omni actu intellectus non esset illorū omnium uerborum entitas, nec esset illorum differentia, & sic differunt ratione omnia entia rationis, omnes secundæ intentiones. Alio modo dicit aliquid differre ratione, nō quod illud sit ens rationis, sed quia existens ens reale, & unum realiter ratio negocians circa ipsam uno utitur ut duobus, & sic ratione idē differt a seipso, cum intellectus negociando comparat idem ad seipsum in relatione idētitatis dicendo idem eidem idem. Et breuiter concludendo omnia ista dicuntur differre ratione, prout differentia rationis diuiditur contra differentiam realem quando in illis nulla inuenitur distinctio circunscripto omni actu intellectus, & ipse intellectus in sui operatione pro sui consideratione illam differentiam causat, & est obiectiuè in intellectu solum, & non subiectiuè in re.

¶ Similitudo est differentiū eadem qualitas. Quia uerò qualitas habet quatuor species, secundum illas quatuor attenditur similitudo. Primò secundum primam speciem, quæ est habitus, & dispositio, ut duo quorum quilibet est albus dicuntur similes. Secundò secundum secundam speciem ut duo habentes potentiam naturalem ad uidendum dicuntur similes in potentia uisiua. Tertiò secundum tertiam speciem scilicet secundum passionem unam. ut duo ligna sunt similia, quæ comburuntur, & non solum sit una specie, sed etiā si non sit eadem passio specie sed genere, ut illi dicuntur similes, qui patiuntur quamuis diuersa, & iste, qui incarceratur, & ille, qui fustigatur. Quartò dicuntur similia etiam aliqua secundum quartam speciem. ſ. secundum formam, & figuram, ut illi dicuntur similes, qui habent eandem staturam, uel qui habent eandem figuram in facie, & in corpore. Illud autem est magis simile alteri, quod conuenit cum eo in pluribus qualitatibus, sicut oleum, quod est calidum, & siccum, est magis simile igni, qui habet easdem qualitates, quàm zuccarum, quod est calidum, & humidum. Quot autem modis dicuntur aliqua similia, tot modis per oppositum dicuntur aliqua dissimilia.

Oppositionis quatuor species, uidelicet, Contradictoria, Priuatiua, Contraria, Relatiua.

OPpositū & oppositio differunt sicut concretū, & abstractū eo modo, quo supra de pluribus aliis dictū est. Sicut. n. albedo, & albū differū per modum concreti, & abstracti, ita oppositum & oppositio. Albedo enim ipsam formam prēcise signat, sed album non prācise, imo subiectum connotat, quia album importat rē habentem albedinem, & ita in proposito. Oppositio. n. importat formaliter illud, quo aliquid alteri opponitur, sed oppositum importat rem habentem talem oppositionem, & in qua est talis oppositio. Vñ oppositio est illud, in quo oppositum alteri opposito, sed oppositū importat illud, quod opponitur, & ita patet, q̄d utrunq; significet, & quomodo ad inuicem se habeāt. Et quod dictum est in genere intelligendum est de aliis speciebus oppositionis, ut in contrario, & in contrarietate, & huiusmodi.

¶ Quatuor species oppositionis, ut patet 5. metaph. sunt, qa quædam opponuntur cōtradictoriè, q̄ dāpriuatiuè, quædā cōtrariè, quædā relatiuè. Et harū sufficientia, & significantia, ac differentia simul habetur hoc mō. Aliquid. n. contraponitur uel opponit alteri dupliciter. Aut rōne depēdentiæ, qa depēdet ab ipso, & talis oppositio relatiua dr, & sic opponitur pr filio, & ecōuerso. Aut rōne remotionis, qa unū removet alterū, & hoc cōtingit tripliciter, aut. n. toraliter removet nihil relinquens, & sic est negatio, q̄ totū removet, q̄ opponit affirmationi, & sic sumit oppositio cōtradictoria, & sic opponunt cōtradictoriè ens, & nō ens. Aut removet oppositū, sed relinqt subiectū, & sic sumit oppositio priuatiua, & sic opponit cæcitas uisui. Aut removet oppositū, sed relinqt subiectū, & genus, & sic est oppositio contrarietatis, qa cōtraria sūt in eodē subiecto & eiusdē gñis, & sic opponit cōtrariè albedo nigredini, qa albedo removet nigredinē, & sunt eiusdē generis, qa unū post aliud pōt esse in manu, & sūt eiusdem gñis, qa sunt sub colore, sicut duæ species sub genere.

¶ Videndū est de istis, quatuor speciebus quo se habeant ad inuicē. Et q̄uis subtiliter intuenti possit patere expositа sufficientia, tamen ut pleniùs pateat, sciendum, q̄ contradictio est maior, & prima oppositionū, quia plus habet de oppositione inter duos terminos oppositos. Aliæ autem duæ gradatim diminuunt de rō ne oppositionis, unde ſm, q̄ aliæ plus participiant de contradictoria oppositione. ſm hoc habent plus de oppositione. Primum. n. in quolibet in genere cā est oīm quæ sunt post in eodem, ut dr. 2 meta. & ideo post cō tradictionē plus habet de oppositione priuatiua, post hanc oppositio contrarietatis, ultimo relatiua. Et hoc sic ostenditur, qñ ponitur aliquod medium inter duo distantia, ipsum mediū ostendit distantiā, & cōuenientiā illorum dnorū, ipsa aūt cōtradictio nullū habet medium. Vnde in primo posteriorū dr, q̄ contraditio est oppositio cuius ſm se nō est mediū, & iō inter duo extrema contradictoriæ oppositionis est maxima distantia, & oppositio, cum in nullo medio conueniant, sicut inter ens, & nō ens. In omnibus autem aliis oppositionibus est aliquod medium, sed in isto differunt a contradictione & oppositione, & q̄to magis conueniunt in medio extrema aliarū oppositionū, tanto magis, de ficiunt à contradictione & oppositione. Conueniunt aūt aliqua in medio dupliciter. Vno mō conueniūt in medio eiusdem gñis, sic scilicet, q̄ utrūq; extremorū ē eiusdē gñis cū medio in quo cōueniūt, & isto mō conueniūt albedo, & nigredo ī colore medio, puta rubedine. Et iterū ista cōueniunt in medio materiæ tm uel subiecti, & nō in aliquo gñe medio, sicut albū & nigrū, sed

non ſimul, ſed ſucceſsiuè cõueniũt eodẽ ſubiecto ſuſceptiuo, ſicut in manu. Aliqua aũt cõueniũt in medio materiæ ũm, & ſubiecti, & non in gñe medio aliquo, ꝙ ſit eiuſdẽ gñis cũ eis, ſicut contraria immediata, & habit⁹ & priuatio, quorũ ꝙlibet habet cõe ſubiectũ, ſed nõ cõ ſtituũt aliquod tertiũ. uel in illo nõ cõueniũt, quod ſit eiuſdẽ generis cũ illis Sed in his eſt differẽtia, ꝙa in priuatiuè oppoſitis ſeruat ordo ſubiecti, & non fit regreſſus à priuatione in habitũ, ut à cæcitate in uisũ in oculo. Et ſimiliter eſt de ꝙbuſdã cõtrariis immediatis, ut de quibuſdã infirmitatibus incurabilibus', & in talibus ſicut in contrariis immediatis ſiue priuatiuè oppoſitis nõ remanet aliqua uirt⁹ in ſubiecto ad cõtrariũ ſiue ad habitũ, ut aliquo facto cæco non remanet uirtus in eo ad uiſum, & in aliquo exiſtẽte ꝑfectè ptyſico forte nõ remanet uirtus ad ſanitatẽ. In cõtrariis aũt mediatis, & in ꝙbuſdã immediatis licet quodã ordine reſpiciãt ſuũ ſubiectũ, tñ ꝑ unũ eorũ nõ auferẽ potentia ad reliquũ, vnde manu exiſtente alba nõ auferẽ, quin poſſit eſſe nigra. Albedo aũt & nigredo cõtraria mediata ſũt, & eſt idẽ de mediatis ſicut ſanitate exiſtẽte nõ tollit potẽtia ad ægritudinẽ, & ægritudine aliqua exiſtẽte nõ tollitur potẽtia ad ſanitatẽ. In relatiuis aũt neutro mõ inuenit cõuenientia, uel quantũ ad medium primum uel ſecundum: non enim conueniunt in ſubiecto medio. Idem enim non eſt pater, & filius, ſed quo pater refertur ad filium, iterum non conſtituunt mediũ ſui generis, cum ex patre, & filio uel paternitate, & filiatione nulla media relatio uel relatiuum medio poſſit conſtitui. Et iterum in relatiuis non eſt magis uel minus: habent tamẽ quendam ſpecialem modum conueniendi, quia unum eorum ſecundum id, quod eſt, dependet ad alterum. Relatiua enim mutuò ſe includunt & ponunt & perimũt, ut patet in prædicamentis. In contradictorijs uerò nihil horũ inuenit: non enim habẽt mediũ ſui generis cũ alterũ extremũ ſit non ens ſimpliciter, & extra oẽ gen⁹ nec ſimiliter poſſunt in ſubiecto medio cõuenire, cum non ens ſubiectũ habere non poſsit, nec nõ cõueniunt ſm dependentiã ſuorũ intellectuũ ſicut relatiua. Poſito enim ente nõ ponit nõ ens, ſicut poſito patre ponitur filius. Et ideo patet quo ſe habent ad inuicem iſtæ quatuor oppoſitiones, & in qbus eſt maior oppoſitio, quia cõtradictio tenet ſupremũ gradũ oppoſitionis, cũ ſimpliciter & ꝑ ſe non habeat mediũ, & ideo contradictoria maximè opponuntur, & minimè cõueniunt. Priuatiuè uerò oppoſita tenent ſecundum locum, cũ nõ habeant medium ſui generis, ſicut habent cõtraria mediata, nec habent dependentiam ad inuicem ſicut relatiua, & in his conueniunt cum contradictorijs oppoſitis: habent tamen ſubiectum commune, & in hoc deficiunt ab eis. Poſt priuatiuè oppoſita, ſunt contrariè oppoſita, & ultimò relatiua.

¶ Contradictio eſt oppoſitio, cuius ſecundum ſe nõ eſt dare medium. Ad hoc autẽ, ꝙ aliqua oppoſitio habeat rationem ueræ contradictionis requirũtur quinq; cõditiones, quæ poſſunt colligi ex primo elenchorũ, q̃ tanguntur in quãdam ſua definitione, quę talis eſt. Cõtradictio eſt unius, & eiuſdẽ ſm idẽ, & ad idẽ, ſimiliter & in eodem tpe. Quod ſic habet intelligi, ꝙ contradictio eſt unius, & eiuſdẽ, nõ ſolũ qđ accipiat idẽ ſm nomen tm̃, uel ſm rẽ tm̃, ſed eiuſdem ſm rem, & nomen, unde hic eſt contradictio latrabile currit, latrabile nõ currit, quia ibi eſt affirmatio, & negatio eiuſdem ſecundum rem, & nomen. Sed hic non eſt contradictio, canis currit, canis non currit, ꝙa non eſt eiuſdem ſm rẽ, quia ſidus non currit quamuis latrabile currat, & hæc eſt prima conditio contradictionis. Scda eſt, qđ ſit oppoſitio unius, & eiuſdem ſecundum idem, unde hic eſt contradictio, iſtud eſt duplum iſti ſecundum longitudinem, iſtud non eſt duplum iſti ſecundum longitudinem. Sed non hic, iſtud eſt duplum iſti ſecundum longitudinem & non eſt duplum ſecundum latitudinem, quia hic eſt affirmatio & negatio unius, & eiuſdem, ſ. duplici, ſed non ſecundum idem, quia affirmatur duplum ſecundum longitudinem, & negatur ſecundum latitudinem. Tertia conditio eſt, quòd ſit non ſolum unius & eiuſdem & ſecundum idem, ſed etiam ad idẽ reſpectu eiuſdem, unde hic eſt contradictio, duo ſunt duplum ad unum, duo non ſunt duplum ad unum, ſed hic non, duo ſunt duplũ ad unum, duo non ſunt duplũ ad tria: quãuis enim idem ſ. duplũ affirmat̃, & negetur de uno, & eodem, ſcilicet de qualitate: tamen nõ reſpectu eiuſdẽ, ſed diuerſorũ, ſcilicet unitatis, & trinitatis. Quarta conditio eſt ſimiliter, quòd affirmetur idẽ de eodem ſimiliter, unde hic eſt contradictio, cælum mouetur circulariter, & non mouetur circulariter, ſed nõ hic, cælum mouetur circulariter, & non mouetur deorſum. Quinta conditio eſt, quod ſit in eodem tempore, unde hic eſt cõtradictio, domus eſt clauſa in tertia, domus non eſt clauſa in tertia, ſed hic nõ, domus eſt clauſa in tertia, domus nõ eſt clauſa in nona, quia deficit cõditio in eodem tempore. Vnde ſibicunque ex defectu iſtarum conditionum concluderetur aliqua conditio, ſimpliciter eſſet falſa, ut patet quatuor ultimis modis, ſecundum quos attenduntur modi fallaciæ, quæ uocatur ignorantia elenchi. Sicut itaq; contradictio habet alterum terminum oppoſitum purè ens, & alterũ purè non ens, unde ſunt ſicut affirmatio, & negatio: ita priuatio, & habitus, quæ opponuntur ſe habent, niſi quod terminus oppoſitus habitui, ſe habet per modum affirmationis, & terminus per modum negationis, non abſolutè ſint in contradictoriis, ſed eſt negatio in ſubiecto, & infra genus, & ideo terminus oppoſitus (ut cæcitas) non dicitur abſolutè non ens, ſed non ens in tali ſubiecto. Prædictio eſt negatio abſoluta. priuatio eſt negatio determinatæ formæ in determinato ſubiecto.

¶ Oppoſitio priuatiua patet per definitionem priuatiuè oppoſitorum, quæ talis eſt. Priuatiuè oppoſita ſunt, quæ ſunt nata fieri circa idem ſubiectum ordine irregreſſibili per naturã, ſicut uiſio, & cæcitas circa oculum, & non eſt regreſſus per naturam à cæcitate ad uiſionem, quod dicitur ad differentiam agentis ſuper naturalis Ex quo patet, quod priuatiua oppoſitio eſt oppoſitio affirmationis, & negationis eiuſdem rei debitè ineſſe circa ſubiectum determinatum ſuppoſitum apponi

¶ Priuatio dicitur tribus modis, ut patet quinto metaphy. Aliquid .n. dr̃ priuari habitu aliquo ſecundum, quod eſt ipſum natum habere ſecundum genus remotum, & hoc modo dicitur planta priuata uiſu, ꝙa ſuum genus remotum ſcilicet animal eſt natum habere uiſum. Secundò quando priuatur habitu, quem eſt aptũ natum habere ſecundum genus proximum, & ſic talpa priuatur uiſu, qui eſt aptus natus ineſſe animali, quod eſt genus proximum talpæ. Tertiò quando priuatur habitu, quem natum eſt habere ſecundum ſuam ſpeciem, ſicut ſi homo priuaretur manu, & hæc eſt propria acceptio priuationis, aliæ duæ ſunt ualde largè.

¶ Quinq; autem requiruntur ad rationem priuationis propriè dictam. Primum eſt, quòd ſit natum habere illud ſecũdum ſuam ſpeciẽ, & ideo propriè homo non dr̃ priuatus alis, quia ſecundũ hoc non competit ſibi habere alas. Secundò requiritur determinata circũſtantia temporis, & ideo catulus nõ uidens ante nouũ diem non dicitur priuatus uiſu propriè. Tertiò debet eſſe debita circunſtantia loci. unde cauernæ terræ non dicuntur priuatæ luce diei, qñ ibi non eſt. Quartò determinatio partis, unde homo nõ dicitur uiſu priuat⁹ uel

uel cæcus, quia nõ habet oculos in pedibus. Quinto debitus reſpectus uel motus, unde homo non dicitur priuatus curſu ſi non mouetur in curſu ita uelociter ſicur ſagitta, uel uentus.

¶ Dupliciter elongat aliquid potentiã ab actu. Vno modo ipſam potentiam remouendo ita, quòd nihil eius reliquatur, & iſto modo elongatur potẽtia ab actu in oppoſitione contradictoria, quia in non ente ſimpliciter nihil eſt de potentia ad eſſe. Alio modo ponendo obſtaculum ut non reducatur potentia ad actũ. Quod contingit dupliciter. Vno modo ad tempus, & mobiliter, ſicut calor poſitus facit diſtare ad tempus ſubiectum ſuum. l. aquam, cum eſt calida a frigiditate, & mobiliter. Alio modo perpetuè, & immobiliter, & ſic priuatio remouet potentiam ſui ſubiecti ad habitum, nõ quòd potentia ſua deſtruatur omnino, ſed quia ponit obſtaculum indelibile Et quando dicitur, quòd priuatio auferat potentiam ad actum', & ideo cum potentiã ad ſubiectũ cõtradictio totaliter tollat, maior eſt oppoſitio contradictoria, quàm priuatiua. Vnde eſſet maius miraculum quotidie animas creare, quàm cæcum illuminare: illud tamẽ minus miramur, quia frequentiùs, & iſtud quia rariùs, mirabilius reputamus.

¶ Oppoſitio contrarietatis patet per definitionem contrariorum communem. ſ. contraria ſunt, quæ in eodem genere poſita ſunt, & maxime à ſe inuicem diſtãt & eidem ſuſceptibili uiciſsim inſunt, niſi alterũ eorum inſit à natura. Dicuntur autem in eodem genere poſita, ꝙa utrũq; eſt una ſpecies alicuius generis, in quo differunt à contradictione, cuius unum oppoſitorum eſt non ens abſolutè, & à priuatione, cuius unum oppoſitorum eſt non ens in tali ſubiecto. Vnde extrema in illis oppoſitionibus nõ ſunt eiuſdem generis, nec quod libet extremum eſt res poſita, imo non ens, ſed in contrariis eſt utrunque, quia ambo extrema ſunt poſita, & ambo ſunt ſpecies eiuſdem generis, ſicut albedo, & nigredo ſub colore. Dicuntur autem maxime a ſe inuicem diſtare, quia in cõtrariis mediatis maximè diſtantia ſunt ſolum contraria, ſicut albedo, & nigredo ſunt contraria, quia maxime diſtant, & non albedo, & rubedo, quia rubendo eſt medius color. Et eidem ſuſceptibili uiciſsim inſunt, hoc eſt quantum eſt de natura contrariorum, ſicut albedo, & nigredo in pariete, niſi alterum eorum inſit a natura, ſicut cum cauſatur a principiis naturæ, ut albedo in cigno, & nigredo in coruo. Ex quo patet quid eſt contrarietas, quia oppoſitio duorum extremorum, quæ ſunt maximè diſtantia ſub eodem genere, & poſſunt eidem ſubiecto uiciſsim ineſſe ubi alterum a natura non ineſt.

¶ Ad ueram contrarietatem propriè dictam, requiruntur duo, ſcilicet conuenientia, & diſtantia. Cõuenientia quidem quantum ad tria, ut patet 5. metaphi. Oportet enim, quòd conueniant in tribus, ſcilicet in eodem ſubiecto, in eodem genere, & in eadem poteſtate. Ea enim, quæ plurimum differunt eiuſdem generis ſũt, ut albedo, & nigredo ſub colore. Illa etiam, quæ plurimum differunt in eodem ſuſceptibili ſunt contraria, ut ſanum, & egrum in animali. Item, quæ plurimum differunt ſub eadem poteſtate ſunt contraria, ut congruum, & incongruum ſub grammatica. Diſtantia autem requiritur inter extrema oppoſitionis, quia oppoſitio omnino facit diſtare, non autem quęcunq; requiritur, ſed maxima. Vnde diſtantia, quæ eſt inter albedinem, & rubedinem non facit propriè contrarietatẽ, quia non eſt maxima. Eſt enim iſta maior, quæ eſt inter albedinem, & nigredinem, & ideo illa propriè facit contrarietatem. Conuenientia eſt igitur reſpectu tertij, ſed diſtantia eſt reſpectu ſui, ſ. reſpectu terminorum oppoſitorum.

¶ Aliqua poſſint dici contraria, non propriè, ſed largè, cuius ponit Ariſto. quinto metaph. duos modos in genere. Quorũ primus eſt, quando aliqua ſunt diuerſi generis, & non poſſunt eidem in eſſe, ſicut poſſet largè dici, quod motus rectus, & motus circularis ſunt cõtraria, loquendo de motu circulari naturali. Secundus eſt qñ aliqua habẽt habitudinem ad ea, quæ ꝓpriè & principaliter ſunt contraria. Et hoc poteſt fieri multipliciter. Primò .n. aliqua dicuntur contraria, q̃ habẽt illa, quæ ſunt contraria, & ſic ignis & aqua dicantur cõtraria, ꝙa habent caliditatem, & frigiditatem. Secundò quia ſunt ſuſceptiua contrariorum in potẽtia, & ſic dicuntur contraria ſanatiuum & ægrotatiuũ. Tertiò, ꝙa ſunt in potentia ipſorum contrariorũ actiua uel paſsiua, & ſic quantũ ad potẽtiã actiuè, calefactũ, & frigidũ ſunt cõtraria, quantũ ad paſsiuã calefactibile, & infrigibile ſunt cõtraria. Quartò quia ſunt cõtrariorũ agẽtia uel patiẽtia in actu, ſicut calefaciens, & infrigidãs quãtum ad agentia, calefactum, & infrigidatum quantum ad patientia, ut ſupra. Quintò quia ſunt abiectiones uel expulſiones uel etiam acceptiones contrariorum.

¶ Cõtrariorum propriè acceptorũ duo ſunt modi. Quædam .n. ſunt cõtraria immediata, & dicunt̃ immediata, ꝙa nõ habẽt mediũ ſui generis inter ſe. Et ſic ſũt cõtraria ſm philoſophũ in aiali ſanitas, & egritudo. licet medici mediũ ponant inter hęc duo. Alia ſunt mediata, q̃ ſcilicet habẽt mediũ ſui generis, ut albedo, & nigredo uiriditatẽ & rubedinẽ & huiuſmodi Ali⁹ modus contrariorũ ẽ, ꝙa quædã ſunt contraria, quorũ oppoſitum non eſt natũ eſſe in ſubiecto ſicut nigredo in coruo, & albedo in cigno: quia enim iſta inſunt à natura, oppoſitũ uerò non eſt natũ in eſſe. Alia aũt cõtraria ſunt, quæ ſunt nata ineſſe ſucceſsiue, & hoc dupliciter. Vel quia indifferenter ex parte utriuſq; tantum, ut albedo & nigredo parieri, ſanitas, & egritudo alicui animali. Vel quamuis poſſunt alteri ſuccedere, non tamen poſtea eo nouerſo indifferenter, ſicut quamuis animal ſit ſuſceptiuum ſanitatis primò, & poſt ægritudinis: ſecundò tamen ſunt aliquæ egritudines, á quibus non eſt regreſſus in ſanitatem, ut a ptyſi perfecta, uel lepra.

¶ Oppoſitio contraria radicẽ habet à cõtradictoria & priuatiua oppoſitione. A contradictoria quidem, nã unũ contrariorũ eſt negatio alteriùs. Vñ albedo negat nigredinẽ in ſubiecto, vnde albus non eſt niger. Sed in hoc eſt differentia, quia negatio contradictionis eſt extra genus, & iſte terminus nihil, nihil dicit, ſed negatio contrarietatis eſt infra genus, & ipſe terminus dicit aliquid poſitiuũ. Vñ qñ dr̃ Socra. eſt albus, dr̃, quòd eſt nõ niger, hæc aũt negatio, q̃ prouenit ex albedine eſt aliqđ poſitiuũ, & ei⁹, quod eſt infra genus, ſ. per albedinẽ, ut ſi dicaẽ Socra. eſt albus, Socra. non eſt albus ex eo, qđ eſt niger, nõ eſt contradictio abſolutè, ſed eſt contradictio participata, quæ eſt contrarietas, quia habet terminum poſitiuũ eiuſdẽ generis cũ oppoſito, quem negat, quía nigredinẽ, quæ negat albedinem. Dr̃ aũt tertio nihilominus contrarietas priuatiua oppoſitio, & participata: quia enim unum contrariorum ſemper eſt nobilius altero, illud quod eſt nobilius habet rationem habitus, & ignobilius habet rationem priuationis, & iſto mõ ſanitas dicitur habitus, & ægritudo priuatio, & idem eſt de albedine, & nigredine. Et ſimiliter habet ueritatem in omnibus contrariis, maxime tñ in illis, in quibus non eſt regreſſus, ſicut in ægritudinibus non curabilibus. Ex hoc ergo habent rationem priuationis, & habitus, ſed quia in aliquo deficit à uera priuatione, ideo dr̃ priuatio participata. Deficit aũt in hoc, quia q̃is in priuatiua oppoſitione ſupponat ſubiectũ tñ nõ habẽt medium ſui generis priuatiuè oppoſita, quod tñ habent mediata contraria. Secũdò, ꝙa

quãuis unũ extremũ sit in gñe in oppositione priuatiua ſ habitus, tñ alterũ extremũ ſ priuatio nõ est in genere: cuius tñ oppositũ ẽ in oĩbus contrariis. Tertiò, qa q̃uis unus terminus priuatiuæ oppositionis sit positiuus ſ. habitus, tñ alterũ extremũ nihil ponit, sed ẽ negatio in subiecto determinato, sed q̃libet cõtrariorũ ẽ terminº positiuus, & licet sic negatio sui oppositi, tñ ſp ponit naturã aliquã in subiecto. Rõne igit cõuenientiæ dr 1. physi q̃ priuatio & habitus faciunt primam contrarietatem, & in hõ. de sensu dr, q̃ priuatio albedinis ẽ nigredo. Sed quia in illis tribus differũt dr oppositio cõtrarietatis esse priuatiua participatiu è, sicut & contradictoria, quia aliquid de utraq; habet.

¶ Oppositio relatiua est oppositio duorum relatiuorũ, cuiº natura talis ẽ, q̃ inter oẽs oppositiões minimũ habet de oppositione. Hoc aũt nõ cõuenit sibi ꝓ eo, q̃ habeat mediũ sui gñis uel subiecti, q̃ in aliis minuũt rõnem oppositionis, sed quia non ſemp requirit extrema realiter diuersa, ut patet in relatione rõnis maxime idẽtitatis, qua dr, idẽ eidẽ idẽ in oĩbus aliis oppositionibº nunquam extrema sunt idẽ, sicut patet de contradictoriis, contrariis, & priuatiuè oppositis. In aliis aũt relatiuis, quæ non habẽt idẽtitatẽ extremorum, sicut põt esse in relatione reali est adhuc minus de oppositione, q̃ in aliqua aliarũ oppositionũ, qa unũ extremũ in alijs nũq̃ ponit aliud nec includũt se, inuicẽ, nec unũ expellit reliquũ, & uno ĩexistẽte impossibile est reliquũ inesse. Et hoc patet in illis potissimè quorũ extrema in uno subiecto cõueniũt, ut in contrariis, & priuatiuè oppositis in quibus unius generatio est alterius corruptio. Sed in oppositione relatiua unum extremum reliquum includit, unde posita se ponunt, & perempta se perimunt. Quid autem sit oppositio relatiua potest patere ex definitione relatiuorum superiùs posita.

¶ Cõtradictoria oppositio habet septẽ ꝓditiones sine qbº nõ eẽt uera ꝓdictio. Prima ẽ, q̃ extrema cõtradictiões careãt oĩ medio tã medio eiusdẽ gñis, quã subiecti susceptiui, sicut patet de ente, & de non ente, esse uel nõ eẽ. Scda est, q̃ utrũq; extremorũ sit extra genus, sicut patet de ente, qd ẽ extra, & supra oẽ genus, q̃ tũ ad affirmationẽ, & nõ ente quãtũ ad negationem. Tertia ẽ, q̃ non potest esse in gñe. Quarta, q̃ unus terminus extremorũ dicat aliqd positiuũ, sicut q̃ habet modũ affirmationis aliud nihil dicat positiuũ sed negatiuũ. Quinta, q̃ illa negatio non sit alicuius determinatæ rei uel circa determinatum subiectum, sed sit absoluta negatio, ita q̃ terminus ille absolutè sit non ens. Sexta est ex istis sequens, quòd nunquã extrema possunt esse idem uel simul. Ex quibus omnibus concludũtur ille quinq; conditiones antepositę in definitione contradictionis. Vnde est alia contradictio respectu ipsius affirmationis, & negationis, quòd sit unius, & eiusdem secundũ idem respectu eiusdem subiecti, & in eodem tempore, sicut dictum est priùs sufficienter.

¶ Oppositio autem priuatiua conuenit cum contradictione in tribus conditionibus, & differt ab eadem in duabus, & sic habet quinq; conditiones. Prima est, q̃ caret omni medio sui generis. Secunda est, quod alterum extremorum dicit aliquid positiuum, & alterum non. Tertia est quod nunquam extrema sunt idem nec simul. In his tribus cõuenit cum contradictione. Quarta proprietas est, quòd habet medium subiectum susceptiuum, ut uisus, & cæcitas oculum. Quinta quòd vtrunq; extremorum est in genere. nam habitus est in genere directè, priuatio autem indirectè, & non dicit negationem absolutè, sed negationem determinatæ formæ, & indeterminato subiecto, & in his duabus deficit, & differt à contradictione.

¶ Oppositio uerò cõtrarietatis aliquas habet ꝓprietates, cũ qbus conuenit cum contradictione, & priuatiua oppositione, & aliquas in quo differt. Prima eiº proprietas est, q̃ opposita cõtrariè nunquam sunt idẽ nec simul, & in hoc cõuenit cũ utraq; prædictarum oppositionum. Secunda est, quòd habet mediũ susceptiuum utriusq; extremi, quantum ad illa cõtraria quorum nõ est alterum a natura. Tertia, quòd utrunq; extremorũ est infra genus, & infra idem genus, quamuis unum habeat priuationis rationem, & alterum rationem habitus ad inuicem cõparata, & in his duabus conuenit cũ priuatiua, & differt à contradictoria. Quarta, quòd sẽper unum contrariorum habeat rationem habitus, scilicet nobilius, alterum priuationis, ſignobilius, & hoc conuenit proprie cum priuatiua. Quinta est, q̃ utrunq; extremorum dicat aliquam naturã positiuã, quamuis unum habeat rationem priuationis, & alterũ rõnẽ habitus ad inuicẽ cõparata, ut albedo, & nigredo. Sexta est, q̃ habet mediũ eiusdẽ generis quantũ adcontraria mediata. Septima, q̃ eiusdẽ subiecto uicissim inesse possunt quãtũ ad illa cõtraria in q̃bus nõ est regressus ab uno in alterũ, uel q̃bus alterum à natura nõ ineſt. Et in his tribus ultimis deficit, & differt ab oppositione contradictoria, & priuatiua. Aliqua autẽ istarum proprietatũ sic cõueniũt contrariis, quod omnibus insunt quatuor, prima ſ. & tertia quarta, & quinta tam mediatis, quàm immediatis conueniunt, & tam illis, quæ successiuè insunt, quàm illis, quæ successiuè inesse non possũt. Secunda autem conditio simpliciter loquendo sexta, & septima non omnibus contrariis conueniunt, sed secunda conuenit illis contrariis quorum alterum non ineſt à natura, & non illis quorum alterum a natura inest, sexta contrariis mediatis, & non immediatis, septima contrariis, in quibus ab uno ad alterum est regressus, & non illis in quibus non est regressus.

OPpositio item relatiua habet quatuor conditiones. Prima est, quòd non habet medium sui generis, & in hoc conuenit cũ cõtradictoria, & priuatiua, & cum contrariis immediatis, & differt a cõtrariis mediatis. Secunda est, q̃ nõ habet mediũ subiecti, in quo priè cõuenit cũ cõditione, & differt a contrariis, & priuatiuè oppositis. Tertia est, quòd in relatione reali extrema non sunt idem, & in hoc conuenit cum aliis tribus, sed in relatione rationis possunt esse idem sicut in relatione identitatis, in quo differt ab aliis. Quarta est, quòd unum oppositorum ponit reliquum uel destruit, quia posita se ponunt, & perempta se perimunt, in quo differt ab aliis tribus. Hæc ergo de oppositionibus dicta sufficiant.

Dictiones significantes connotantes habitudinem ordinis, Priùs, Posterius, Simul, Principium, Causa, Elementum, Necessarium, De, Ex, In, Motus, Totum, Magis, Minus.

PRiùs, & posteriùs dicuntur respectu alicuius principii, & illud dicitur prius, quod est illi principio ꝓpinquius: posterius uerò quod est ab eo remotius. Hoc autem principium potest sumi tripliciter, uel in quantitate, uel in cognitione, uel in esse. Et ideo oẽs modi secundum prius, & posterius reducuntur ad aliquem istorum trium modorum, quod aliquid est prius altero secundum quantitatem, uel in cognoscendo uel in essendo. Vt autem supra patuit quantitas est duplex, una continua, alia discreta. Secundum quantitatem cõtinuam dicit aliquid prius altero tripliciter. Primo secundum ordinem in loco, ut ſi determinetur aliquis locus, quod est ei propinquius, est prius secũdum locũ, & quod remotius est posterius, & hoc modo ignis est

prius

priùs aere respectu cæli, & aer, quàm terra. Si autem ecõuerso accipimus principium ad inferiùs, ut puta terram, sic econuerso aqua esset prior aere, & aer igne. Secundo modo dicũtur aliqua priora secũdum tẽpus, & hoc dupliciter. Vno enim modo dicuntur priora respectu præteriti, quę sunt remotiora a prẽsenti nũc. Et isto modo prior fuit Christi natiuitas, quàm eius passio, qa eius natiuitas est magis remota à præsenti nunc. Alio modo dicuntur aliqua priora respectu futuri temporis, & sic dicuntur priora, quæ sunt propinquiora præsẽti nũc, & sic floritio arboris est prior, quàm fructus futurus ex illa floritione. Tertiò dicuntur aliqua priora secũdum ordinem in motu, & hoc dupliciter. Vno modo in naturalibus, & sic illud, quod primo mouenti est propinquius ẽ priùs, sicut puer est priùs uiro: priùs enim est puer aliquis, quàm uir, & in pueritia est ꝓpinquior primo generanti. Secundo modo in uoluntariis, & hoc modo dicuntur priores illi, qui sunt in potestatibus cõstituti, & hic modus uocatur prioritas dignitatis. Et isto modo se habet princeps in ciuitate, rex in regno, quorum est imperare & mouere, subditorum autem, & posteriorum est exequi. Rex igitur in regno uel princeps in ciuitate sunt primũ mouens, & quanto eis aliqui sunt propinquiores, tãto dicũtur priores. Secundum autem quãtitatem discretam dicũtur aliqua priora, sicut quatuor sedentes post regem, qui est ei uicinior dicitur prior, & in manu digitis discretis index respectu pollicis est prior medio, & sic de aliis. Priùs aũt cognitione esse aliquid altero contingit tripliciter, tã in cognitione intellectiua, quàm in cognitione sensitiua, sed modo opposito, quia illud, quod est prius in cognitione intellectiua, est posterius in cognitione sensitiua. Vno igitur mõ prius est aliquid altero cognitione intellectiua, sicut uniuersalia sunt priora particularibus, sed in sensitiua est econuerso. Cũ enim ratio sit uniuersaliũ non cognoscit Socratẽ nisi cognoscẽdo hominem, sed cum sensus sit particulariũ, non cognoscit hominem nisi cognoscẽdo Socratẽ. Secundo modo est aliquid prius in intellectiua cognitione, eo modo quo simplicia plus cognoscuntur cõpositis, sicut priùs cognoscitur albedo, & homo, quàm homo albus, sed in sẽsitiua econuerso, quia primò composita offeruntur sensui, quàm simplicia. Tertiò dicunt aliqua priora cognitione intellectiua eo modo, quo passiones minus compositorum sunt priores, & sic cum rectitudo sit passio lineæ, leuitas superficiei, prior autem sit linea & simplicior superficie, rectitudo erit prior cognitione ipsa leuitate: in sensu autem est econuerso: passiones enim magis compositorum priores sunt. Priùs autem in essendo dicitur tripliciter primò ratione communitatis, & sic dicuntur priora, quæ possunt esse sine aliis, sed alia nõ sine ipsis, & isto modo animal est prius homine. Et hoc est prius á quo non conuertitur essendi cõsequentia, ut dicitur in prædicamentis, nõ enim sequitur, si animal est, homo est, sed bene ecõuerso, si homo est, animal est, unde animal est prius homine. Secundus modus est secundum attributionem, & analogiam. Cum enim ens dicatur de substantia, & accidente, & ꝓ priùs de substantia, dicimus substantiam priùs accidẽte. Tertius modus est secundum diuisionem entis actum in potentiam. Si enim accipiamus secundum potentiam, sic materia est priùs forma, & dimidium rei re, & pars toto. Sed ſi accipiamus secundum actũ, econuerso est, quia forma priùs est materia, & totum dimidio, & parte: partes enim non incipiunt esse actu, nisi per resolutionẽ totiº. Arist aũt in libro prædicamentorum ponit alium modum prioris, ut quando sunt duo cõuertibilia, & unum est causa alterius, ut sit illud, quod est causa alterius est priùs secundum naturã, sicut ueritas rei est causa ueritatis orationis: ab eo enim, q̃ res est uel non est oratio, dr uera uel falsa. Et tñ istæ ueritates conuertuntur, sc3, ueritas rei, & ueritas orationis factæ de re, sed ueritas rei est prior ſm naturam ueritate orationis. Et ita patent modi prioris, & per consequens posteriores omnes, quos ponit Philosophus in libro prędicamentorum, & in 5. metaphysices.

¶ Auguſt. 12 confeſsionum ca 28. videtur aliter modos aſsignare prioris dicens: quòd priùs dicitur aliqd altero quatuor modis. Primò æternitate, & sic Deº est prior omni creatura. Secũdo tempore, & sic flos prior est fructu. Tertiò electione, & sic fructus est prior flore. Quarto origine, & sic est prior ſonus cantu, & materia prima rebus ex materia, & forma cõpoſitis. Qui modi quamuis primus, & tertius uideantur differre ab omni modo posito ab Ariſt. tñ non est ita, quia ad aliquem istorũ reducibiles sunt, de quo multũ chrãdũ non est.

¶ Item Ariſt. de hac prioritate facit mentionem in tribus locis, 5 metaphyſicæ, ubi ponit quod dictum est quòd uniuersalia sunt priora cognitione, quantũ ad intellectũ, posteriora uerò in ſensu. Itẽ in primo posteriorũ ubi dicit, q̃ cognitio ſingulariũ ꝓcedit cognitionẽ uniuerſalium, sicut ſenſitiua cognitio præcedit intellectiuam. Item in principio primi phyſicorum ubi ponit, quod cognitio uniuerſalium, est prior cognitione particularium, non ſolum ſm intellectũ, ſed ét in ſenſu, ſicut cognitio confuſa est prior determinata. Et ponit exẽplũ, quòd a remotis priùs cognoſcitur res uiſa esse ens, postea depræhenditur per approximationem esse animal postea hõ, postea, & ultimo Socrates. Et pueri a principio omnes uiros uocant patres, ſed finaliter ſolum patrem ſuum. Ad horũ ergo ſolutionẽ intelligendũ est, q̃ qñ loquimur de cognitione taliũ uniuerſaliũ & ſingularium, ſecundum ſenſitiuam, & intellectiuam cognitionem poſſumus loqui tripliciter. Vno modo comparando cognitionem ſenſitiuam ad intellectiuã, & ſic ſenſitiua cognitio præcedit ſemper cognitionẽ intellectiuã, & cum ſenſus non ſit directè appræhenſiuus niſi ſingularium, quia non cognoſcit niſi hoc, & nunc. Intellectus autẽ ecõtra, & directè est cognoſcitiuus uniuerſalium, ut patet tertio de anima. Sequitur ex hoc, q̃ cum cognitio ſenſitiua ſit prior intellectiua, quòd cognitio particularium ſit prior cognitione uniuerſaliũ, prout hæ duæ cognitiones ad inuicẽ cõparantur, & ſic accipit Philoſo. primo poſteriorum. Vnde & ibidem dicit Philoſophus, quòd deficiente ſenſu neceſſe eſt deficere ſcientiam, quæ eſt ſecundũ illũ ſenſum, & iõ ét in ſenſu illo intelligit dictum ibidẽ, q̃ uniuerſalia ſunt magis nota ſimpliciter, & ſingularia quo ad nos. Secundo modo poteſt fieri cõparatio iſtarũ cognitionũ, nõ quidẽ ſenſitiuè ad intellectiuam, ſed uniº intellectiuę ad aliam intellectiuã, ſecũdum, q̃ in eadem potẽtia eſt proceſſus de imperfecta cognitione ad pfectam. Et ſic cum ubiq; in cognitione ſit proceſſus de imperfecto ad perfectũ, cognitio autem in uniuerſali, & in communi ſit imperfecta: in particulari autem etſi diſtincta cognitio ſit perfecta, & determinata, tam in ſenſitiua, quàm in intellectiua cognitione, magis, uniuerſale eſt priùs cognitione. Et hoc patet in ſenſu, & ſecũdũ locũ, & ſecũdũ tẽpus. Scdm locum, qa priùs appræhendimus aliquã rẽ a remotis eſſe corpus, q̃ animal & animal, quàm hominẽ, & hominẽ, quàm Socratem. Idem eſt ſm tempus, quia puer a principio priùs diſtinguit hominem a non homine, quàm hunc hominem ab hoc homine, unde pueri a principio uocant omnes uiros patres: poſtremo autem ſe determinant ad unũquodq;. Et eodem modo magis cõe prius eſt cognitione intellectu ſicut in ſenſu. Et ſic loquitur. Ariſt primo phyſi. Et iſto modo dicit ibidem, quod ma-

gis

gis ꝓfusa,& magis uniuersalia sunt notiora nobis, sed quo ad naturā distincta sunt notiora,ꝙ illa q̄ plus habent de entitate plus habent de cognoscibilitate, talia autem sunt magis determinata. Cum autem dico q̄d sensitiua cognitione apprænhenduntur priùs vniuersalia,quàm particularia,sanè intelligendum est,quòd ibi uniuersale nō accipitur ꝑ abstractionē, sed ibi sumtur pro magis cōmuni,& pro magis confuso: particulare autem pro magis determinato. Tertio mō pōt fieri cōparatio istarum cognitionū in eadē potētia, non ſm rationem perfecti,& imperfecti, sed ſm rationē obiecti directi & indirecti. Et sic sensus per se, & directè habet pro obiecto singulare,& particulare, indirecte aūt, & multū per accidens apprænhendit vniuersale. Inquantū enim cognoscit hunc hominē, cognoscit hominē ꝙ de hoc homine,puta de Socrate prædicatur. Intellectus autem habet pro obiecto uniuersale per abstractionē directè,& per se. Indirectè autem, & per lineam reflexam cognoscit particulare,ut patet,3. de anima. Cū igitur quælibet potentia priùs feratur naturaliter in id quod est suum obiectum directè, posterius autem in obiectum indirectum,obiectum autem sensus sit particulare directè,indirectè autem uniuersale,sequitur,ꝙ priùs realiter cognoscitur a sensu particulare, posteriꝰ uniuersale. In intellectu autem econuerso, priùs est notum uniuersale,quàm particulare. Et isto modo dictū est supra de prioritate cognitionis diuersa in intellectu & in sensu respectu uniuersalis,& particularis,& sic naturaliter quo ad nos & in sensu priora sunt cognitione,singularia uniuersalia autem posteriora. Intellectu autem econuerso,& isto mō loquitur Philo. 5.meta Ex prædictis ergo potest patere qualiter sunt uniuersalia priora uel posteriora cognitione particularibus, & particularia uniuersalibus,tam in cognitione sensitiua quàm intellectiua.

¶ Simul dicitur per oppositum ad priùs,& posteriꝰ, & ideo non oportet aliquos modos simultatis, assignare, nisi quòd quot modis dicuntur aliqua priùs,& posteriùs,tot modis per oppositū aliqua dicunt simul. Ponamus tñ tres modos,quot ponit Arist.in p̄dica. Quorū primus est, quod illa dicunt esse simul,quorū generatio,& conseruatio est in eodē,& inequali tpe,& hoc modo subiectū,& propria passio sunt simul Sed's modus est,ꝙ illa dicuntur esse simul quæcūq; conuertunt ſm essendi cōsequentiā, ita tñ ꝙ unū nō est causa alterius ut sit,& hoc mō relatiua sunt simul natura, quia naturali intelligētia intelliguntur, & conuertuntur ad inuicem,& neutrum est causa alterius. ut sit,inquantū relatiuum,licet ſm illud, in quo fundatur respectus,unū possit esse causa alterius, ut patet de patre, qui est causa filii. Tertio dicuntur esse simul, quæcūq; spēs ex opposito dicūt sub eodē gñe uel etiā diuidūt aliq̄d genus, & sic duæ oppositæ differentiæ diuisiuæ unius generis & duæ species cōstitutiuæ ꝑ eas dicūt simul esse.

¶ Tria sunt nomina quibus importatur ordo uel habitudo causalitatis.sc3 principium,quo importatur ordo,causa,& elemētū, ꝙbus importatur habitudo causalitatis. Quæ sic differunt,quòd omne elementum est causa,& principium, & omnis causa est principium, sed non econuerso,quia non omne principium est causa uel elementū,nec oīs causa est elementū. Ex quo patet,ꝙ principiū est magis cōe,q̄ causa,& causa,q̄ elemētū. Principiū igit importat ordinē quēdā,sed vltra hoc cā importat influxum ad esse causati, quod non est de rōne principij,& ideo patet,ꝙ communius est nomen principij,q̄ causæ. Vñ in diuinis est principiū respectu diuinarum personarum, vt pater est principium filij, & pater,& filius sunt principium spiritussancti. Non autem accipitur hic nomen causæ vel effectus,vnde pater non est causa filij,nec pater,& filius sunt causa spiritussancti. Vnde patet,ꝙ principium est communius, q̄ causa,& ꝙ cōmuniora cognitione præcedunt primo causa,& ꝙ cōmuniora cognitione præcedunt primo de principio,scdo de cā, tertio de elemento dicēdū est.

¶ Nomen principij importat ordinē, ordo verò est nobis manifestior in motu locali vbi est priùs,& posterius,& ſm locum,& ſm tps,magis, q̄ in quacunq; alia re eo,ꝙ motus iste est manifestior sensui: ſm aūt,ꝙ res sunt nobis magis notæ,secundum hoc a nobis nominātur. Et ideo,quia hoc nomen principium ordinem quēdam importat,ordo autem est nobis notior in his, quę circa motum localem sunt,& ideo hoc nōmen principium ſm sui rationem positum est ad illud, quod est primum in his,quæ recipiunt motum localem. Circa autem motum localem occurunt tria, scilicet. magnitudo,super quam transit motus, secundò ipse motus, tertiò tempus mensurans motum. Hæc autem tria habent se per ordinem,vt patet 4 physicorum. Nam ſm ordinem prioris,& posterioris in magnitudine, accipitur priùs,& posteriùs in motu,& secundum priùs, & posteriùs in motu,est priùs,& posteriùs in tpe. Istis suppositis potest patere faciliter quot modis dr̄ principiū, quia ratio principij primò,& ſm propriam significationem inuenitur in his, quæ respiciunt motum localē. Secundò in aliis ex ordine ibi considerato. Quantum ad primum inuenitur ratio principij triplicit̄er. Primò enim dr̄ principium de principio alicuius magnitudinis, a qua incipit motus sicut ſi nauta moueatur in maria prora in puppim,erit prora principiū & pupis terminus. Et quia ad priùs,& posteriùs in magnitudine sequitur prioritas,& posterioritas motus,ideo etiam inuenitur principium in motu,& in tempore, vnde ponimus principium magnitudinis,vt in naui,& principiū motus,sicut ſi aliquis incipiat currere, & principiū tēporis ſ. quando primò cursus incipit esse. Aliquando autem est principium motus a principio magnitudinis,aliquando non,sed a magis oportuno,vt patet. 5. metaph.in exemplo posito in disciplinis. Non enim incipit aliquando aliquis addiscere ab eo, quod principium simpliciter, & secundum naturam, sed ab eo, quod est magis oportunum,& magis facilè ad discendum, vnde etiam in motibus humanis non incipit ſem per motus in principio viæ, sed aliquando a medio. Ex eodem etiam est,ꝙ in illis motibus,qui sunt supra circulares magnitudines non habentes principium accipitur aliquod principium a quo oportunè mouetur mobile secundum suam naturam sicut in motu corporum cœlestium principium motus ponimus in oriente. Ex quo patet quomodo inuenitur princ.pium,& ratio principii dici,& in magnitudine,& in motu, & in tempore. Ex ordine autem considerato in motu locali,inuenitur etiam principij nomen dictum in fieri, & in generatione rerum,& hoc dupliciter. Vno modo,vt dicatur principium aliquid inexistens,& intrinsecum. Alio modo non inexistens,& extrinsecum. Primò modo dr̄ principium rei pars illa,quæ generatur. quantū ad naturalia. vel quæ primo fit quantum ad artificialia, & sic in naturalibus, & in animalibus principium est cor,quia primo generatur,in artificialibus sicut in naui carina,in domo fundamentum,& sic de aliis, & in omnibus istis illud principium est inexistens. Alio mō in naturalibꝰ dr̄ principiū rei vñ incip trei generatio, quantū ad naturalia,vel factio quātum ad artificialia, vel actio quātum ad mobilia. Et hoc habet, quod in naturalibus quidem respectu generationis substātiarum pater, & mater dicuntur principium pueri. Et illud vnde incipit alteratio dicitur principium alterationis,& conuitium commouens animos dicitur principium belli. In moralibus etiam illud dr̄ principium ex cuius

cuius uoluntate cætera mouentur. Et inde dicti sunt principatus in ciuitatibus uel in ciuilibus. In artificialibus etiam illud dicitur principium,quod est principiū artificiatorum,hoc autē est ars mechanica. Inter quas etiā q̄dā dicunt architectoricæ.i.principales, & sūt hæ quæ habent aliis imperare, sicut nauifactiua lignorum Vel dolatiuę. Vlteriùs autē quia ad similitudinem ordinis, qui in motibus exterioribus appareret considerā tur quidam ordo in cognitione rerum, & præcipue secundum quod intellectus noster secundum quandam similitudinem motus habere discurrere de principiis ad cocluſiones. Ideo alio modo dicitur principium unde res primo innotescit. Et sic utitur nomine principii philo.in libro posteriorum ponēs aliqua principia demonstrationum. Et quia omnis causa est principium licet non econuerso, ut priùs dictum est, tot modis dicitur principium quot modis dicitur causa,de qua immediatè sequitur.

¶ Causarum quatuor sunt genere efficiens,ut in naturalibus pater est causa filii: & in artificialibꝰ faber est causa cultelli:in ciuilibus cōsiliator est cā pacis. Materialis,ut elementa sunt materia mixtorū,& lapides materia domus. Formalis, ut aīa rationalis est forma corporis: & talis compositio uel figura domus est forma eius. Finalis,ut lucrum est finis mercationis,& beatitudo hoīs, & inhabitatio est causa finalis ipsius domus.

¶ Omnis causa efficins q̄uis sit agens naturale, uel a proposito tamē Auicen. ponit circa hæc quatuor modos causæ efficientis. Est.n. causa efficiens, perficiens, disponens, coadiuuās,& consilians. Causa aūt efficiēs perficiens dicitur, quæ ultimam rei perfectionē causat sicut illa,quæ inducit formam materialē rebus materialibus,uel artificialem in artificialibus,ut ædificator domus dum illam perficit. Disponens autem dicitur,quæ non inducit ultimam formam sed aptat materiam ūm ad formam,sicut in artificialibus ille,qui dolat,ligna,& lapides dicitur causa efficiens domus disponens tantū quia non propriè dicitur causa efficiens, quia illud q̄d ipse facit non est domus nisi in potētia, a ꝓpinquabit aūt tāto amplius ad rationem causæ efficiētis, quanto faciet dispositionem magis necessariam ad formam. Et ideo illud,quod ultimā dispositionē necessariā causat formam non inducit, sicut homo generans respectu formæ intellectiuæ,quæ est ab extrinseco magis ap propinquat inter omnes causas disponentes ad rationē causæ efficientis, Adiuuans autem dr̄ inquantū cooperatur ad principalem effectum. Sed in hoc differt a principali agente, quia agens principale agit ad finem proprium,adiuuans autem ad finem alienum, sicut ad iuuās regē in bello opaī nō ad finē propriū, sed regis: & hæc est cōditio oīs causæ secūdariæ ad primā, nā cā secūdaria ꝓpter finē primæ opaī in omnibus agentibꝰ ordinariis, sicut militaris propter finem rei ciuilis. Consilians autem dicitur ab agente principali inquantum agens dat ei finem, & formam agendi, & hæc est conditio primi agentis per intellectum, quod est Deus ad aliud agens secundarium, siue sit agens naturale, siue per intellectum. Nam primum agens intellectuale in omnibus dat finem, & formam agendi secundo agenti cniuscunq; , sicut nauifactor dolatori lignorum & gubernator factori nauis, & primus intellectus toti naturæ. Propter quod dicunt doctores, quòd opus naturæ est opus intelligentiæ. Ad hoc autem genus causæ reducitur omne agens,quod facit esse aliquid quocūq; modo,non solum secundum esse substantiale, sed etiā secundum esse accidentale.

¶ Quantum autem ad genus causæ materialis sciendum,quòd siue accipiatur materia in rebus naturalib. siue artificialibus siue aliis quibuscūq; respectu totius dicitur materia duplex. Vna, quæ dicitur propinqua alia remota. Verbi gratia, materia ꝓpinqua syllogismi sunt propositiones, sed remota sunt termini uel dictiones,remotiores sunt syllabæ,remotissimæ sūt literæ. Et sicut hic, ita & in naturalibus ut materia propinqua in hoīe sunt carnes & ossa remota ipsa elementa, remotior est materia prima, & ita etiam in artificialibus.

¶ Quantum ad gegus cānsæ formalis sciendū,quòd duplex est forma rei Quædam extrinseca, & hæc uocatur forma exemplaris, sicut liber exēplaris,a quo scribitur dicitur forma exemplaris scripturæ ad quā inspiciendo scriptor operatur. Et isto modo per modū formę exemplaris Deus dicitur forma omnium rerū, unde cātamus: Effectiua uel formalis cā Deus, & finalis, sed nunquam materialis. Alia forma est intrinseca inhærens. Et hoc dupliciter,quia uel substantialis, ut anima rationalis in homine,uel accidentalis,ut albedo Circa quod sciendū est,quòd quando una res simpliciter in actu est materia alicuius,sicut argētū phyalæ,& tūc forma correspondens tali materiæ a philosopho uocatur quandoq; species, ut patet quinto metaphysicę. Quandoq; autem plures res simpliciter ad inuicem adunatæ sunt materię alicuius rei. Quod quidem contingit tripliciter: quandoq; enim diuersæ res coniunguntur,& adunantur secundum ordinem tantum,sicut homines in exercitu,uel domus in ciuitate,& sic pro forma respondet totum, quod designatur nomine exercitus uel ciuitatis. Quandoq; autem non solum adunantur ordine,sed contractu,& colligatione, sicut apparet in parietibus domus,& sic respondet pro forma ipsa compositio. Quandoq; autem super addit ipsa compositio alterationem componentium,quod cōtingit in mixtione,& tunc forma est ipsa mixtio quædam quæ tamen non est species compositionis. Et qa a forma res habet esse & quidditatem & totalitatē quidditatis,iterum quidditas importatur per definitionē. Iō quicquid causat esse uocatur forma a Philosop & ultrius etiam ipsa definitio dicitur forma, non obstante, quòd in rebus cōpositis ex materia & forma, definitio utrunq; contineat. Reliqua de materia & forma, dicta sunt supra,ubi agitur de pertinentibus ad prędicamentum substantiæ.

¶ Quantū autem ad genus causę finalis, sciendum quòd nihil prohibet plures fines esse intentos,licet nō eodem modo aliquo agente,ut medicus intendit sanitatem tanquam fiuem principalem, & attenuationem corporis tanquam appropinquissimam sanitati,& purgationem per quam acquiritur attenuatio. Et sicut est in istis, ita & in aliis. Isti autem fines sunt subordinati, & dicuntur fines sub fine sicut attenuatio est sub sanitate,& purgatio sub attenuatione, & sanitate; talis enim attenuatio intenditur qualis congruit sanitati,& talis purgatio qualis congruit attenuationi, & sanitati. Finis autem semper habet rationem boni uel simpliciter, uel saltem apparens bonum, unde nullus ad malum inspiciens operatur, ut dicit Dyonisius ulteriùs autem sciendum, quòd quamuis finis sit in quibusdam ultimus in esse, tamen semper est prior intentione,& causalitate,unde dicitur causa causarum, est enim causa causalitatis in omnibus aliis. Est enim causa causalitatis efficientis, efficiens, autem materiæ, & formæ inquantum facit materiam esse susceptiuam formæ,uel formam in esse materiæ, & per consequens est causa causalitatis utriusq; , Et de hac causalitate statim magis dicetur.

¶ Si quæratur qūo se habent hæ quatuor causæ ad effectum,dicendum est, quòd duæ sunt extra essentiā rei,& ideo extrinsecę dicuntur,scilicet causa efficiēs & finalis, Non.n. sunt essentiales rei, sicut domificator

& inhabitator non ſunt de ſubſtantia domus. Quod patet, quia non exiſtente utroq; poteſt domus remanere. Aliæ aũt duæ ſ. cauſa materialis & formalis, non accipiendo formalem extra rem, ſed inexiſtentem, ſunt de ſubſtantia rei, & inexiſtentes uel intrinſecæ dicuntur, ut anima, & corpus ſunt de ſubſtantia hominis, & eius eſſentia.

¶ Item ſi quæratur cũ ſe habent iſtæ quatuor cauſę ad inuicem, ſciendum, quòd duæ, & duæ ſibi mutuò correſpondent. Nam efficiens, & finis ſibi inuicẽ correſpondent: quia efficiens eſt principium motus, & finis eſt terminus. Et ſimiliter forma, & materia: nã forma dat eſſe materiæ, & materia ipſum eſſe recipit. Eſt igit efficiens cauſa finis, & finis cauſa efficientis. Efficiens autẽ eſt cauſa quantum ad eſſe in quibuſdam, quia mouendo efficiens perducit ad hoc: quod ſit finis. Finis autem eſt cauſa, non quantum ad eſſe, ſed quantum ad rationem cauſalitatis. Nam efficiens eſt cauſa inquantum agit: non autem agit niſi cauſa finis, unde ex fine habet ſuam cauſalitatem efficiens. Forma autem, & materia ſibi mutuò ſunt cauſæ quantum ad eſſe. Forma quidem materiæ inquantum dat ei eſſe actu. Materia verò formæ inquantũ ſuſtẽtat ipſã. Dico aũt utramq; harum ſibi eſſe cauſa eſſendi uel ſimpliciter uel ſecundum quid, quod dico propter formam ſubſtantialem, quæ dat eſſe ſimpliciter, & formam accidentalem, quæ dat eſſe ſecundum quid prout forma eſt. Materia etiam quandoq; non ſuſtentat formam ſecundum eſſe ſimpliciter eſt ſed ſecundum, quod forma huius habens eſſe in hoc, & hoc ſolum eſt inhumano corpore, quod iſto modo ſe habet ad animam rationalem. Inter has aũt finis eſt cauſa cauſarum, ut priùs dictũ eſt.

¶ Sunt autem in genere cauſarum iſtarum quatuor modi. Primus eſt, quod quędã cauſæ ſunt priores, quædam poſteriores. Priores dicuntur primarię uel uniuerſales. Poſteriores dicuntur ſecundariæ, & particulares. Et hic prioritas, poteſt attendi ſecundum rem, & ſecundum rationem. Verbi gratia, primò in cauſis efficientibus ubi eſt prioritas realis, homo generat hominem, & ſol, ſed ſol ut cauſa prior, & primaria, & uniuerſalis, licet remota, homo ut cauſa poſterior, & ſecundaria, & particularis, ſed propinqua. In cauſis efficientibus, & differentibus ſolum ratione eſt etiam prioritas ſm rationem, & poſterioritas, ut medicus cauſat ſanitatẽ ſicut cauſa poſterior, & proxima, ſed artifex cum ſit uniuerſalius ſicut prima, & remota. Et quod dictum eſt de prioritate, & poſterioritate in genere cauſæ efficientis, intelligendum etiam eſt in genere cauſæ finalis formalis materialis. Secundus modus cauſarum eſt, quia quædam ſunt cauſæ per ſe, quædam per accidens. Per ſe, ut homo eſt cauſa agens per ſe hominis generati. Per accidens, ut album eſt cauſa per accidens hominis generati, inquantum albedo accidit generanti. Eſt autem ſciendum quantum ad cauſam per accidens, quòd aliquid poteſt dici cauſa alterius per accidens dupliciter. Vno modo ex parte cauſæ, quia ſcilicet illud, quod accidit cauſæ dicitur eſſe cauſa, ut ſi dicerem, quòd album eſt cauſa domus, quia albedo accidit domificatori. Alio modo ex parte effectus, ut ſi dicatur cauſa per accidens alicuius, quod accidit ei, quod eſt effectus per ſe. Quod quidem poſſit eſſe tripliciter, uno modo, qa habet ordinem neceſſarium ad effectũ per ſe, ſicut remotio impedimenti habet ordinẽ neceſſarium ad effectum. Vnde remotio prohibẽs dicit cauſa per accidens, ſiue illud prohibens ſit contrariũ, ſicut colera pro hibet frigiditatem. Vnde aliquid dr in frigidare per accidens, non quia cauſat frigiditatem, ſed qa tollit impedimẽtum frigiditatis, quod eſt ei contrariũ, ſc3 coleram, ſiue etiam non ſit contrarium, ſicut colũna impedit motum lapidis, unde mouens columnã dr mouere lapidem ſuperpoſitum per accidens, ſicut remouens prohibens. Secũdo modo habet aliquid ad effectum ordinem per accidens nõ neceſſarium, neq; ut in pluribus, ſed ut in paucioribus, ſicut inuentio thezauri ad foſſionem in terra, & hoc modo fortuna, & caſus, de quibus philoſophus determinat in 2 phyſi. dicuntur cauſæ per accidens Tertio modo, quia nullum ordinem habet niſi forte ſecundum æſtimationẽ, ſicut ſi aliquis dicat, ſe eſſe cauſam terræmotus, quia eo intrante domũ accidit terremotus. Tertius modus cauſarum eſt, quòd quædam ſunt cauſæ in actu, quædam in potentia, ut edificationis cauſa in actu eſt edificans in actu. In potentia autem edificator actu non operãs, & idem eſt de effectu, quia quidã eſt effectus in potentia, quidã in actu. Quartus modus cauſarum eſt, quia quædam ſunt ſimplices, ſicut qñ unica cauſa agens concurrit ad unum effectum, ut unus trahens nauem ad tractum nauis, quædam ſunt compoſitæ, ut quando ſunt plures trahentes ad tractum nauis.

¶ Elementum cauſalitatem importat. Et habet quatuor cõditiones, quæ colligi poſſunt ex definitione data per philoſop. 5. metaphyſicæ. Prima conditio eſt. ut ſit cauſa, ex qua fiet aliquid, & per hoc pertinet ad genus cauſæ materialis. Et ideo forma alicuius nõ põt dici elementũ. Secunda eſt, quòd ſit primum in illo genere, & iõ farina nõ põt dici elementum panis, qa habet aliã materiam in ſe, ſc3 granũ. Tertia eſt, quòd iſta materia ſit inexiſtens, & intrinſeca, per quod differt elemẽtum ab omni eo, ex quo fit aliquid, ſicut ex materia trãſeunte, ſiue ſit priuatio, ſiue contrarium, ſiue materia priuationi, & contrarietati ſubiecta, quę eſt materia trãſiens, ut cum dicimus, qp hõ muſicus fit ex hoie nõ muſico, & muſicum ex non muſico. Elementa enim oportet manere in his quorũ ſunt elementa. Quarta eſt, qp habeant aliquam ſpeciem, quæ nõ diuidatur in alias duas diuerſas, per quod elementum differt a materia prima, quæ nullam ſpeciem habet, & ab omnib⁹ materiis aliis quæ in diuerſas ſpecies reſolui poſſunt, ſicut corp⁹ humanum in carnes, oſſa, humores, & huiuſmodi. Iuxta hæc quatuor, definit philoſophus quinto metaphyſicę elementum dicens. Elementum eſt, ex quo aliquid cõponitur quantum ad primum. Primò, quantum ad ſecundum. In exiſtente quantum ad tertium. Indiuiſibile ſpecie ad aliam ſpeciem, quantum ad quartum. Et hæ quatuor conditiones concurrunt in literis reſpectu dictionum, & in quatuor corporibus ſimplicibus reſpectu corporum mixtorum. Ideo dicimus literas eſſe elemẽta uocum, & quatuor corpora ſimplicia. ſ. aquam, ignem, aerem, & terram, eſſe elementa mixtorum, & compoſitorum ex his.

¶ Neceſſarium uel neceſſitas ſignificat aliquid pertinens ad rationẽ cauſæ, eſt enim cauſa, ad quam de neceſſitate ſequitur aliqd: itaq; de neceſſario, & de neceſſitate hic aliquid dicendum eſt. Cauſarum autem ut dicti eſt aliæ ſunt intrinſecæ, ut forma, & materia, & ab iſtis ſumitur quædã neceſſitas, quę dicitur immutabilitas, aliæ ſunt extrinſecæ, ut agens, & finis. Ab agente ſumitur neceſſitas coactionis uel uiolentiæ, & a fine ſumitur neceſſitas, quæ dr ex ſuppoſitione finis, & expedientiæ. Et ſm hoc patet, quòd triplex eſt neceſſitas, ſ. coactionis, & uiolentiæ, quod pertinet ad cauſam efficientem, ut cum lapis proicitur ſurſum, mouetur ſurſum neceſſitate coactionis, & uiolentiæ. Et hæc neceſſitas nullo modo poteſt eſſe in Deo, quia a nullo poteſt cogi uel uiolentari: poteſt tamen eſſe in reb⁹ aliis creatis, ut in dęmonibus, in hominibus, in lapidibus: ſed differenter, quia in cognitionem habentibus talis neceſſitas uiolentiæ, & coactionis eſt cum diſpli-

cen-

cẽtia, & iõ ibi vocat magis coactio: ſed in carentibus cognitione eſt ſimiliter diſplicentia, ſed ibi magis propriè violentia, q̃ coactio vocat. Alia, eſt neceſſitas, q̃ ſumit ex fine, & hoc dupliciter. Eſt enim quædam neceſſitas ex ſuppoſitione finis, ſine quo fine ſuppoſito non poteſt res ſubſiſtere, vt animal non poteſt viuere ſine cibo. Eſt alia neceſſitas ex parte finis, quæ dr expedientiæ, ſicut ſuppoſito iſto fine, quod volo tranſire ad Rodanum, expedientiùs eſt tranſire nauigando, q̃ vadendo, & ideo neceſſitate expedientiæ eſt nauis neceſſaria. Et hæc neceſſitas ex fine non eſt in Deo quantum ad actus intrinſecos, nec quantum ad actus tranſeuntes, quia non ordinantur ad alium finem, q̃ nõ ſit ipſe, ſed hæc neceſſitas bene reperitur in creaturis. Tertia neceſſitas eſt immutabilitas, quæ ſumit ex cauſis intrinſecis ſiue ex forma, & materia, & ſic hõ ex parte formæ eſt neceſſariò rationalis, ex parte materiæ neceſſariò eſt mortalis, & hæc neceſſitas eſt immutabilitatis, & eſt in Deo quantum ad actus intrinſecos, & immanentes, vt pater generat filium, & pater, & filius ſpirant ſpm̃ſctm. Quantum aũt ad actus tranſeuntes in exteriorẽ materiam, non eſt in Deo talis neceſſitas. Vñ non de neceſſitate Deus mũdũ creauit, aut gubernat, ſed mera volũtate, & libertate. Et ſic pater, quòd neceſſariũ, & neceſſitas dicunt quadrupliciter, & quomõ reperiuntur in Deo, & creaturis, & quomodo non. Et hæc diſtinctio poteſt ſumi ex. 5. metaphyſicæ.

¶ Et quia contigens opponitur neceſſariò, de contingenti dicendum eſt, quid vocamus contingens, & futurũ contingẽs, & quot ſunt modi futuri contingentis. Circa, quod ſciendũ eſt, qp antequã res ſit in actu ſcđm eſſe ſuæ eſſentiæ, & exiſtẽtiæ, ſolũ hẽt eſſe in cauſis ſuis, & dicitur futura. Cauſarũ aũt inuenitur triplex gradus, quædũ enim ſunt neceſſariæ in ſe, & in ordine ad effectũ, ſicut eſt motus cœli in comparatione ad eclypſes, & effectus, qui ex motu orbium neceſſariò eueniunt, & effectus præexiſtentes in cauſis ſunt quoddam futurum, ſed non contingens imò futuri neceſſarij. Aliæ ſunt cauſæ, quę non ſunt neceſſarię ſaltem per comparationem ad effectus, vt eos neceſſariò producant, imò poſſunt non producere eos, & effectus præexiſtentes in talibus cauſis ſunt quidam futuri, & contingentes. Et horum eſt triplex differentia, quia quædã cauſæ contingentes determinatæ ſunt ad producendum ſuos effectus, vt frequenter, nec deficiunt niſi rarò, vt quia homo generet cũ quinq; digitis ſolũ, hoc em̃ euenit, vt pluribus, rarò aũt euenit, vt generetur cũ pluribus, vel paucioribus quàm quinq. Effectus ergo talũ cauſarũ dũ præexiſtunt in cauſis ſuis ſunt futuri, & cõtingentes Sed quidem eorum ſunt contingentes frequenter, quidã verò rarò. Aliæ verò ſunt cauſæ, q̃ de ſe nullam habent determinationem ad hunc effectũ producendũ, ſed per differẽtiã ſe habent ad vtrunq;, ſicut eſt liberum arbitrium, vt Socrates põt currere, vel nõ currere. Et effectus præexiſtentes in talibus cauſis ſunt futuri contingentes ad vtrumlibet. Sunt ergo in vniuerſo futura contingentia quædam frequenter, quędã rarò, quędam ad vtrumlibet. Patet ergo etiã quod cõtingens ad vtrumlibet nunquam dr per cõparationẽ ad cauſam contingentẽ ex neceſſitate naturæ. Ita em̃ ſemper determinata eſt ad vnũ niſi impediatur, quod ſit, vt rarò. Sed dr per comparationem ad cauſam agẽtem liberè, quæ poteſt agere, vel non agere, quæ vt ſic nunquam aliquid producit neceſſariò cum ſit aliqua liter indifferens ad oppoſita propter qp qua ratione vnum produceret, & alterum.

¶ Ex, & de, differunt, ſi vtamur eis propriè, ſicut magis commune, & minus commune, quicquid eſt enim de aliquo eſt ex illo, ſed non econuerſo: poteſt enim aliquid eſſe ex aliquo alio, & nõ erit de illo. Vñ hæc præpoſitio de, deſignat habitudinẽ principij conſubſtantialis, vt materialis principij, vel effectui conſubſtãtialis, vt panis eſt, de farina, & cultellus eſt de ferro, q̃tũ ad principiũ cõſubſtãtiale materiale, & filius generat de patre ſicut de principio cõicatiuo generationis, quantum ad principium materiale, & eſt de patre generante ſicut de principio effectiuo conſubſtantiali. Sed ex qñq; denotat principium conſubſtantiale, qñque, nec principium conſubſtãtiale, nec abſolutè principium, ſed ſolum ordinem, vt patebit ſtatim. Et ideo ſm propriam acceptionem, & ſtrictam cuiuslibet vnũ ſe habet in plùs, ſcilicet ex, & aliud in minus, ſcilicet de, licet aliquando larga extenſione vno pro altero loquentes vtamur.

¶ Ex aliquo, vel eſſe, vel fieri dr ſex modis. Aliqñ em̃ ex aliquo dr eſſe aliquid ſicut ex materia, & tunc denotat habitudinẽ cauſæ materialis, vt cultellus eſt ex ferro. Aliqñ ſicut forma, & tunc dr denotare habitudinem cauſæ formalis, & ſic dicimus, quod hõ eſt ex corpore, & aĩa, ſed ex corpore tanquam materia, aĩa, tanq̃ forma. Aliqñ dr aliquid eſſe ex alio ſicut ex cã mouente, vel effectiua, & tunc denotat habitudinẽ cauſæ efficientis, vt bellum eſt ex conuitio, & artificiata ſunt ex artifice. Aliqñ aũt aliquid eſt ex alio, ſicut ſimplex ex cõpoſito, partes ex toto, & tũc ex denotat habitudinẽ totius ad partes, & hoc mõ corpus, & aĩa ſunt ex homine cũ morit, & ſyllabæ ex dictionibus, & literæ ex ſyllabis cũ reſoluuntur. Differt aũt iſte modus a tribus primis: quia in illis tribus eſt aliquid ex alio in via compoſitionis, vel productionis. In illo aũt aliquid ex alio per viam reſolutionis, ſicut totum in partes reſoluitur. Quinto mõ aliquid dr eſſe ex alio ſicut ex fine. Et tunc ex deſignat habitudinem cauſæ finalis, ſicut homo ex hoc commedit, vt viuat. vita enim finis eſt commeſtionis. Hic tamen modus non eſt adeò, vt alij vſitatus, nec proprius. Sextò dicitur aliquid eſſe ex alio non denotando aliquam habitudinem cauſalitatis, ſed ſolum habitudinem ordinis. hoc autem poteſt eſſe dupliciter Aliqñ em̃ importat ordo, vel ſm tps, vel ſm motum, & hoc dupliciter, quia vel ſunt duo extrema motus. Et ſic dicimus, quòd album fit ex nigro, vel cõſequuntur aliqua extrema motus, & ſic dicimus quod nox fit ex die, & nox, & dies conſequuntur diuerſum motũ ſolis. Aliqñ aũt aliquid importat ordo ſm tps ſolũ, & ſic dicimus augmẽtionẽ fieri ex equinoctio, id eſt, poſt equinoctiuum. Et ſic patet, quòd ſex modis in generali aliquid dicitur ex aliquo eſſe affirmatiuè, & poſitiuè. Ad quos ſi alij modi inueniantur non hic expreſſi, reducibilis ſunt ad iſtos, & huiuſmodi. Vel eorum poſſibiles haberi poſſunt ex. 5. meta.

¶ Differt dicere aliquid non eſſe ex aliquo, & aliqd eſſe ex nihilo. Nam cũ dicitur aliquid non eſſe ex aliquo prout ex importat habitudinem cauſæ materialis ordo omnino negatur, & ſic nihil prædicatur, & hoc modo filius Dei in diuinis dicit̃ non eſſe ex aliquo, put ex importat habitudinem cauſæ materialis, non em̃ eſt ex aliqua materia. Hoc etiam poteſt dici de angelis, qui non ſunt ex aliquo, ſed non poteſt dici de aliquo, qui habet materiam partem ſui, ex qua fiat. Cum autem dicitur aliquid eſſe ex nihilo remanet ordo affirmatiuus ad nihilum. Habet autem aliquem ordinem ad nihilum dupliciter, ſcilicet ordinem temporis, & naturæ. Ordinem temporis quidem, quia priùs duratione fuit non eius poſtea ens, & hoc omni rei temporali conuenit, non autem alicui æterno, & ſic ſi angeli, cœlum, & cæteræ creaturæ fuiſſent ab æterno, non potuiſſet dici, quod fuiſſent ex nihilo, prout ex ducebat ordinem tẽporis, ſed quia fides ponit ea non eſ-

ſe

se ab æterno, sed ex tpe, hoc mõ oĩa creata possunt dici ex nihilo. Ordinem aũt naturæ potest aliquod hre ad nihilũ ꝓ tãto, qa totũ suũ esse, & quicquid est ab alio dependẽs, & sibi derelictũ esse non ens, & verteretr in nihil, ita, ꝙ ex parte sui non hꝫ nisi non esse. Et quia qd̃ inest alicui ex seipso naturaliter p̃cedit qd̃ inest ei ab altero. Iõ posito, ꝙ angeli, celũ, & cæterę creaturę, essent ab æterno, fuisset verũ dicere, ꝙ erãt ex nihilo. qa ex ibi denotaret ordinẽ naturæ ad nihilũ. Hoc aũt verũ est, & fuisset, qd̃ oĩs creatura ex se nõ habet nisi nõ esse, & sibi derelictũ, suũ eẽ eẽt nihil. Cũ igit creaturæ oẽs non sunt ab æterno, vt fides ponit, hẽnt initiũ, q̃tũ ad id, qd̃ sunt ab alio. s. a Deo dependent oẽs creaturæ vtroq; mõ sunt ex nihilo. Filius aũt in diuinis, & spũssctus cũ sint ab æterno, & coæterni, nec habeant ordinem naturæ ad nihilũ, nullo mõ possent dici esse ex nihilo, licet possent dici non esse ex aliquo, vt ex denotat habitudinem causæ materialis.

¶De p̃positione vti possumus tripliciter. Vno mõ ꝓ priè, strictè. Alio mõ largè. Si strictè, sic ꝙ denotat habitudinẽ principij consubstantialis, vel effectiui, vel materialis, vt cultellus est de ferro, q̃tũ ad principiũ consubstantiale materiale, vel filius est de patre quam tũ ad subst̃ciale principiũ effectiuũ. Et q̃uis ẽt hęc sint verba doctoris sancti primo sententiarũ. di. 5. tũ in prima parte summæ dicit, quod, qnq; denotat principiũ formale in his duntaxat, q̃ sunt formæ subsistentes, & sic dicimus, qd̃ angelus est de natura intellectuali. Si aũt vtamur largè hac p̃positione de sic aliqñ vtimur purè originaliter, & designat habitudinẽ originis, vt hic radius est de sole. Aliqñ vtimur purè ordinabiliter, & tunc denotat habitudinẽ ordinis, vt hic, de mane fit meridies, de diuite fit pauper. Aliqñ mixtim importando habitudinem causæ materialis, & effectiuæ siue originalis, & tunc sumitur materialiter, & originaliter, vt hic in humanis, filius est de substantia patris Aliqñ subst̃ntialiter & ordinabiliter, vt hic. de pane fit corpus Christi. Ibi enim est ordo, quia substantia panis præcedit, & non manet, sed vlteriùs substantia panis non annihilatur, sed conuertitur in corpus Christi, & iõ substantialiter, & originaliter. Aliqñ ẽt accipitur substantialiter, & originaliter, vt in diuinis, filius est de substantia patris, ratione ablatiui enim tenetur substantialiter, ratione genitiui originaliter.

¶Octo sunt modi essendi in. Primus modus essendi in, est sicut pars integralis in suo toto, vt digitus in manu, paries in domo. Secundus modus essendi in, est sicut totũ integrale in suis partibus, vt domus in pariete, tecto, & fundamento. Tertius modus essendi in est sicut species in genere, & similiter vnũquodq; inferius in suo superiori. Quantus modus essendi in, est sicut genus in sua specie, vt aĩal in hoie, & quodlibet definiẽs in suo definito. Quintus modus essendi in, est sicut forma in materia. Et iste quintus subditur, quia q̃dam est forma substantialis, vt aĩa est forma substantialis hoĩs. Alia est forma accidentalis, vt albedo hominis. Et prima harum dr̃ propriè in, sicut forma materia, vel anima in corpore. Alia aũt dr̃ esse sicut accidẽs in subiecto, vt albedo in pariete, & color in corpore. Sextus modus essendi in, est sicut aliquod in suo efficiente, vt regnum in regente. Septimus modus essendi in, est sicut aliquid in suo fine, vt virtus in beatitudine. Octauus modus essendi in, est sicut aliquid in vase, vt vinũ in lagena, & vniuersaliter sicut locatum in loco. Hos aũt octo modos essendi in, distinguit Arist. in. 4. physico. Boethius aũt assignat nouem, quia sub diuidit quintũ in duos, vt dictũ est, vñ versus. Insunt pars toti, generi species, calor igni. Rex in regno, res infine, loco q; locatum. Plures alij modi essendi in, inueniuntur sicut in diuinis vna persona est in alia, tamen oẽs aliquo modo reducibiles sunt ad istos.

¶Motus sex sunt species. s. generatio, & corruptio, q̃ ꝓprè reperiuntur in substantia: augmentum, & diminutio, q̃ reperiuntur in genere quantitatis: alteratio, q̃ reperitur in qualitate: ſm locũ mutatio, quæ reperit in genere vbi. Ponitur aũt cõiter istarum mutationũ differentia, qa generatio est via a non esse in esse. Corruptio econuerso est via ab esse ad nõ esse. Augmentũ est præexistenti quantitati additamẽtum, vnde est via ab imp̃fecta q̃titate ad p̃fectã. Diminutio verò ecõuerso, est via a p̃fecta q̃titate ad imperfectã. Alteratio verò ẽ mutatio, ab vna qualitate ĩ aliam. Secũdũ locũ mutatio, est mutatio ab vno loco in aliũ. est aũt intelligendũ, quod Philosophus ibi largè accipit motum. s. pro mutatione, quia generatio propriè non est motus, sed mutatio. Et ideo si ſm proprietatẽ vocabulorum debeat dari hęc diuisio debet sumi, vt sumitur in principio, 5. physicorũ, vbi mutatio, q̃ est genus ad oẽs istas transmutationes sic diuidit, quia oẽ, quod mutatur, vel mutatur de nõ subiecto in subiectũ, & illa mutatio est generatio, q̃ propria est substantiarũ. Vel de subiecto in non subiectũ, & talis mutatio dr̃ corruptio, similiter ꝓpriè est substantiarũ. Quid aũt importetur istis noĩbus, & q̃bus ꝓpriè conueniant, dictũ est supra cũ de productionibus pertinentibus ad genus substantiæ ageret. Vel mutatio de subiecto in subiectũ, & sic est motus, & ita motus est species huius generis, quod est mutatio, & diuisa contra generationẽ, & corruptionẽ. Nulla aũt mutatio est de non subiecto in non subiectũ, vt ibidẽ patet. Hæc aũt spẽs mutationis, s. motꝰ, diuiditur in tres, qa est motus in genere quantitatis, & ille dr̃ augmentum, vt diminutio. Et est motus in genere qualitatis, & dr̃ alteratio. Et in vbi, & dr̃ ſm locum mutatio. Quilibet aũt motus est in eodẽ gn̄e cũ suo termino. Vnde motus ad q̃titatẽ est in genere q̃titatis, & sic de alijs, non tamẽ, ꝙ sit species q̃titatis sed p reductionẽ. Qualiter aũt se habeat motus ad formã, & ad actionẽ, & ad pasſionẽ dictũ est superiùs, cũ de actione, & pasſione fuerit sermo. Ponit aũt esse quinq; de rõne motus in principio. 5. phi q̃ requirunt ad motũ. Primò requirit mouens a quo est principium motus. Secundò requiritur mobile, quod mouetur. Tertiò tps in quo est motus. Quartò terminus a quo incipit motus. Quinto terminus ad quem terminatur motus. Oẽ enim, quod mouetur ab aliquo mouetur, quantum ad primam conditionem, & ipsum est, quod mouetur quantum ad secundam, & in aliquo tempore, quantũ ad tertiam, & a quodam in quoddam mouetur, quantum ad quartam, & quintam. Ex his ergo patet horum prima acceptio, & distinctio.

¶Totalis est sex tuplex secundum ꝙ est totum in sextuplici differentia. Est enim, quoddam totũ essentiale, quoddam totum integrale, quoddam totum perfectionale, vt ita loqui liceat, quoddam totum potestatiuũ siue potẽtiale, qd̃ã totũ velle, & quoddã numerale. Totum essentiale, ꝙ continet plura realiter, constituentia vnam essentiam per modum actus, sicut est compositum ex materia, & forma, vt homo. Totum verò integrale est, quod continet plura constituentia ipsum realiter, non per modum actus, & potentiæ, sed per modum continuationis, vt in toto continuo, vt in ligno, vel per modũ contiguationis, vel colligationis, vt in domo arca, vel lecto. Totum autem perfectionale siue totalitas perfectionis attenditur secundum complementum perfectionis substantię indiuidualis. non enim habet partes realiter diuersas substantiales, & sic dicimus, totus Deus, totus angelus totus punctus. Totum autem potentiale siue po-

potestatiuum est illud, quod habet diuersas potentias realiter diuersas a sua substantia, quæ sunt principia operationis, sicut aĩa habet diuersas potentias, vt visiuã, auditiuã, &c. Totũ aũt velle est, ꝙ continet plures partes subiectiuas sub se actu, vel aptitudine, de quibus p̃dicat, & ista nõ cõstituũt illud totũ sicut vnũ ſm rẽ, sed solũ ſm rõnẽ, & sic totũ velle est genus, vt aĩal, vel spẽs, vt hõ, & hmõi. Totũ verò numerale non est aliud q̃ numerus comprehendens pluralitatẽ aliquorum numeratorum, sicut duodenarius dicit numerũ. xij apostolorum. Hoc aũt nõ ita ꝓpriè habet rõnẽ totius, vt alia. Cuius rõ est, qa totũ cõprehendit plura, vt aliquo mõ sunt vnicũ, vel vnica: numerus aũt dicit plura non vt vnũ, & itẽ numerus verificat de illis, quæ nõ videntur habere aliquam vnitatem. Sic ergo patet, ꝙ sex sunt modi totalitatis, quia verò oẽ totũ est exparstibus, vel rei, vel rationis, quot modis dr̃ totum, tot modis dicunt partes illi toti correspõdẽtes. Toti em̃ essentiali respondent partes essentiales, vt forma, & materia. Toti integrali partes quantitatiuæ. Toti perfectionale partes rationalis. Toti potentiali virtuales, q̃ sunt ipsæ potentiæ, Toti vniuersali partes subiectiuę. Toti numerali partes numeri comprehendentes partes numeratas totius discreti.

¶Omnia tota conueniunt in nomine, & ratione totius, quam ponit philoso. v. metaph. dicens, quòd totũ est, cui nulla partium est cui nulla partium suarum deest, & continet omnes. Differunt autem, quia totalitas perfectionis differt ab omnibus alijs in hoc quod quotlibet totum habet partes realiter differentes. Totus autem perfectionale habet partes sola ratione differentes. Aliquando autem realiter, vt in toto integrali, & ideo hoc vr̃ esse commune ad omnia tota, vnde quodlibet totum in sua natura est totũ p̃fectionale, ꝙ non est aliquod illorũ quinq;. Ista aũt quinq; differũt, qa totũ vniuersale est de essentia cuiuslibet partis, & Prædicatur, de qualibet parte sua subiectiua, vt animal de hoĩe, & alijs speciebus, & indiuiduis sub eo cõtinẽtis, sed nullũ illorũ totorũ est de essentia cuiuslibet partis, nec p̃dicatur de aliqua partiũ suarũ, vt patet discurrendo per singula. Quantum ad totum integrale, malè diceretur, partes est domus, & ita in alijs. Totũ verò essentiale, & numerale differunt à toto integrali, & potestatiuo, quia quælibet pars totius essentialis, & numeralis est de essentia illius totius, sed non quælibet pars totius integralis, vel potestatiui. Non enim potẽtia visiua est de essentia animæ, vel lapis de essentia domus. Totũ aũt essentiale differt à toto numerali, quia in tot essentiali accipitur aliqua pars, vt actus alterius, scilicet forma, & aliqua, vt potentia. s. materia, sed in toto numerali vna pars non est forma alterius, quæ sit eius potentia. Totum autem integrale differt à toto potestatiuo, quia totum integrale dr̃ secundum quantitatem molis, & materiæ: totum autem potestatiuum ſm quantitatem virtutis, & efficatiæ. Et ita patet differentia istorum totalitatum, & conuenientia.

¶Totũ essentiale inuenitur in oĩ eate, in quo est cõpositio formæ, & materiæ, vt in oĩbus corporibus, & non in aliquo ente simplici, & ideo nõ est in Deo, nec in angelo, nec in animali rationali, nec in formis simplicibus quibuscunq;, vt in accidentibus. Totum aũt p̃fectionale est in Deo, angelis, & quibuscunq; habentibus perfectionem ſm naturam sibi determinatam. Et ideo conuenit Deo, & creaturæ substantiæ, & accidenti. Totum autem integrale non est in Deo, vel in angelis, vel formis simplicibus, sed est in habentibus quantitatem molis solum. Totum autem vniuersale non est propriè in Deo licet sibi sit commune, & speciale, sed esse totum vniuersale conuenit substantiæ, & accidenti nõ ſm esse reale, ꝙ habet in re extra, sed ſm esse, quod habet in anima. Totum autem potestatiuum propriè conuenit solum habenti diuersas potentias distinctas, & diuersas secundum rem. Et ideo Deo non conuenit propriè, sed angelis, & hominibus, & generaliter omnibus viuentibus, & cuicunq; habenti diuersitatem potentiarum. Totum autem numerale accipiendo numerum pro numero siue multitudine, quę opponitur vni de transcendentibus est in omnibus entibus distinctis, & ideo talis totalitas potest competere diuinis personis angelis, substantijs omnibus generaliter, & accidẽtibus. Accipiendo autem numerum pro multitudine, quæ opponitur vni, quod est principium numeri, sic tale totum numerale non competit non habentibus quantitatem. Est autem inter doctores quæstio satis difficilis quomodo totum differt à partibus, de qua nihil ad præsens determino, cum sit extra propositum intẽtum, sed hæc de toto, & partibus dicta sufficiant.

¶Sciendũ aũt, ꝙ augeri nihil aliud est, q̃ sumere maiorẽ quantitatẽ, vñ ſm ꝙ aliquid se habet ad quantitatẽ, ita se habet ad augmẽtũ, vñ dictũ ẽ supra, ꝙ augmẽtũ est præexistenti quantitati additamẽtũ. Est aũt duplex quantitas, vna dimensiua, q̃ est quantitas molis, & corporalis, Alia virtutis seu virtualis, & hæc quantitas ex suo genere non est quantitas, nec diuiditur diuisione suæ essentiæ, sicut quantitas dimensiua, sed magnitudo eius attenditur secundum aliquid extra diuisibile, vel multiplicabile, quod est obiectum actus virtutis, & ex genere suo, est forma accidentalis in genere qualitatis, vel forma substantialis. Augmentum igitur respicit quantitatẽ dimẽsiuã, & quantitatẽ virtutis. Sed augmẽtũ quantitatis virtualis, nec respicit, nec pertinet ad speciẽ motus, q̃ augmẽtũ dr̃, sed magis ad, speciem, q̃ dr̃ alteratio, & hoc mõ augeat albedo, & aliæ, qualitates. Quantitas aũt molis, & dimensiua est quorundã per accidens, quorundã per se. Per accidens quidem sicut albedinis, quæ fundatur in quantitate, quia in p̃dicamentis dr̃, quanta fuerit superficies tantã albedinẽ esse dices, & iõ etiam istæ augmentũ prout est species motus diuisa contra alterationẽ, non conuenit nit nisi per accidens quantitatis aũt dimensiua, & molis ꝓ se inuenit in oĩbus corporibus, q̃ ꝓ se augentur. Per se aũt augeat aliqd dupliciter, aliqñ ẽm illud, qd̃ assumit maiorẽ quãtitatẽ, mouet de quãtitate minori in maiorẽ. Aliqñ aũt hoc est sine motu illius, qd̃ augeri dr̃, vñ nõ q̃libet pars eius augetur, sicut quælibet pars mobilis ꝓ se mouet, hoc aũt cõtingit, qñ efficit maior quãtitas p additionẽ alterius extraneæ quãtitatis, sicut qñ addit lignũ ligno, lapides aceruo, & hmõi. Et hoc, q dẽ augmentũ est in talibus, sed nõ motus augmenti. Qñ aũt aliqd mouet de minori quãtitate ad maiorẽ, põt dupliciter ꝓtingere. Vel ita, ꝙ quãtitas sit terminꝰ motus. Vel ita, ꝙ sequat terminũ motus. Qñ igit quantitas p se ẽ totus motus, op3, ꝙ ibi sit additio quantitatis ad totũ, & ad quãlibet partẽ, vt totum augetur, & quælibet pars totius sicut fit in aĩalibus, & in plãtis, & in talibus ꝓpriè est motus aumẽti. Vñ talis motꝰ non est nisi in habẽtibus potentiã augmẽtatiuã, quę sunt viuentia, Cõsequit aũt quãtitas terminum motus qñ motus est ad aliquã formã, quã determinata q̃litas consequit, cuilibet aũt formæ debet quantitatis determinata. quia motus non specificatur nisi ab illo, quod p se est terminus motus, iõ talis motus non dr̃ per se motus augmenti, sed vel generatio si sit forma substantialis, sicut qñ ex aere generatur ignis, vel alteratio qñ est forma accidentalis, sicut patet in rarefactione aeris. Sic ergo patet aliqualiter diuersa diuersimodè augeri dicuntur.

Ex his patet, quòd est differentia inter magis, & minus,

nus, & maius, & minus, quæ est triplex. Prima est, qui propriè loquendo maius, & minus cõuenit p se quantitati dimẽsiue, nõ aũt quantitati virtuali vel alicui qualitati nisi per accidens Magis autem, & minus non conuenit nisi quantitati virtuali, & qualitatibus. Vnde dicimus lapidem minorem, vel minorem, qui habet plùs vel minus de quantitate molis, & non ex hoc dicimus magis, vel minus lapis. Secundò differunt, quia habere se nunc aliter, quàm priùs secundum magis, vel minus vocatur alteratio, sed habere se aliter secundum maius vocatur augmentum: ſm minus autem vocatur, decrementum, vel diminutio. Vnde quando rem dicimus augeri secundum quantitatem, & augeri secũdum qualitatem, vel ipsam qualitatem, aut quantitatem augeri, equiuocè augmentum sumitur sicut, & quantitas, Tertiò differunt, quia se aliter habere in plùs secundum qualitatem, vel quantitatem molis est ipsam qualitatẽ, vel quantitatẽ esse plùs extensam, & in minus est esse minus extensam. Habere autem se aliter ſm qualitatẽ & quantitatem virtutis, vel ipsam etiam qualitatem est esse intensam, in minus aũt esse remissam. Ex quo breuiter patet, quòd maius, & minus per se quantitatem molis, magis autem, & minus quantitatem virtutis siue qualitates respiciunt. Item variatio secundum qualitates, & quantitates virtutis secundũ magis, & minus vocatur alteratio, & ad illã speciem pertinet talis motus, variatio autem secundum quantitatem molis vocatur augmentum, vel decrementum.

Item, quia extensum esse plùs, vel minus ad quantitatem molis pertinet esse intensum, vel remissum ad qualitatem, vel quantitatem virtutis.

¶Non omnibus formis conuenit susceptio magis, & minus, quia non conuenit formis substantialibus, sed accidentalibus, nec omnibus accidentalibus, quia non quantitati molis, vt patet ex dictis, quia illis non competit magis, & minus, sed maius, & minus, nec aliis oĩbus, sed separabilibus à suis subiectis, & quæ concernunt subiecta diuersarum specierum, per quod excluduntur formæ substantiales, & ꝓprię passiones. Et hoc propriè vĩ illis qualitatibus conuenire, quæ habent istas conditiones, ſ ꝙ sint separabiles, & diuersarũ specierũ subiecta concernunt. Potest aũt hoc tali rõne psuaderi, quia nulla forma põt reperiri in diuersis gradibus nisi agens eam producens, vel subiectum eam recipiẽs possit diuersimodè se habere. Agente enim vniformiter se habente in se, & ad passum, & passo similiter vniformiter se habẽte in se, & ad agens, necesse est actionem esse vniformẽ, & terminum actionis. Idẽ enim manens idem rẽspectu eiusdem semper natum é facere idẽ, sed rẽspectu formarum substantialium, & accidentaliũ, quæ inseparabiliter conueniunt vni speciei ĩn. vt sunt propriè passiones, & subiectũ, & agẽs recipiens ſp vniformiter se habent: rẽspectu aũt aliarũ formarum accidentalium, quæ sunt separabiles, & cõcernunt subiecta diuersarũ specierũ se possunt habere diuersimodè, ergo, &c. Posset ergo hęc ratio p singula declarari. sed supponatur ista, quia hæc declarari habent primo sentẽtiarum, distinctione decima septima.

¶Ratio quare forma accidentalis suscipit magis, & minus est determinatio formæ specificæ in sua essentia, vt meliores doctores tenent. Hæc autem indifferentia, vel in determinatio tripliciter potest sumi. Vno modo, vt forma accidentalis dicatur indifferens, quia potest esse in diuersis subiectis differentibus specie, vt albedo in niue, & lapide, & talis in differentia, vel indeterminatio non facit, quòd forma suscipiat magis, & minus præcisè. Secundus potest sumi talis indifferentia, quia aliqua forma potest inesse subiecto, & non ineſſe, vt albedo parieti, & talis indifferentia, vel indeterminatio ineſt omni accidenti separabili, & nec ista præcisè facit, quòd forma magis, & minus suscipiat. Tertia indifferentia est ſm quod eadem forma est indifferens, vt plùs, vel minus insit subiecto, vt albedo Socrati. Quamuis aũt duæ primæ indifferentiæ sint coadiuuantes, vt saltem simul sint cum forma suscipiẽte magis, & minus, tñ hæc tertia indifferentia ponitur à doctoribus melioribus ratio completiua, quare forma suscipiat magis, & minus. In differentia autem quæ libet istarum trium respicit ipsam formam, non solum secundum esse formæ, sed secundum esse materiæ, & ideo forma accidentalis nõ solum secundum gradus ineſt, sed secundum gradus in essentia dicitur suscipere magis, & minus, quamuis quidem doctores oppositum fuerint opinati. Hoc autem sic probatur, sicut se habet magis, & minus extensiuè ad quantitatem, ita magis, & minus intensiuè ad qualitatem, sed magis, & minus extensiuè attenditur secundum essentiam quantitatis, quæ quoad hoc habet gradus, & latitudinem in essentia. Secundò sic, sicut in diuisibilitas formæ est ratio non suscipiendi magis, & minus, ita diuisibilitas formæ secundum gradus est ratio suscipiendi magis, minus, sed in diuisibilitas formæ attenditur secundum essentiam, igitur, & indiuisibilitas formæ secũdum gradus formæ. Tertiò, quia oĩs alteratio terminat ad formã, q̃ est in tertia specie qualitatis, vt patet. 7. phyſi. sed vera alteratio est inter magis, & minus in eadem specie, vt patet ex. 5. eiusdem, ergo alteratio, quæ est subiectum magis, & minus terminatur ad veram formam, quæ est de tertia specie qualitatis. Sed hoc non põt esse nisi gradus intensionis, & remissionis attenderetur secundum ipsam essentiam qualitatis: ergo in eis est talis latitudo, & varietas graduum, ſm essentiam formę. Et sic patet secundum quid conuenit formis suscipere magis, & minus, quia ratione indifferentię, & indeterminationis, & latitudinis, quæ non solum attenditur secundum esse formæ, sed etiã secundum essentiam.

¶Notandum, quod sicut est duplex quantitas. ſ. molis, & virtutis, ita duplex est magnitudo. ſ. molis, & pfectionis siue virtutis Loquendo ergo de magnitudine perfectionis secundũ q̃ idem est esse maius, quod meliùs talis magnitudo conuenit formis suscipientibus magis, & minus, & secundum talem maioritatem conuenit eidẽ albedini, quod sit maior perfectione cũ est intensa, quàm cum est remissa, licet non ita sit consuetũ vti vocabulo maioritatis in magnitudine perfectionis sicut in magnitudine molis, vñ albedo intensa maior est seipsa remissa, & econuerso remissa minor est se ipsa intensa. Sed hæc maioritas, vel minoritas attẽditur secundum magnitudinẽ perfectionis: vñ qñ dicimus maius, & minus pertinet ad quantitatem molis. Magis antẽ, & minus dicimus de magnitudine perfectionis, interdum econuerso est, vnde etiã magis, & minus secundum magnitudinẽ perfectionis conuenit aliquibus, in quibus illud maius, & minus est idem, quod magis, & minus. Sed tunc remanet secundum dubiũ, quare non dr̃ secundum hoc magis, & minus albedo, cum dicat maior, & minor albedo, & quare dicimus magis, & minus album, & non maius, & minus albũ. Attẽdendo ad solã maioritatem albedinis dicendum est, quòd hoc est propter modum significandi generalẽ: cum enim aduerbium fit adiectiuũ verbi, determinat ipsum verbũ, & perficit ipsum, & participiũ similiter cum aliqualiter ad verbum appropinquat, etiam aliqua nomina, quæ significant per modũ inhærentiæ. Formæ autẽ in concreto signatę significantur per modũ inhærentiæ, vt album. In abstracto autem per modũ substantiæ, & per se stantis, vt albedo, & talia in abstracto sumuntur substantiuè. Substantiuũ autem determinatur

terminatur per adiectiuum, & qa magis, & minus sunt ad uerbia, determinãt aliquod verbum, & participiũ, & nomen significans per modum inhęrentię, cum sint, talium adiectiua, ideo communiter dr̃ Socrates magis vel minùs, meliùs, vel peiùs currit, vel magis, vel minus, vel meliùs, vel peius currens, & Socrat. est magis, vel minus albus, & istud est magis, vel minus albũ, nõ aũt Socrates est magis, vel minus cursor, aut magis, vel minus albedo, quæ significant per modũ subsistentis, & substantiæ. Adiectiuum aũt determinat substantiuũ, & ideo bene dicitur melior currit Socrates, & non meliùs, & nec magis ocurrit Socrates, & maior, vel minor albedo, & non magis, vel minus albedo, hoc autem est ex mõ significandi grammaticali, qui impedit, & facit vt sic, vel sic, aliter, vel aliter secundum modum significandi diuersum dictionum Io qui cõgruè valeamus

NOMINA SECVNDARVM INTENTIONVM.

POstquam expediti sumus de nominibus primę intentionis, accedendum est ad declarationem nominum siue vocabulorum secũdæ intentionis Circa quod tria præmitto. Primum est, ꝙ sicut secũda intentio fundatur super aliam secundam, sicut hoc, quod dico species, quod est secunda intentio fundatur in hoc, quod dico homo, quod est prima intentio, ita super hoc, quod est esse prædicabile de multis, quod est secunda intentio, fundatur hæc secunda intentio. ſ. species, & super̃ speciem fundatur species subalterna, & sic de alijs, quæ secundę intentiones sunt. Secundum quod præmitto est, quod tam in nominibus primæ intentionis, quàm in nominibus secundæ intentionis quædam dicuntur sine complexione, vt homo, vel cum dico species. Quędam cum complexione, vt homo currit, vel homo est species, vel species est secunda intentio, & ita in alijs. Tertium, quòd præmitto est, quòd sicut inter nomina primarum intẽtionum sunt quædam, vt priùs patuit, quæ transcendunt, & circumeunt omne genus, & quædã, quæ æqualiter inueniuntur in genere substantiæ, & accidentis, quędam, quæ solum conueniunt vni generi. Ita & in secundis intentionibus quædam sunt communes omnibus transcendentibus, & omnibus decem rerum generibus, sicut hoc, quod dico prædicabile, & multa alia. Quædam sunt solum communes decẽ generibus rerum, ſi cum hoc, quod dico genus, & species, & multa alia. Quædam sunt specialiter pertinentes ad vnicũ genus, & hoc, quod dico suppositum, quod in genere substantiæ solum inuenitur.

Ordo dicendorum.

HIs suppositis ordine debito à prioribus, & communioribus inchoando. Primò dicetur de nominibus secundarum intentionum, quæ conueniunt in cõplexis. Secũdò de nominibus secundarum intentionum, quæ conueniunt complexis, sicut est oratio, propositio, &c. Quantum aũt ab incomplexa primò videndum est de noĩbus secundarũ intentionũ, q̃ circũeunt transcendẽtia, vt decẽ rerũ genera, & sunt oĩbus cõia. Secundò dicendũ est de illis noĩbus secundarũ intentionũ, quæ sunt cões decẽ rerum generibus, & nõ sex trãscendentibus. Tertiò de illis, quæ conueniunt singularibus generibus, ita quòd vni generi solũ. Dicẽdo aũt de nominibus secundę intentionis eorũ, quæ sunt cõmunes transcendentibus decem generibus occurrunt talia ad præsens esse. 14 & sunt hæc: Intentio, trãscendens, vniuersale, abstractum, concretum, prædicamentum, prædicabile, prædicatum, subiectum, subijcibile, vniuocum, equiuocum, analogũ, denominatiuũ.

Intentio.

QVantum ad primũ quid est intentio, & quibus cõueniat. Sciendum est, quòd intentio importat tẽdentiã in alterum, vnde intentio dr̃ quasi in alterũ tẽtio. Et qa tã intellectus, q̃ voluntas tendũt in alterũ, ſ3 in suũ obiectũ, iõ intentio ptinet ad intellectũ, & volũtẽ. Nec obstat si dicat, ꝙ sicut intentio dr̃ in alterũ tendentia, vel in alterũ tentio, ita intentio dr̃ intus tentio, & ideo sicut à tendentia in alterum intentio cõuenit intellectui, & ẽt voluntati, ita debet pertinere ab ista conditione, qua dicitur intus tentio. hæc eñ duo simul stant apud intellectũ, & voluntatẽ intus tentio, & in alterum tentio, vt enim dictum est superiùs, intelligere, & velle sunt actiones immanentes, & non transeuntes in exteriorem materiam. Illa ergo intus immanentia operationum potest conuenire nomen intentionis intellectui, & voluntari, ſm ꝙ intentio dr̃ intus tentio. Sed quia ſp actus intellectus, & voluntatis terminatur ad suum obiectum, quod est præsens ipsi essentiæ aĩæ, vel potentiæ, non quidem ſm realem presentiam, sed ſm obiectalẽ, qualiter dicit Philo. 3. de aĩa, ꝙ lapis non est in aĩa, sed species lapidis. Idcirco, quia per actum terminatum per obiectum potentia tendit in ipsum, sicut nomen intentionis conuenit intellectui, & volũtati ab eo, ꝙ intentio est, quia respicit immanentiam operationis infra potentiam, ita conuenit eisdem pro eo, quòd intentio est in alterum tentio, quia respicit obiectum præsens potentiæ obiectiuæ.

¶Accipiendo ergo intentionem prout se tenet ex parte voluntatis, sic sciendum est, ꝙ intentio accipitur dupliciter. Vno modo ipse actus voluntatis dicitur intentio, sicut si aliquis velit ire ad eccleſiam ad videndum corpus Christi, diceretur talis voluntas intentio sua, & tali voluntate intendit aliquis videre corpus Christi Alio modo dicitur intentio res intenta, sicut si aliquis diceret, intentio mea est scribere, ibi res diceretur intentio, scilicet, ipsa scriptura. Et meritò intentio, vt se tenet ex parte voluntaris dicitur quandoque actus, in quo intendit, quandoque obiectum eius, quod intendit per actum. Nam ipsa voluntas qñq; sumitur pro suo actu cum dico bonam voluntatem habeo ad te. Qñq; pro obiecto, & re volita, vt cũ dr̃, bibere est voluntas sitientis, hoc latiùs dictum est superiùs. Et licet iste modus locutionis de intentione sæpiùs in scripturis reperiatur: tamen sic non intendimus loqui de intentione, quando dicimus aliqua nomina esse primæ, vel secundæ intentionis.

¶Si ita q; intentio accipiatur ex parte intelligentis, sic dicitur intentio omne illud, quod per modum repræsentãtis ducit intellectũ in cognitione cuiusq; rei. Et quia species intelligibiles, & actus intelligendi conceptus mentis formatus, quem nos verbum mentale dicimus repræsentatiuè ducunt in cognitionem rerum, ideo quodlibet eorum hoc mõ intentio vocatur. Et ex hoc ẽt nomen intensionis ſm vsum loquentiũ trahitur, & extenditur, vt dicatur intentio quæcunq; similitudo siue quodcunq; exemplar realiter repræsentando ducens in cognitionem rerum. Et hoc mõ species rei visibilis in medio, & in speculo, vel in oculo in fantasia, vel species in memoria sensitiua, vel ẽt imago Herculis, intentio dici possunt, quia ex sui natura ad alterum ipsum cognoscentem per modum cuiusdam sententiæ deducunt. Et quamuis hoc modo sæpè doctores vtantur ipsa intentione, & appropinquaret plùs ad nostrum propositum, tamen nec sic intendimus de intensione, quãdo dicimus aliqua nomina esse primæ, vel secundæ intentionis.

¶Si

¶Si verò accipiatur intentio apud intellectũ ex parte rei intellectæ, & hoc mõ dr intentio ipsa res, quæ intenditur, inquantũ intellectus tendit in ipsam, sicut in quod dã cognitũ per actũ intelligẽdi, & sic loquimur hic de intentione in proposito, Hæc aũt intentio dupliciter accipitur, & inuenitur. Vno mõ formaliter, & tũc significatur in abstracto, vt hoc nomẽ intentionalitas, & tunc intentio dicit terminũ ipsius tendentiæ, siue illud, quod resultat ex tali tendentia intellectus p suum actũ in rem ipsam. Et hęc habitudo in abstracto præcisè significat purum ens rationis. Alio mõ accipit materialiter, & tũc significat in concreto, & tunc significat, & dicit illud, quod intelligit quicqd sit illud. est em intentio concretum, sed intentionalitas abstractũ. Et q̃uis in cõcreto res intellecta materialiter dicat intẽtio, quæ aliquando est ens reale: tamen per illud, quod importatur noĩe intentionis formaliter in concreto est semp ens rationis. Ipsa ergo res intellecta materialiter in concreto, dr intentio siue res intellecta siue ens reale, vt homo, lapis, & huiusmodi, siue ens rationis, vt species, genus, & huiusmodi. Dr autem pro tanto intentio in concreto significare materialiter, quia significat illud, quod intelligitur in abstracto, aut ipsam habitudinem formaliter, quæ rem intellectam consequitur, scilicet nomine intentionalitatis, quia noĩe intentionis in concreto ipsum subiectum habitudinis non est principale significatũ, sed magis ipsa habitudo. Sed qa concreta in accidentalibus formaliter, & principaliter significant accidens, & formam, materialiter aũt subiectum accidentis significant, & secundariò, in quo subiectum est forma accidentalis, sicut hoc concretũ album significat formaliter albedinẽ, quia album solam qualitatem significat, vt dr in prædicamentis, secunda rò aũt materialiter dat intelligere ipsam rem, in qua est albedo, quia album dicitur res alba, ita ẽt cum intẽtio sit concretum, materialiter significat ipsam rem in tellectã, in qua fundat habitudo ipsam consequens in qua est intellecta, sed formaliter significat ipsam habitudinem, quæ est ad modum formæ, & sicut albedo significat formaliter ipsam formam in abstracto præcisè, & nihil aliud materialiter, ita intentionalitas significat formã solũ, & ipsam habitudinem, & nihil materialiter. Nomine igitur intentionis formaliter, & quãtum ad formale significatũ importatur habitudo rei intellectę ad actum intelligendi. Sed materialis, & quãtũ ad materiale significatum intentio res intellecta dicitur quæcunque sit, siue ens reale, siue ens rationis.

¶Hæc aũt res intellecta qñ est verum ens reale circũscripto omni actu intellectus, dupliciter considerari potest. Vno modo absolutè, vt est res præcisè non habendo respectum ad intellectum, & sic nulla res dr intentio, vt hõ in rerum natura præcisè consideratus, vel lapis, aliàs oporteret, quod esse intentionem esset de ratione talium, quod est falsum. Alio modo potest considerari cum habitudine ad actum intelligendi in quantum est intellecta, & sic quædam habitudo ipsam consequitur, quæ formaliter intentio dr, & ideo super rem absolutè addit rei habitudinem ad actum intelligendi. Sic igitur res intellecta intentio dr materialiter, absolutè aũt recepta non dr intentio sed res, ipsa aũt habitudo formaliter dr intentio, quia cum præcisione nominis intentionis, quo res ipsa dr intentio materialiter, & quę res est intellecta quæcunq; sit siue sit reale, vt homo, siue rationis, vt species, & sic accipitur hic intentio cum loquimur de intentione, quãtum ad nomina primæ intentionis, & secundæ intentionis. Ita patet quot modis dicitur intentio, quoniam aliquando sumitur ex parte voluntatis, & quantum ad actum, & quantum ad obiectum, & sic non loquimur hic de intentione. Aliqñ ex parte intellectus, & sic qñq; ex parte intelligentis, & nõ sic hic intendimus. Aliqñ ex parte rei intellectæ, & sic de intẽtione est prẽsens oppositũ.

Prima intentio, Secunda intentio.

NOmina quædam dicuntur primæ impositionis secundũ grammaticum, & primæ intentionis secundum logicum, & quædam etiam dicuntur eodem modo secundæ impositionis, & secundæ intentionis. Sciendum est ergo, quòd ordo iste vnde aliqua dicuntur primæ intentionis, & aliqua secũdæ intentionis nõ potest sumi ex parte intelligentis, quia sic species intelligibilis, quæ est primũ repræsentatiuum intelligendi esset prima intentio, & actus intelligendi, qui est ẽm esset secunda intentio, & verbum mentale esset tertia, quę sunt falsa. Nec potest sumi ex parte actus intelligendi, qa si sic Socrates esset primus intellectus, & Plato secundus, Socra. esset prima intentio, & Plato secunda, & sic postea procedendo, si tertius tertia, si quartus quarta, quòd est falsum. Et ideo oportet, quòd iste ordo accipiatur ex parte rei intellectæ inquantum est intellecta, ẽm quod est duplex genus intelligibilium ad quorum quodlibet terminatur actus intelligendi. Nã quædam sunt intelligibilia, quæ sunt vera entia realia, quæ conueniunt rebus non ex opere intellectus speculatiui, prout. s. habent esse intellectu speculatiuo obiectiuè, imò circunscripto omni tali esse obiectiuo sunt res veræ, & conueniunt rebus aliquando affirmatiuè, vt homo, & bos, & similia in genere substantiæ, albedo scientia in genere qualitatis, & similia in genere accidentium. Aliquando priuatiuè, vt surdum, cęcum, quę etsi non sunt res veræ, tamen realiter, & veraciter rebus conueniunt, vt priuationes, sicut cęcum, & similia. Et hæc omnia, quæ sic rebus conueniunt dicuntur primæ intentiones, & nomina talium dicuntur etiam nomina primę impositionis secundum grammaticos, & nomina primę intentionis secundum logicos. Alia sunt, quæ conueniunt rebus secundum quod sunt obiectiuæ in intellectu, & non aliter, sicut est esse abstractum. esse vniuersale, genus, species, & similia, & ista dicuntur secundæ intentiones, & nomina talium significantia grammaticæ dicuntur nomina secundæ impositionis, & secundum logicos secundę intentionis, & sic sunt duo modi essendi generales, scilicet secundum rẽ, & iste est primus, secundum rationem, & iste est secundus ita etiam ab istis duobus generibus intelligibiliũ, quæ habent in duplici modo esse. sumitur diuisio intẽtionum primarum, & secundarum, scilicet primarum à primo modo, & secundarum à secundo modo. Causa autem est, quia prima diuisio essendi est in esse rei, & in esse rationis, vt patet quinto metaphysicę, & ita etiam prima diuisio nominum est, quia quædam sunt nomina primę intentionis quantum ad illa, quę habẽt esse in re, quædam secundę, quantum ad illa, quæ habent esse in ratione. Et ita patet vnde, & quid dicitur prima intentio, & secunda intentio, & nomen primæ intentionis, & secundæ logicæ, & similiter primæ impositionis, & secundæ grammaticæ.

¶Prima, & secunda intentio in duobus conueniunt in duobus differunt. Conuenunt quidem in duobus, Primò in hoc, quòd sunt. s. in hoc, quod est esse intentionem. intentio enim est quoddam commune ad primam, & secundam intentionem, sicut ad bouem, & hominem, Et iste differunt, quia prima à primo genere intelligibilium dicitur, & secunda dicitur secunda à secundo genere intelligibilium, vt dictum est. Conueniunt etiam secundò quantum ad hoc, de quo sunt, quia tam secunda intentio, quàm prima quantum ad illud, quod importatur formaliter in concreto nomine intentionis est ens rationis. Quod sic videtur: nam quamuis intentio se tenet ex parte intelligentis non distinguitur contra esse reale, imò omnis talis intentio est res vera, & non ens rationis, vt species intelligibilis, & huiusmodi, vt dictum est Intentio enim, vt se tenet ex parte rei intellectæ quantum ad illud, quod cõcretiuè, & materialiter dicitur, non distinguitur contra ens reale, quia saltem qñ res vera est extra animã, vt hõ, albedo, &c. tunc intentio prima quantum ad illud, quod importatur formaliter est ens rationis, quia vt dictum est concretiuè formaliter significat intentio ipsam habitudinem rei, quæ consequitur, vt intellecta est, quæ est ens rationis. Secunda autem intentio de entibus rationis est, & ita vtrique conuenit, quia vtraq; est ens rationis quantum ad formale significatum. Differunt autem in duobus hæc nomina, prima intentio, & secunda, Primò quantum ad illud, quod signficant, quia prima intentio concretiuè significat materialiter ens reale, sicut homo, & secunda intẽtio nullo mõ significãt nisi ens rationis. Secundò differunt quantũ ad illud, in quo sunt. Vbi sciẽdum, quòd aliquid dr esse in intellectu tripliciter. Vno mõ subiectiuè, & hoc mõ intellectus includit actus intelligendi, & habitus intellectuales, & sic scientia est in intellectu, sicut in subiecto. Alio modo obiectiuè, & hoc dupliciter, vno modo sicut illud, quod est obiectum directè cognitum ab intellectu, & hoc modo res, quę est extra subiectiuè est in intellectu obiectiuè, vt homo bos, & quodcũ q; aliud, quod intelligitur. Et dicitur obiectiuè esse in intellectu, quia est in prospectu suæ cognitionis. Contingit autem aliquando, quòd aliqua res simul, & semel est in intellectu subiectiuè, & obiectiuè, vt cum aliquis intelligit se intelligere, & cum aliquis intelligit & cogitat de scientia se accidentaliter existente Aliqñ est aũt solum in anima obiectiuè, & subiectiuè in re extra, vt cum intelligit albedinem, vel lapidem. Alio modo dr aliquid est obiectiuè in intellectu, quia consequitur rem prout est obiectiuè in intellectu. Esse enim abstractum à Socrate, & Platone non conuenit homini, prout est extra in se subiectiuè, sed solũ prout est intellectu obiectiuè, quia sic hõ est in prospectu intellectus sicut obiectũ cognitũ non cognito Socrate, vel Platone, sicut ẽt in visu est color, & albedo lactis obiectiuè sine dulcedine, sed non est in re sine dulcedine obiectiuè. In hoc ergo differt prima intentio à secunda, quia secunda intentio illud significat, quod nunquam est in intellectu, nec in re extra subiectiuè, sed solum in intellectu habet esse obiectiuè, tanquam consequens rem veram, prout est obiectiuè intellectu, vt genus, species, &c. Sed illud, quod importatur nomine primæ intentionis, concretiuè, & materialiter est obiectiuè in intellectu, & subiectiuè in re extra, vt homo lapis, lignum, & huiusmodi. Quandoque autem obiectiuè simul, & subiectiuè in intellectu, vt scientia, & huiusmodi. Et ita hæc conuenientia, & differentia est in duobus primæ intentionis, & secundæ.

Intentionale.

INtentionale descendit de hoc nomine intentio. Et intelligendum, quod intentionale potest accipi dupliciter, scilicet essentialiter, & denominatiuè, sicut aliquod potest esse quale essentialiter, vt albedo, & denominatiuè, vt lignum album, quod est quale denominatiuè. Ita etiam esse intentionale per essentiam alicui conuenit, sicut ei, quod est intentio: ipsa enim intẽtio est intentionale per essentiam. Aliquando ẽ alicui conuenit esse intentionale per participationem, & de nominatiuè de illo: cuius est intentio, & sic accipiendo intẽtionale per essentiã est illud, quod est intentio, & denominatiuè dicitur intentionale illud, cuius est intentio. Et sic accipiendo intentiones, quæ sunt ex parte intelligentis, sunt species intelligibiles, actus intelligendi, conceptus formatus, vel dicunt intentionale, vel intentionata essentialiter, quia sunt intentiones rerum Illa aũt, quorum sunt intentiones, & quorum sunt præsentatiua dicuntur esse intentionalia denominatiuè. sed hic notandum, quòd dicimus, quorum sunt, q̃ ista possunt esse alicuius dupliciter. Vno modo subiecti in quo sunt, & sic subiectum non consueuit denominari intentionale à talibus intentionibus, vt intellectus non dr intentionalis ab intentione, q̃ est species, & similium, quæ sunt in intellectu sicut, in subiecto. Alio modo dicuntur iste intentiones esse alicuius, vt subiecti præsentati, ad quod sunt, & talia denominantur intentionalia esse à talibus intentionibus, vt dicimus, q̃ lapis bos albedo, &c dicuntur esse intentionaliter in intellectu, & habent esse intentionale in intellectu, qa scilicet per suam essentiam, vel suum repræsentatiũ quod est eorum intentio. Et horum causa est, quia talia inquantum sunt intentiones magis important habitudinem ad obiectum, quod repręsentant, quàm ad subiectum, quod informant. Et idem iudicium de intentionibus, & illis quorum intentiones sunt, ẽm q̃ nomẽ intentionis extenditur ad quodcunq; repræsentatiũ alteriùs siue sit exemplar perducens in alterius cognitionem, sicut est de specie visibili, & in medio, & in organo, vel in speculo, vel fantasmatę, vel in fantasia, vel specie sensibili in sensitiua memoria, &c. Accipiendo autem intẽtionem in intellectu ex parte rei intellectę, ipsa habitudo rei intellectæ ad actum intelligendi dicitur intentionale per essentiam, vel essentialiter, eo modo, quo talibus entibus rationis conuenit habere essentiam, quæ non dicunt formaliter rem aliquam, sicut in priuationibus dicimus, quòd cæcitas est priuatio essentialiter, sed oculus habet esse priuatũ denominatiuè. Et sic intentionale denominatiuè potest dici respectu secundæ intentionis prima intentio, supra, quâ secunda fundatur, quantum ad illud, quod materialiter importatur nomine primæ intentionis, quod est res intellecta, & ipsa res intellecta, quæ dicitur intentio materialiter, potest dici, & nominari ab hoc, q̃ nomine primæ intentionis importatur formaliter, & sic prima intentio, vt est fundamentum secundæ, sicut homo respectu speciei potest dici denominatiuè intentionale, & ipsa res intellecta potest dici intentionalis ab habitudine, quam formaliter prima intentio dicit, sed isti modi denominationis non sunt multum vsitati.

Transcendens.

TRanscendens dicit quasi trans oẽ ens, vel quasi transiens omne ens. Hoc autem contingit tripliciter. Primò entitate, & hoc modo Deus dicitur transcendens, quia nobilitate actualitatis transcendit oẽ ens, & sic non est communis vsus vocabuli. Alio mõ accipitur transcendens non ab entitatis nobilitate, sed à prædicationis communitate, & sic illud, quòd potest prædicari de omni ente dicitur transcendens. Sed est duplex prædicatio, vna formalis, vt homo est animal. Alia denominatiua, vt homo est albus, homo est species. Illud ergo, quòd prædicatione formali prædicatur de oĩ ente eo modo, quo cuilibet enti conuenit, propterea formalitas dicitur transcendens, quasi trãs omne ens, vel transiens omne ens communitate, scilicet formalis prædicationis, & sic transcend ens dr propriè de illis sex. s. ente vno, verò bono, re, aliquo, ex hoc est cõis vsus vocabuli. Illud autem, quod prædicatione denominatiua prædicatur de oĩbus scdis intentionibus,

tionibus,& de primis transcendentibus, potest etiam dici transcendens,quia hoc,quòd dico ens est vniuersale,hoc,quòd dico genus est vniuersale,& sic de alijs. Et nec iste modus transcendentis est ita communis,& priùs sicut secundus.

Vniuersale.

VNiuersale sumit̃ tripliciter.Est em̃ quoddã vniuersale causalitate,& isto mõ sol dr̃ cã vniuersalis respectu generabilium,Deus aũt vniuersalis respectu oĩm,& sic non est cõis vsus loquẽdi apud logicos de vniuersal. Alio mõ dr̃ vniuersale abstractione. Abstractio aũt duplex oĩs em̃ abstractio dr̃ respectu materiæ,quędam ergo sunt abstracta à materia ſm esse, & quamuis hæc sunt quædam particularia, & quædã singularia,nihilominus per abstractionem,& materialia vniuersalia dicuntur.Alio mõ est aliquid vniuersale per abstractionem non ſm esse, sed ſm intellectus considerationem,inquantum talia considerantur absque materia.Hoc autem potest fieri tripliciter , vno modo,vt consideretur ad intelligibile absque hac materia sensibili,sicut hominem,considerando hunc Socratem,quamuis talia intelligat cum materia sensibili in communi,& talis abstractio vocatur physica,idem, naturalis,vnde scientia, naturalis est de sic abstractis, non tamen excludit materiam sensibilem communẽ, quia intelligit hoiem cum ossibus,& carnibus in communi:non tamen considerat cum istis carnibus,& ossibus in particulari.Alio modo potest fieri hæc abstractio,vt intellectus consideret,non solum sine hac materia sensibili,sed etiam sine consideratione sensibilis materiæ,licet consideret eam cum materia intelligibili,vt potest considerari circulus sine ære,ferro , vel ligno,& huiusmodi,Sed quia circulus oportet , quòd sit in aliqua materia,non intelligitur sine materia intelligibili, & talis abstractio vocatur mathematica, quia de talibus abstractis sunt scientiæ mathematicæ. Tertio modo potest aliquis considerare rem aliquam, & sine hac materia sensibili in communi,licet cũ intelligibili,& sine materia sensibili,& intelligibili.Hæc aũt abstractio non est realis separatio,sicut cultellus separat carnes,ab ossibus,sed vnius consideratio sine altero, sicut visus videt colorem in pomo nihil considerãdo de sapore.Et quia vt sit talia considerant̃ abstracta, cõpetit eis,vt dicant̃ de multis,sicut sunt in multis, iõ est alia abstractio,q̃ ipsam consequitur,quæ est per p̃dicationem,& sic hõ est abstractum cõitate prædicationis,quia prędicatur de Socrate,& Platone. Vniuersale ergo secundum logicos dr̃ quodlibet prædictorum modorũ,sed proprius vltimo mõ.Et sic vniuersale tumptum dr̃,quod est aptum natum de pluribus p̃dicari.Vbi intelligẽdum,quòd tale vniuersale est multiplex.Est enim quoddam vniuersale,quod habet actu & simul plura suppositа, sicut hõ habet Socratem , & Platonem,& sic de alijs.Aliud est vniuersale, quod simul actu non habet plura suppositа sed successiuè sicut phœnix.Aliud est,q̃ nõ habet plura suppositа,nec actu simul,nec successiue,vt sol,& luna,quamuis tamẽ non habeat nisi vnicum suppositum , quia tñ sol põt considerari sine conditionibus indiuiduantibus, scilicet sine hic,& tunc potest dici vniuersale.Et quamuis in alijs duobus modis dicat̃ vniuersale est,quòd é aptũ natũ prædicari de pluribus,vel simul quantum ad primũ,vel successiuè quantum ad ſm , & in tertio non posit,nihilominus dr̃ aptum natum prædicari de pluribus,quia inquantum vniuersale est,hoc ei conuenit, licet hoc sibi non conueniat in determinata materia. Quodcunq; aũt modo sumatur vniuersale semper dr̃, vel sumitur per aptitudinem quandam ad particulare. Et iõ cuilibet modo vniuersalis respondet aliquis modus particularis sicut patet:quia enim sol habet virtutem respectu cuiuslibet generabilis, dr̃ causa vniuersalis omnium generabilium,Sed quia Socrates non habet virtutem nisi respectu Platonis,dr̃ causa particularis,& sic postea singulis modis vniuersalium respondet modus particularium .

¶Adhuc vniuersale dupliciter potest considerari, Vno mõ,quòd natura vniuersalis considerat̃ simul cũ intentione vniuersalitatis,vt scilicet vnum , & eidem habeat habitudinem ad multa,& prouenit ex abstractione intellectus,& sic oportet,quòd ſm hunc modũ animal vniuersale,aut nihil est,aut posteriùs ẽ, sed ſm platonicos,qui ponunt vniuersalia subsistentia secundum hanc considerationem vniuersale esset priùs, q̃ particularia.Vnde secundum eos particularia nõ sunt nisi per participationem vniuersalium subsistentium, quæ dicuntur ideæ.Alio modo potest vniuersale considerari quantum ad ipsam naturam vniuersalitatis, vel humanitatis,prout inuenitur in particularibus,& sic dicendum est,quòd duplex est ordo naturæ : Vnus secundum viam generationis,& temporis , ſm quam viam ea,quæ sunt imperfecta,& in potentia sunt priora,& hoc modo magis commune est priùs ſm naturã, quod apparet manifestè in generacione animalis , & hominis,nam priùs generatur animal,quàm homo,vt dr̃ in libro de generatione animalium.Alius est ordo pfectionis siue intentionis animę,& sic actus est prior simpliciter,quàm potentia,& perfectum , quàm imperfectum.Et per hunc modum minus commune est priùs secundum naturam,quàm magis commune, vt homo,quàm animal.Naturæ enim intentio non sistit in generatione animalis , sed intendit generare hominem.

¶Vniuersale pręterea magis commune comparat̃ ad minus commune,vt totum,& vt pars.Vt totũ,quidem ſm quod in magis vniuersali non solum continetur in potentia minus vniuersale,sed etiam alia, vt sub animali nõ solum hõ continetur,sed ẽt equus.Vt pars quidem,ſm quod manus cõe continet in sua rõne non solum magis cõe,sed etiam alia, vt homo non solum animal,sed etiam rationale. Sicut etiam animal in se consideratum priùs est in nostra cognitione,quàm homo,sed homo priùs est in nostra cognitione , quàm quod animal sit pars rationis eius.

Abstractum.

DE hoc nomine abstractum patet eius accceptio secundum immediatè præmissa , quia omnibus istis modis,de quibus dicitur fieri talis abstractio,illa res abstracta in quodlibet modo illorum astractum dicitur,& eis oppositum potest dici concretũ. Præterea hos modos dicitur abstractum proximum ad concretum secundum modum significandi , vt abstractum dicatur illud , quòd significat formam absolutam. Concretum verò, quòd est ad aliquid contractum . Et isto modo respectu omnium dictorum inuenitur abstractum , & concretum , vt hoc, quòd dico ens , & entitas . Hoc enim , quod dico ens est concretum , & dicit illud,quod habet entitatem.Sed hoc,quòd dico entitas dicit illud, quod habet formã,vel dicit illud,quo ens,est ens, sc̃ ipsam formã.Idem patet in hoc,quòd dico vniuersale quantum ad secundas intentiones,quòd vniuersale est concretum,& significat illud,quod habet naturam vniuersalitatis,Vniuersalitas aũt ipsã naturã,vel formã, qua vniuersale ẽ vniuersale.Idẽ dico in substãtia,hõ ẽ concretũ,& significat,quod habet naturam humanã , sed humanitas est abstractum , & significat illud,quo homo est homo.Et idem dicitur de albo,& albedine in accidentibus,quia album significat illud, quod habet albedinem,sed albedo significat ipsam naturã siue ipsam formam.Vnde generaliter concludo , quòd concretum dr̃ illud,quod significat habens naturam , & abstractum,q̃ significat ipsam naturam,& iõ absolutũ habet modum significandi,quo est.Et quia modus significandi dato,quòd eadem res significetur,impedit modum prædicandi.Inde est,quòd dato, & posito,si tamen ita est,q̃ quantum ad formale significatum idẽ importet̃ nomine abstracti, & concreti,sicut hoc noĩe hominis,& humanitatis nomine albi,& albedinis &c. Tamen quia modus significandi est diuersus in diuersis,quia concretum significat per modum , quod est, & per modum habentis,& per modum totius. Abstractum autem significat per modum,quo est, & per modum habiti,& per modũ partis . Ideo in nulla re ĩ qua differunt quod est,& quo est,habens,& habitum pars & totum,possunt de se inuicem prædicari , vt hæc est falsa,homo est humanitas,album est albedo. Sequitur ergo,quod concretum,& abstractum non possunt de se inuicem prędicari.In diuinis autem vbi idẽ est habitus,& habens,quod est,& quo est,pars & totum,eo modo,quo est in talibus,totum, & pars possunt de se inuicem prædicari:Ideo hęc est uera,Deus est ſua deitas,deitas est Deus.Vt communiter autem,& maxime in genere substantiæ nomine concreti suppositum importatur,& nomine abstracti natura.

Concretum.

DE concreto autem quamuis aliquid patet ex pręcedentibus:ramen ad maiorem euidentiam sciẽdum est,quòd triplex est concretum, quoddam accidentale,vt album,quoddam substantiale, sed non de nominatiuum,ut homo,& animal, quoddam substantiale,denominatiuum, ut animatum , & huiusmodi. Omnibus autem concretis commune est , vt dent intelligere suppositum, & supposito reddunt loquutionem veram,vt album currit pro Socrate currente,rõnale disputat,vel homo mouetur.In hoc autem est differentia,quia omne concretum accidentale dat intelligere suppositum,non ex significatio ,sed ex modo significandi : album enim solum qualitatem significat, ut dicitur in prædicamentis . Concretum autem substantiale denominatiuum dat intelligere suppositum, partim ex significato, partim ex modo significandi.Ex significato, quia significat aliquid, quod pertinet tanquam pars ad intraneitatem suppositi , vt animatum, partim vero ex modo significandi , quia non directè significat hominem secundum quodq; suppositum cũ significet principaliter formam,sed indirectè , scilicet ex consequenti ex suo modo significãdi importat suppositum.Concretum autem substantiale non denominatiuum directè,& per se significat suppositũ.Ex quo patet,quod concretum substantiale non denominatiuum prædicatur de suppositis per se, & in quid,vt animal de Socrate. Concretum autem substantiale denominatiuum prędicatur denominatiuè denominatiõe accidentali. Quid autem importetur nomine suppositi expressiùs infra patebit.De differentia autẽ realiorum duorum naturæ,& suppositi,quæ est formosa,q̃stio,non plus dico, sed ad præsens sufficit dixisse horũ duorum nominum significantium, & differentiam,s. abstracti,& concreti,quorum unum dicitur in comparatione ad alterum .

Predicatum pradicabile.Subiectum,Subiicibile.

NOmen hoc prædicatum significat rem , quæ de altero dicitur siue actus verbalis sit illud, quod dicitur, siue per copulã verbalem dicatur , siue dictio sit actus verbalis,ut cum dico, Socrates currit , hoc q̃ dico currit , est prædicatum quia de subiecto dicit̃,s. de Socrate, Aliquando autẽ aliquid dicitur de aliquo mediante copula verbali, & dicitur prædicatũ duplex vt cum dico Socrates est albus, ibi albedo dicitur dẽ Socrate , & totum hoc, est albus , est prædicatum. Prædicatum autem dicitur ab actu prædicandi, hoc autem conuenit omni rei,& omni nomini , quod posit prædicari in aliqua propositione , siue sint nomina primæ,vel secundæ intentionis.

¶Prædicabile autem dr̃ ab aptitudine prædicandi, quamuis actu non prædicetur , in quo etiam differt à prædicato,quod dicit actum,& esse.Prædicabile similiter conuenit omni enti cuiuscunq; cõditiõis existat. Prædicamentum autem dicit ordinem diuersorum prædicatorum,& prædicabilium,quæ sunt eiusdẽ generis , & omnia prædicabilia ordinata secundum sub & supra vel lateraliter in genere substantiæ prædicatũ dicuntur,& idem est in generibus accidentiũ. Hæc autem non sunt nisi decem , quia nec possunt esse nisi decem rerum genera,de quib⁹ dictum est priùs. Et sic patet differentia prædicati prædicabilis,& prædicamẽti.Et quia prædicatum dicitur in comparatione ad subiectum,& subiectum dicitur illud,de quo dicitur aliquid,& sic prædicatum est,quod de altero dicitur, & hoc generaliter conuenit omni rei, & nomini quod potest subiacere alteri,vt aliquo modo de eo dicatur: quia tamen diuersimode inuenitur in multis diuersis ideo quamuis subiectum dicatur terminus propositionis, de quo prædicatum dicitur:tamen secundum,q̃ aliqua diuersimode de diuersis dicuntur,inuenitur diuersimode subijci dici . Dicitur autem aliquid esse in aliquo,& dici de alio, sicut forma substantialis de prima materia, & hoc modo dicitur subiectum materia prima omnium formarum substantialium.Alio modo dicitur aliquid de alio, & est in eo sicut forma accidẽtalis in sua materia ,& hoc modo suppositum dicitur subiectum omnium accidentium. Alio modo dicitur aliquid de aliquo,vt sua proprietas,& hoc modo anima est subiectum suarum proprietatum, similiter angelus,& Deus. Alio modo dicitur aliquid dici de alio tanquam illud , quod est declaratiuum suæ quidditatis,& qualitatis, & isto modo passiones dicuntur de aliquo in scia cuius cognitio quæritur, & illud subiectum scientiæ vocatur ,& sic Deus est subiectum scientiæ theologiæ.Alio modo dicitur aliquid dici de alio sicut superius de suo inferiori, & sic Socrates subijcitur homini,& homo animali, & sic de alijs. Sicut autem prędicatũ dicitur ab actu prædicandi,& prèdicabile a potentia,& aptitudine prædicandi, ita subiectum dicitur ab actu: subijcibile autem ab aptitudine. Et hoc de subiecto, & subijcibili dictum sufficiat.

Vniuocum,Aequiuocum,Analogum,Denominatiuũ

SEd quia subiectum,& prædicatum consequuntur quædam accidentia,quæ importantur nominib⁹ secundæ intentionis,ut uniuocum, analogum, & huiusmodi , ideo sub istis subinfero primo de hoc, q̃d̃ est uniuocum.Vniuoca autem definiunt̃ in principio p̃dicamentorum , quod uniuoca dicuntur illa quorũ nomen est commune,& secundum illud nomẽ rõ substantiæ est eadem.Et secundum hoc uniuocum significat illud nomen, quod potest dici de pluribus secundum eandem rationem substantialem,sicut homo dicitur de Socrate,& Platone,& animal de homine, & leone.Et inde est,quod omne genus de suis speciebus & omnis species de suis indiuiduis uniuocè prædicatur,vt Porphyrius dicit.

Aequiuocum autem dicitur quasi çquè vocãs sua significata secundum Albertum. Et ideo æquiuocũ dicitur illud nomen, quod est commune multis, & secũdum illud nomẽ illorum significatorum ratio, seu substantia est diuersa, sicut patet de hoc nomine canis, ꝙa dicit̃ de latrabili, & cœlesti fidere, & de pisce marino.

¶Analogum vero idem est, quod proportionabile sicut, & analogia idem est, quod proportio. Et analogũ dr̃ illud nomen, quod est commune multis, sed per prius dicitur de uno, & per posterius secundum quãdam proportionem de alio, vel de alijs, sicut ens prius dicitur de substãtia, q̃ de accidẽte. Hæc autem proportio duplex est in nominibus, vno modo, quia multa habent proportionem ad unum, & sic sanitas in animali est analogum ad sanitatem in medicina, vt ad causam & ad sanitatem ī ultima, vt ad signum. Alio modo ꝙa vnum habet proportionem ad alterũ. sicut sanitas medicinæ ad sanitatem vrinæ. Et iste modus communitatis est medius inter primam æquiuocationem, & simplicem vniuocationem. In his enim, quæ analogicè dicuntur non est totaliter vna ratio sicut in vniuocis nec totaliter diuersa sicut in æquiuocis. Sed nomen, quod sic multipliciter dicitur, significat diuersa secundum proportionem. Est autẽ differentia inter hæc tria quia si nomen commune, vel ipsa cõmunitas debeat diuidi. Vniuocum diuidit̃ per suas proprias differentias, sicut genꝰ diuiditur suis differentijs. Aequiuocum autem di ꝝditur secundum diuersas res significatas sicut canis. Analogum autem secundum diuersos modos proportionales, sicut ens descendit in decẽ prædicamenta, ut prius dictũ est secũdum diuersos modos essendi. Vlteriùs autem dicendum est, quòd idem nomen potest esse æquiuocum, uniuocũ, & analogũ respectu diuersorum, & nõ respectu eiusdem, vt hoc nomen canis est æquiuocum respectu latrabile, & sideris & piscis. Est autem uniuocum respectu omnis canis latrabilis ueri, & respectu canis latrabile picti, quia ꝑ. prius de uero cane dicitur, & per posteriùs, & proportionabiliter de picto.

¶Denominatiua dicuntur quæcunq; solo casu i. sola cadentia, uel inclinatione ad subiectum, ab aliquo habẽt appellationem, ut a grammatica grammaticus. Abstractum enim, & concretum licet differant quãtũ ad materiale significatum, non tamen quantũ ad formale. Et ideo notãdum est, ꝙ ad hoc, quod aliqua, sint propriè denominatiua, quatuor requiruntur. Primò, ꝙ cõueniat̃ in principio uocis, & differant in fine. Secũdò, ꝙ unũ significet per modum abstracti, & aliud per modũ cõcreti. Tertiò quòd cõueniãt in significato formali. Quartò, ꝙ denominans differat essentialiter a denominato. Et hæc quatuor patent in hoc, quod dico albedo, & album. Et nota quantum ad quartam conditionem, quòd habet veritatem generaliter, & nominibus concretis accidentalium. In concretis tamen substantia non sic clarum est, quia vtrum homo, & humanitas differant realiter quæstio dubia est. Quinta autẽ conditio potest addi, ꝙ oportet, quòd utrique sit nomẽ impositum, ut pater in prædicamentis. De eo autẽ quod est incomplexum, & de eius oppositꝰ, scilicet complexum, dictum est in principio.

Genus, Species, Differentia.

Dicendum est nunc de nominibus secundæ intẽtionis, quæ rebus conueniunt, vt considerantur in uniuersali respectu particularis. Hæc autem sunt in quantum ad præsens pertinet, scilicet nomen generis speciei vel differentiæ. Ista enim tria distinguũtur ꝓut important ordinem prædicabilium quantum ad ea, q̃ sunt uniuersalia, sicut patet in arbore Porphyriana, quæ in libro suo describitur. Genus autem diffinitur a Porphirio sic. Genus est, quod prædicatur de pluribus differenlibus specie ineo, ꝙ quid est. i. essentialiter Hæc autem diffinitio magis est rei subiectæ ipsi nomini, quàm ipsius intentionis, & nominis. Non enim ipsum nomen, vel ipsa intentio prædicatur de specie, male enim diceretur, homo est genus, sed ipsa res bene prædicatur de specie, unde dicitur homo est aĩmal nihilominus expositiuè hæc definitio dicit, quid est hoc nomẽ genus, quia hoc, quod dico genus est quod dam nomen significans intentionem, quæ intentio, & quod nomen conuenit illi rei, quæ prædicatur de pluribus speciebus essentialiter, vt quod animal prædicet̃ de homine, & de boue, quæ differunt specie conuenit sibi, quod dicatur genus. Et hoc patet, quod diuersimodè accipitur genus a grammatico, qui dicit, quod genus est exploratio secus. & a logico, qui dicit, qd̃ genus est quoddam prædicabile. Item etiã non accipimus hoc genus prout dr̃ aliquorum genealogia consanguinitatis, vel prout est multorum collectio, sed solum dicitur genus talis intentio, quæ cõuenit rei ꝓut ei plures species supponũtur, ut animalibus, homo, & asinus. Genus autem sic sumptum, diuiditur in generalissimum, & subalternum. Generalissimum dicitur genus, quod dicit̃ de illo, quod non habet aliud genus supra se, & isto modo, quia substantia in genere nõ habet supra se genus aliud. dicitur genus generalissimũ, Sed quia corpus, & corpus animatum habent supra se substantiam, dicuntur genera subalterna,

¶Species multis modis dicitur, quia vno modo idẽ est, q̃ quod membrorum dispositio pulchra, vel fœda, sicut dicimus species Priami digna ẽ imperio, & sic nõ loquimur hic. Alio modo dicit̃ species similitudo rei, & hoc modo species res repræsentantes dicuntur esse in sensu, uel intellectu, & nec sic intẽdimus hic. Alio mõ definitur species à Porphyrio sic, ꝙ species est ꝙ prædicatur de pluribus differentibus numero in eo, ꝙ quid est, id est, essentialiter. Et sic dictum est de genere, ita hęc definitio magis competit rei subiectæ intẽtioni, quam nomini. Vnde potest ex hoc dici, quod species est quoddam nomen secundæ intentionis, q̃ ī tentio, vel quod nomen intentionis conuenit rei, q̃ ꝑdicatur de pluribus differentibus numero ad differẽtiam generis essentialiter, & sic de specie intendimus hic. Est autem duplex species, scilicet specialissima, q̃ non habent aliam sub se, sicut homo, bos, & huiusmodi. Et sub alterna, quæ habet aliam sub se, sicut corpus animatum habet animal, animal autem habet hominẽ Et ita idem potest esse, & est genus subalternũ, & species subalterna respectu diuersorũ, sicut aĩal est genus subalternũ, ꝙa ẽ sub alterno positũ, s. sub gñe substãtię & aliarũ. Et ẽ species subalterna, ꝙa ẽ aliqua sub ea posita, scilicet homo Ex quo patet diuersa acceptio speciei a grãmatico, q̃ vult aliqua eẽ speciei primitiuę, vel deriuatiuę. Et a logico respectu cuius species est secũda intentio applicata, & cõsequens rem prout intelligitur, vel prout est obiectiuè in intellectu, vc3, quod est prædicabilis de pluribus differentibus numero.

¶Differentia est triplex. s. cõmunis, propria, & magis propria. Communis dicitur, qua aliquid differt ab aliquo rebus communis, vt Socrates albus differt a Platone non albo, & sic non loquimur hic de differẽtia. Alia ẽ propria. s. quę facit distare accidente inseparabili, siue causetur a principio intrinseco, vt sanitas, siue extrinseco, vt cicatrix, & nec sic accipimꝰ hic. Alia differẽtia ẽ magis ꝓpria, q̃ facit alterum ab altero differre specificę, vt rationale respectu hominis Et sic differentia est, qd̃ prædicat̃ de pluribus differentibus specie in eo, quod quale. i. differentia est nomen cuiusdã intentionis,

intentionis, quæ intentio conuenit illi rei, quam intellectus considerat prædicabilẽ de specie in quale. Differentia enim licet secundum rem dicat quid, & substãtiam, tamen quantum ad modum dicit quale. Et hæc differentia, quæ est diuisiua generis, & cõstitutiua speciei, & completiua definitionis, & sic de differentia loquimur hic. Et sic patet de nominibus istis, quæ sunt genus species, & differentia quantum ad significantiã & conuenientiam, & differentiam.

Particulare, Indiuiduum, Singulare, Proprium, Accidens, Res naturæ, Suppositum, Hoc aliquid, Hypostasis

NVnc dicendum restat de nominibus secundæ intentionis, quæ conueniunt rebus omnium generum, siue substantiæ, siue accidentium, ut considerãtur in particulari. Vbi intelligendum, quòd sicut vniuersale dicitur respectu inferioris particularis, ita particulare dicitur respectu superioris uniuersalis. Habet autem particulare aliquando respectu ad naturam cõmunem, vt Socrates respectu hominis, & hæc albedo respectu albedinis in communi. Aliquando autem habet respectum ad naturam communem, & ad proprietates. Si ergo consideratur res in particulari prout habet respectum ad naturam communem sic importatur nomen secundæ intentionis, & vocat̃ particulare inquantum a natura communi exceditur, qui a natura communis in multis inuenitur, hoc autem particulare in uno solo. Si autem consideratur res in particulari per respectum ad naturam communem, & ad accidens uel proprietates, sic dicitur singulare, & indiuiduum inquantum est in se diuisum, singulare aũt inquantum, est diuisum ab alijs. Et sic ista tria differũt quia una, & eadem res dicitur particularis inquantũ exceditur a natura communi, sed indiuiduũ inquantũ est in se indiuisum, singulare vero inquantum est ab alijs diuisum. Ista autem tria nomina dicuntur tã de substantia, quàm de accidentibus, vt Socrates, & hæc albedo, & quodlibet est particulare indiuiduum, & singulare. Item quodlibet istorũ dicit̃ de toto, & de parte, quia Socrates, & pars Socratis, quodlibet est indiuiduum singulare, & particulare.

¶Nomen proprij, & nomen accidentis sunt nomina, quæ conueniunt rebus, vel consequunt̃ res, ut cõsiderant̃, vel in uniuersali, vel in particulari, in omni genere. Vbi intelligendum, quòd rei in omni genere cõsideratæ in uniuersali, vel particulari potest euenire aliquid, ꝙ nõ est de eius essentia, vel substantia, & hoc dupliciter. Vno modo sic, quòd non solum illi rei, sed pluribus alijs, sicut albedo Socrati, & Platoni, & sic tale eueniens dicitur accidens. Et tũ intelligendũ, ꝙ accidens vno modo dicitur illud, quod non est substantia rei, & est in re sicut in subiecto, nec per se existens, vel subsistens, nec dans esse rei nisi secundũ quid, & sic albedo est accidens, & ita dicitur accidens de nouem rerum generibus solum. Alio modo dicitur accidens illud, qd̃ non est de substantia, & intellectu rei, & tamen non est de ratione sua, quod sit in eo sicut accidens in subiecto, sed potest aliter se habere. Et isto modo inuenitur ratio accidentis in genere substantiæ, & sumitur pro extranea natura rei, & sic videtur accipere accidens Aristoteles in libro prædicamentorũ capitulo de relatione, quando dicit, quòd homo accidit seruo. Vnde etiam sic vestimẽtũ accidit Socrati, & qualitas quantitati, & differentia generi, & sic nomẽ secũdæ intentionis. Et definitur à Porphyrio, accidens est quod adest, vel abest præter subiecti corruptionẽ. In qua larga acceptione nomine subiecti vocatur illud cui tale, quid dicitur accidere, & sic ponitur ĩter quinque prædicabilia, Et si obijciatur, quod non videtur, quod unum nomen sit primæ, uel secundæ intentionis. Dicendum, quod imo, sic ut enim idem nomen potest esse æquiuocum, uniuocum, & analogum respectu diuersorum, ut priùs patuit. Ita idem nomẽ est prima intentionis, & secundæ, vt patet ī hoc nomine species, prout enim hoc nomen species dicit rei similitudinem, sicut species in speculo, vel oculo, est nomen primæ intentionis, sed pro ut nomine speciei importatur habitudo illa, quæ rei conuenit, intellige prout ꝑ dicabilis est de pluribus differentibus numero, est nomen secundæ intentionis. Si autem vlteriùs obijciatur secundum philosophum in primo physicorum, quod verè est nulli accidit, exponendum est de primo mõ, quia sicut nulla substantia accidit alicui, sed quantum ad secundũ modum, quod verè est alicui accidit. Alio modo potest aliquid alicui rei accidere consideratę in uniuersali, vel particulari, quòd non est de eius substantia, vel essentia, tamẽ sic sibi accidit, quòd vel nulli alij, vel non omnibus alijs ab eo, vel saltem omnibus eiusdem naturæ, & hoc dicitur proprium, ut ĩmitas Socrati, vel risibile homini. Dicitur autem proprium quadrupliciter, uno modo, quod inest soli, & nõ omni, vt esse medicum homini. Secundo, quod inest omni & nõ soli, vt esse bipedem Tertio quod inest omni, & soli sed nõ semper, vt canescere homini. Quarto quod inest soli speciei, & omni contento sub specie, ut risibile homini, & hęc dicitur propriè propriũ. Sicut aũt est proprietas speciei, & ita indiuidui, & istis proprietatibus dicitur indiuiduari, & continẽtur his verfibꝰ.

Forma, figura, locus, ſtirps, nomen, patria, tẽpus.

Hæc septẽ propria continet omnis homo.

Quamuis etiam aliqua istarũ proprietatum possunt esse communes diuersis indiuiduis diuisim acceptæ, tũ non omnes simul. Et ita patet differentia accidentis, & proprij: nam omne proprium est accidens, sed non econuerso. Verũ est tamen, quod aliquæ substãtiæ hẽnt modum accidentis, sicut differentiæ substãtiales, q̃uis sint substantia, vel de substantia rei: tamen, quia habẽt modũ proprij propriè, accepti, idcirco differentię substantiales, proprietates substantiales dicuntur, quia ẽt aliquod ꝓpriũ oriť aliq̃ ex principijs substãtialibus siue speciei siue indiuidui, ideo etiã tales ꝓprietates, q̃uis sint accidentia, ꝙa oriunt̃ a principijs substantialibus dicuntur proprietates substantiales per comparationẽ ad illas, quia sic non oriuntur, quæ dicuntur accidentales, Et hoc de proprio, & accidente dictum sufficiat.

¶Suppositum, & Hoc aliquid, sunt nomina secundę intentionis, quæ solum conueniunt his, quæ sunt de ꝑdicamento substantiæ. Nomina autem secundæ intentionis respectu rerum in vniuersali cõsideratum, non variantur quantum ad genus substantię, & accidentis ꝙa eodẽ modo diuiditur genꝰ, & spẽs, & hmõi de substantia, & accidentibus. Sed respectu rerum cõsideratarum in particulari nomina secundæ intentionis variantur. Nam aliqua nomina secundæ intentionis conueniunt particularibus substantiæ, quod nullo modo particularibus accidentium, sicut hoc, quod dico suppositum. Huius autem causa est duplex. Vna quidẽ ꝙa secundæ substantiæ, quæ sunt res cõsideratæ in uniuersali, magis videt̃ significare quale quid, quàm hoc aliquid, vt dicitur in prædicamentis. Et quia accidentale quid, i. quale magis, quàm hoc aliquid significãt, ideo eadem nomina conueniunt vniuersalibus substantiæ & accidentium. Sed particularia substantię significant hoc aliquid, quæ sunt primæ substantię, vt dicit ibidẽ philosophus, non autem particularia accidẽtium. Iõ specialibus nominibus secundæ intentionis particularia subnominantur. Item sunt nobiliora entia, & hẽt

nobiliorem modum essendi, & singularem, & ideo sin gularia nomina eis conueniunt, quæ eorum singulari tatē in entitate, & nobilitate, & modo essendi posſint exprimere, Hæc autem sunt duo. ſ. nomen ſuppoſiti, & hoc nomen. Hoc aliquid, quæ dicūtur ſic de particula ribus ſubſtātię, & nullo modo de idiuiduis accidētiū Horum autem nominum natura ſic videri poteſt, q̄ a particulare ſubſtantiæ habet duplicem ſui conſidera tionem. Vnam per reſpectum ad naturam communē cui ſubijcitur, quę natura per particulare ſubſiſtit, & ab hoc conditione impoſitur ſibi nomen, vt ſuppoſi tum dicatur quaſi ſub alio poſitum, vt Socrates poſſet dici ſuppoſitū reſpectu naturę humanæ, q̄ importatur in communi, & vniuerſali hoc nomine homo, habet nihilominus particulare ſubſtantię aliquam conſide rationem reſpectu ſui, inquantum non habendo reſpe ctū ad naturam communem conſideratur, quod pōt per ſe ſubſiſtere, in quo differt ab accidēte, & eſt quod dā ens completum per ſe habens eſſe cōpletū, in quo differt à parte, vnde habet rationē totī⁹. Et ab illis dua bus conditionibus, quę non ſunt indiuiduis acciden tium, particulare, vel indiuiduū ſubſtantię dr̄, & voca tur hoc nomine hoc aliq̄d, quaſi per ſe ens, vt quaſi p ſe aliquid exiſtens completum. Et ita patet, quod ſigni ficent in quo conueniunt, & in quo differunt hæc duo ſcilicet ſuppoſitum, & hoc aliquid.

¶Ad plenioꝛem horum notitiam ſciendum primò de ſuppoſito, quòd ſuppoſitum dicitur quaſi ſub alio poſitum, quia ſcilicet naturæ communi ſupponit. Sup poſitum enim dicitur reſpectu naturæ communis, cui ſubijcitur. Poteſt autem aliquid poni ſub alio in gene re ſubſtantiæ dupliciter. Vno mō ſicut inferiūs partī culare ſupponitur ſuperiori uniuerſali, in quo cōtinet natura cōmunis, vt Socrates homini, ita tū, q̄d inferi⁹ ſit per ſe ſubſiſtens, ſuperius aūt ſubſiſtat ſolū per infe rius. Et ſic eſt propria locutio de ſuppoſito, & ſic no me ſuppoſiti conuenit ſolū particularibus ſuppoſitis de genere ſubſtantiæ, & ſic loquitur hic de ſuppoſito Alio modo ſupponitur aliquid alteri, vt concretū ab ſtracto, & ſic ſupponitur homo humanitati, & tūc hō dicitur ſuppoſitum: humanitas autem dicitur natura. Et quia tam in genere ſubſtantiæ, quā in generibus ac cidentiū inuenitur cōcretum, & abſtractū in univerſa li, & particulari, iccirco ſuppoſitum, & nomen ſuppo ſiti ſic, acceptum pro concepto, & natura accepta, ꝑ abſtracto, conuenit particularibus generibus ſubſtan tię. Vnde dicimus, quòd Socrates eſt ſuppoſitum, quia accipitur in concreto, Socratietas eſt natura, quia ac cipitur in abſtracto. Conuenit enim in univerſalibus vnde ſicut homo eſt ſuppoſitum, quia accipitur in cō creto: humanitas autē natura, quia accipitur in abſtra cto. Idem eſt in generibus accidentium. Vnde accipiē do ſuppoſitum pro concreto, album erit ſuppoſitum albedo autem, quæ eſt abſtractum erit natura. Hæc au tem ſuppoſita cū nihil ſint niſi cōcreta ſunt in triplici differentia, ſicut ſuperiūs dictum eſt in capitulo de concreto.

¶Quantum autem ſecundo ad rationem, & modū huius nominis hoc aliquid Sciēdum, quòd aliquid in uentum eſt ſignificatiuū eſſentię, quę quidem eſſentia virtute huius pronominis demonſtratiui hoc ſignifi car, vt ſignata indiuidua. Significare enim hoc aliquid nihil aliud eſt, quàm ſignificare ſubſtantiam ſignatam & indiuiduatam. De cuius ratione ſunt duo. Primum eſt, q̄ poſſit per ſe ſubſiſtere, & exiſtere, & ideo ab eius ratione excluduntur accidentia, quæ non poſſunt per ſe ſubſiſtere, & exiſtere, ſed in alio. Et ideo nō poſſunt dici hoc aliquid. Secundum quod habeant eſſe com pletum ꝑ modum totius in aliquo genere, vel aliqua ſpecie ſubſtantiæ. Et ideo partes quantitatiuè, ut pes, vel manus in homine, vel partes formales, vt anima, & corpus excluduntur a ratione formali huius, quod eſt hoc aliquid: quia non habent eſſe per ſe completū, ſed in toto, quod tū intelligendum eſt quamdiu par tes ſunt in toto, & coniunctæ toti vel toto, quia de di uiſis à toto uel ſeparatis ab inuicem ſecus eſſet, ut di cit philoſophus in prædicamentis, pes, manus, & hu iuſmodi magis nominant partes ſubſtantiarum, quā ſubſtantias primas vel ſecundas, quia non participant naturam completæ alicuius ſpeciei. Et ideo nota, q̄d aliqua dicuntur hoc aliquid duplici proprietate, ſc3 quia poſſunt per ſe ſubſiſtere, & habent eſſe completū in aliqua ſpecie ſubſtantiæ ſicut indiuiduum, & ſic So crates dicitur hoc aliquid, & hæc eſt propria acceptio huius, quod dico hoc aliquid. Alia dicuntur hoc ali quid ab vnica proprietate. ſ. ab iſta, quæ eſt habere eſſe per ſe ſubſiſtens, licet non habeat eſſe completum in aliqua ſpecie ſubſtantiæ. Et hoc modo anima, quæ nō eſt ſpecies, ſed pars ſpeciei, ſcilicet humanæ, quamuis non habeat eſſe completum in ſpecie determinata: quia tamen a corpore ſeparata poteſt per ſe ſubſiſtere poteſt dici, & dicitur hoc aliquid Et idem poteſt di ci de partibus quantitatiuis ſeparatis à toto, quia tūc habent rationem totius, & per ſe exiſtentis, vt de pede vel manu abiſcis. Et quis in utriſque partibus deficit vna ratio huius, quod dico hoc aliquid: idcirco non ita propriè dicitur hoc aliquid de anima, vel de parti bus quantitatiuis actu a toto ſeparatis, ſicut de indi uiduis ſubſtantiæ habentibus eſſe completum in ali qua ſpeciæ ſubſtantiæ, & potentibus per ſe ſubſiſtere. Et ſic patet in quo differunt iſta duo nomina ſuppoſi tum, & hoc aliquid, & in quo conueniunt. Conueniūt quidem in hoc, quod utrunque tā ſuppoſitū, q̄ hoc ali quid dicunt indiuiduum in gñe ſubſtantiæ, ſed ſuppo ſitū dr̄ indiuiduū ſubſiſtens habēs eſſe cōpletū in ge nere ſubſtantiæ per reſpectū ad naturā cōmunē, q̄ in eo, & in multis alijs reperiť. Sed hoc aliqd ꝓpriè q̄tū ad duas cōditiōes dr̄ indiuiduū gñis ſubſtātię p ſe ſub ſiſtens hūs eē cōpletū in ſpecie ſubſtātiæ, vt Socrates. Sed m vnā cōditionē uero, & nō ita propriè dicit ſolū illud, q̄d i genere ſubſtantiæ pōt per ſe ſubſiſtere, q̄uis nō habeat in aliqua ſpecie eſſe cōpletū, ſicut aīal rōna le, in nullo autē iſtorū hoc aliquid dicitur per reſpe ctum ad naturam communem, Ex hoc apparet, quòd quamuis anima ſeparata poſſit eſſe hoc aliquid, tamē non poteſt eſſe ſuppoſitum aliquo modo, ſed ei com petit in coniuncto, vt ſit illud, quo ſuppoſitum ſubſi ſtit tanquam forma patris, ſcilicet corporis. Ex quo ēt patet, quod ſuppoſitum, & hoc aliquid non dicuntur de aliquo indiuiduo accidentium, nec de parte aliqua indiuidua alicuius totius in genere ſubſtantiæ, quam diu eſt coniuncta toti.

¶Ex hoc, & ex præcedentibus patet & breuiter col ligi poteſt conuenientia, & efficientia omnium nomi num ſignificantium indiuiduum tam in genere ſubſtā tiæ, quàm in generibus accidentium ſiue ſint nomina primę intentionis ſiue ſecundæ, quorum conuenien tia, & differentia dubitatio, vt communis in uſu con ueniunt eſſe poteſt. Et ſunt iſta. ſcilicet particulare, in diuiduum ſingulare, res naturæ, ſuppoſitum, hypoſta ſis, perſona, hoc aliquid, quia aliqua iſtorum cōmunia ſunt generibus ſubſtātiæ, & accidentium, ſicut iſta par ticulare, indiuiduum, ſingulare: tamen differunt rōne diuerſa. Nā licet eſſe particulare dicat̄ per reſpectū ad natura cōem, aliquod tamen dicitur per reſpectum ad naturam communem ſine reſpectu ad proprietates, & ad accidētia. Et quia ſic ſemp particulare a natura cō muni excedit̄, ideo ab iſta duplici conditione tam ſubſtan-

ſubſtantia, quàm accidentibus ſumptū eſt hoc nomē particulare. Aliquod autem particulare habet reſpectum ad naturam communem, & ad accidentia, & ad proprietates ſimul, & penes iſtum reſpectum ſumuntur iſta duo nomina, ſcilicet, indiuiduū, & ſingulare, ſed diuerſa ratione, quia indiuiduum dr̄ inquantum eſt in ſe iudiuiſum, ſed ſingulare inquantū eſt ab aliis diuiſum, & hō diuiſus conſortio, vel vita ab aliis ſingu laris dicitur. Sicut autem hæc dicuntur de ſubſtātia, & accidentibus, ita de toto, & de partibus. Alia autē di cuntur ſolum de indiuiduis generis ſubſtātiæ, & de to to, & non de partibus propriè, nec aliquo modo de ac cidentibus, ſed differenter ſic dicuntur, q̄a prout par ticulare ſubſtantiæ nō habet reſpectum ſed naturā cō munem pręcisè nominatur nomine primæ intentiōis, hoc ſcilicet nomine ſuppoſitum, inquantum ſuperiùs ſubſiſtit in eo, ſed inquantum conſiſtit, & habet eſſe completum, nominatur hoc nomine hoc aliquid pro priè, licet aliter largè dicatur de partibus ſeparatis. Vt autem particulare generis ſubſtantiæ habet reſpectū non ſolum ad naturam communem, ſed etiam ad ac cidentia, & proprietates, ſic tale particulare nominat̄ nomine primæ intentionis in omnibus ſubſtantijs hy poſtaſis, ſed in ſubſtātiis naturæ intellectualis propter dignitatem, & nobilitatem habent ſpeciale nomen, & dicuntur perſona.

Attributum.

VNum eſt ſpecialiter ignotum nomen, ſi & difficī lius, quòd dicitur attributum, quod ngulariter dicitur de indiuiduis, ideo de illo ſolo hic determino cuius vſus eſt apud theologos, ſecundum quod dicūt in Deo eſſe multa attributa, ſicut iuſtitiā, ſapientiā, & hmōi. Eſt ergo intelligendum, quòd nomen attributi ſumptum eſt à tribuendo, non abſolutè, ſed à tribuen do ab alio. Vnde attributum dicitur quaſi ab alio tri butum, vt cum aliquis illud, quod videt in aliquo at cribuit alteri, propter hoc, quòd ex illa re viſa, & cogni ta cognoſcitur aliquid eſſe tale in illo, cui illud attri buitur, ſicut ſi cognoſcerem leonem fortem eſſe, quia habet magna, & groſſa brachia, & cognoſcerem So cratem habere proportionaliter magna brachia. co gnoſcerem in Socrate eſſe fortitudinem, & ſibi illā at tribuerē, & ſic fortitudo attributa Socrati poſſet dici attributum. Ex his autem, quæ in creaturis cognoſci mus, aliqua talia eſſe i Deo tō ea, q̄ ex creaturis Deo at tribuimus, attributa Dei dicunt̄. Sciendum eſt tamen, quòd aliqua in Deo eſſe cognoſcimus ꝑ creaturas, ali qua verò à creaturis. Per creaturas cognoſcimus in Deo eſſe ſimplicitatem, & immutabilitatem, & hmōi, quæ nullo modo ſunt in creaturis, ſed ꝑ creaturas ea eſſe in Deo cognoſcimus. A creatura aūt cognoſcimus aliqua in Deo eſſe dupliciter. Vno modo ab eis, q̄ ſunt de eſſentia creaturæ, & ſic cognoſcimus in Deo eē ſub ſtantiam, & huiuſmodi. Alio modo ab eis, quæ uō ſunt de eſſentia creaturæ, ſed ſunt quædam accidentales ꝑ fectiones ſuperadditæ eſſentiæ, ſicut ſciētia, iuſtitia, & hmōi, & hoc modo cognoſcimus in Deo à creaturis eſſe ſapientiā bonitatē, & iuſtitiā, & hmōi. Prima, q̄ attribuuntur Deo per creaturas & in creaturis nō ſunt, non dicuntur attributa propriè, ſed ſolum larga nomi nis extenſione, quia non ſunt ab alio, ſed ſolū ꝑ aliud attributa. Similiter ſecunda attributa quamuis ab alio tribuantur; quia tamen dicuntur non ab alio, cum non attribuuntur quaſi aliquid ſuperadditum, propriè at tributa non ſunt. Tertia autem attributa ſolū propriè attributa ſunt. Ex quo patet, quòd tria dicunt̄ eſſe de ratione attributi propriè dicti. Primò, quòd ipſum, q̄d dicitur attributū habeat ſub ſe aliquid cui, vt ſubiecto fiat attributio, ſicut iuſtitia attribuitur homini. Secun dò, quòd ſit quid nobile, & ad nobilitatem pertinens, ſicut, quod meliùs, vel nobilius ſit habeas non habente. Tertiò, ꝙ aliquo modo inueniatur in creaturis. Pri ma conditio deficit in eſſentialibus, & in priuatiuè dī ctis. Secunda in his, quę dicūt imperfectionem. Tertia in illis, quæ non reperiunt̄ eſſe in creaturis, ſicut æter nitas, ideo relinquitur, ꝙ attributum dicatur ſolū de nobilioribus qualitatibus, vt ſunt ſapientia, iuſtitia, & hmōi. Et hoc de qualitatibus, & de noibus ſecundæ in tentionis qualitatem importantibus dictum ſufficiat, & de attributis ſic acceptis agitur in primo ſententia rum diſtinctione ſecunda.

Notio, Notionale, Relatio.

NOmine hoc notio à noſcendo dictum eſt, non quia noſcatur, ſed quia noſcendi, & cognoſcen di principium eſt, vt aliquid per aliquid cognoſcatur Et quia quędam relationes ſunt in diuinis, quæ ſunt principium cognoſcendi diuerſas perſonas, idcirco rationes dicuntur, de quibus vna cum quibuſdā aliis, vt habeatur notitia plenior. Sciendum, ꝙ notio, pro prietas, relatio eidem rei conueniunt, & idem aliqualī ter, ſunt realiter, vt paternitas eſt notio, proprietas, & relatio patris. Sed quantū ad aliqua differunt, & hoc tripliciter. Primò quantū ad rōnē ſignificationis, ꝙ ſic videri poteſt quamuis enim paternitas in patre eadē realiter exiſtens ſit notio proprietas, & relatio: tamē ratione diuerſa, quia notio dicuntur inquantum eſt principium formale innoteſcendi patrem. Dr̄ autem proprietas inquantum ſoli conuenit patri. Dr̄ autem relatio ſm̄ quod pater refertur ad filiū. Et ita, quāuis ſint idē realiter, tñ differunt illo mō quantū ad rōnem ſignificationis, Secundò differunt quantū ad ordinem intelligendi, q̄a cum nihil poſſit eſſe principiū innoteſcendi aliquid niſi ſit ſibi proprium, ideo intellectus ꝓ prietatis eſt prior intellectu notionis, vñ primò intel ligitur, vt proprietas, q̄ vt notio. Et quia nihil eſt pro prium alicui rei niſi ſit diſtinctum ab alijs, & indiuinis non ſit diſtinctio, niſi per oppoſitionem relationis in tellectum proprietatis, oportet, quòd præcedat intelle ctus relationis, & ſic quamuis paternitas ſit notio, ꝓ prietas, & relatio: tamen intellectus relationis ꝓcedit intellectū ꝓprietatis, & intellectus rōnis, & ꝓprietatis intellectū notionis in eodē realiter. Tertiò autem dif ferunt quantum ad numerū, quia notiones ſunt quin que, ſcilicet paternitas, filiatio, proceſſio, innaſcibili tas, & cōis ſpiratio. Harum autem quinq; notionū qua tuor ſunt tm̄ proprietates, quæ vni perſonæ per ſe tm̄ conueniunt, vt paternitas, innaſcibilitas conueniunt ſoli patri, filiatio aūt ſoli filio, & proceſſio ſoli ſpiri tui ſancto. Cōis aūt ſpiratio non poteſt dici propri etas niſi ſm̄ quid, cum ſit duorum, ſcilicet, patris, & fi lij. Harū aūt quinq; notionū quatuor ſunt tm̄ relatio nes, ſcilicet paternitas, filiatio, proceſſio, cōis ſpiratio Innaſcibilitas verò non eſt propriè relatio, niſi per re ductionem ſecundum ꝙ negatio reducitur ad genus affirmationis, vt non homo ad genus hominis. ¶ Scien dum eſt vlterius, quòd harum quatuor proprietatum aliquæ ſunt perſonales, & perſonę, aliquæ non ſunt perſonales ſed ſolum perſonæ. Perſonę, & perſo nales ſunt illę, quæ perſona ſoli perſonæ conueniunt, & ad modum differentiæ ſubſtantialis perſonam il lam conſtituunt, & iſtæ ſunt tres tantum, ſcilicet pa ternitas, filiatio, & proceſſio Paternitas enim ſoli pa tri conuenit, & patrem conſtituit. Eodē mō ſe habet filiatio ad filiū, & proceſſio ad ſpiritūſanctum. Inna-

scibilitas eũ soli patri ꝙuenit, sed ꝓsonã patris nõ cõstituit. Vñ q̃lis sit ꝓprietas ꝓsonæ, non tñ est ꝓsonalis. Proprietates aũt ꝓsonæ dicunt quatuor, sc̃z innascibilitas, paternitas, filiatio, & ꝓcessio. Cois aũt spiratio nõ est ꝓprietas, & ꝓ pns nõ est ꝓprietas ꝓsonalis, vel ꝓsona, quia nõ est vnius, sed duorũ sc̃z patris, & filij.

¶Ad hoc aũt, qđ in diuinis aliq̃d possit dici notio. tria regrunt. Primũ est, ꝙ ptineat ad originẽ, q̃a personæ solũ rõnibus originis distinguunt. ſm est, ꝙ pertineat ad dignitatẽ, q̃a ꝓsona est suppositũ distinctionũ ꝓprietate ad dignitatẽ pertinente. Tertiũ, ꝙ dicat aliquid speciale, quia cõe non potest esse principium sufficiens innotescendi alicui singulari, & speciali. Et hæ sunt tres conditiones de ratione notionis.

¶Prædictis oĩbus suppositis, faciliter p̃z istarũ notionũ numerus, & sufficiẽtia, q̃ sic sumit. Hoc quidẽ, ꝙ in diuinis ad originẽ ptinet pòt significari, vel affirmatiuè, vel negatiuè. Si affirmatiuè, vel dr̃ ſm rõnẽ principij, vt à quo alius, vel ſm rõnẽ eius, qđ est à principio, q̃ ab alio. Vtrũq; aũt istorũ dicit originẽ in cõi, vñ neutrũ pòt esse notio. Op̃z ergo, ꝙ determinet, quo ad speciale modũ originis q̃ nõ pòt esse nisi duplex, vt ꝓbat primo entẽtiarũ, sc̃z p modũ naturę, & p modũ amoris, & ſm vtrunq; habemus duas relationes. Vnã, q̃ designat rõnẽ principij, & aliam, quæ designat rõnẽ eius, quod ẽ à principio, & sic sunt quatuor notiones. Duæ, quantũ ad modum originis, scilicet paternitas, quæ designat rationem principij, & eius, a quo alius, & est in solo patre. Et filiatio, quæ designat rationẽ eius quod est à principio, & quod ab alio per modũ naturæ, & est in solo filio. Aliæ duæ sunt, quantum ad originem per modum amoris, scilicet communis spiratio, quę designat rationem principij, & a quo vel à quibus alius. Et sic est in patre, & filio, processio, quæ designat rationem eius, quod est ab alio, vel ab alijs, semper tñ per modum amoris, & sic est solum in spiritu sancto. Si aũt pertinens ad originẽ significetur negatiuè, tunc, vel negatur rõ principij, vel rõ eius quo est esse à principio. Si negatur ratio principij, non est ad dignitatem pertinens, & ideo non potest esse notio, scilicet non esse principium alicuius personæ diuinæ. Si negatur rõ eius, quod est principio, vel in speciali, vel in generali. Si in speciali non potest esse notio, quia quanto affirmatio est magis specialis, tanto negatio opposita habet magis de entitate, & magis ens, vt verbi gratia, sicut hæc affirmatio, hoc est hõ tanquam specialis, & hoc est animal tanquam generalis, magis habet de entitate non homo, quàm nõ animal, quia plura destruũtur non animal, quàm ad non hominem. Vnde nõ animal destruit hominem, sed non homo non destruit animal, vnde hæc est vera, quòd specialior negatio plùs habet de entitate, q̃ generalior, & quanto affirmatio est specialior, tanto negatio ei opposita habet plùs de entitate. Si autẽ negatur ratio eius, quod est a principio in generali, sic erit negatio specialis, & ad dignitatem pertinens, faciens notionem patris, & erit innascibilitas per priuationem natiuitatis, qua importatur non ab alio.

¶Notionale se habet ad notionem sicut se habet in notionale ad innotionẽ. Et rõ satis potest haberi expotio vocabuli ex dictis de innotionali, sed vt fiat amplius manifestum sciendum est, quòd notionale est de nominatiuum. Denominat aũt tria. Primò ipsas notiones, de quibus primo dictum est, & hęc denominatio ẽ denominatio essentialis, & sic paternitas filiatio, &c. dicuntur aliquid notionale. Secundò dicunt actus notionales illi, qui egrediuntur à persona habente notionem, vel terminãt ad personã habentem notionem, ꝓut respicit notionem, & sic respectu patris generare est actus notionalis, respectu filij generari, respectu spiritussancti spirare, & sic de alijs. Tertio dicuntur notia, & verba notionalia: Nomina quidem, quæ significant prædictas quinq; notiones, & sic paternitas est nomẽ notionale, & sic de alijs. Verba notionale, q̃ significãt actus p̃dictos, & sic generare, & spirare sunt verba notionalia & sic de alijs. Non occurrit mihi aliquod notionale alicuius secundę intentionis ad alia genera pertinens de quo ſm intentionem propositam aliquid sit dicendum, & ideo finem dictis de talibus secundis intentionibus ponimus, & dicendis. Nec aliquem moueat, quod hęc notia attributum, notio, notionale inter secundas intentiones posui, quia quamuis sit disputabile vtrum ad primas, vel secundas intentiones pertineant, non est magna vis faciendа: in hoc tamen maiorum, & plurium sententiam sum sequutus.

Oratio, Enunciatio, Definitio, Quæstio, Propositio, Præmissa, Conclusio, Argumentum, Sylogismus, Inductio, Enthimema.

ORõ est vox significatiua ad placitũ cuius partes separatæ aliquid significant, vt homo currit. Istarum autem orationum, alia est perfecta alia imperfecta. Et est illa perfecta, quæ perfectum sensum generat in animo auditoris, cuius partes ipsam componentes sunt nomen, & verbum, vt homo currit, vel homo est asinus. Alia est imperfecta, quæ imperfectum sensum generat in animo auditoris, vt homo, asinus. Et hæc nõ est propriè oratio. orõ aũt est genus respectu omnium complexorum. Vnde orationum, alia enunciatio, alia quęstio, alia propositio, &c.

¶Enunciatio autem quæstio, propositio, præmissa, & conclusio idem sunt realiter, sed differunt rõne. Dr̃ enim enenciatio cum absolutè sumitur, & pronunciatur, vt homo est albus. Quæstio quando per modum interrogationis ab opponẽte proponitur, vt si homo est albus. Dr̃ aũt propositio, vt sumitur ad aliquid cõcludẽdũ, vt sic oĩs homo est albus, & Socrates est hõ, igitur Socrates est albus. Et ipsa propositio inquantũ assumitur ad inferendum conclusionem dicitur præmissa esse, inquantum in ordine syllogistico præcedit conclusionem. Dicitur autem cõclusio, inquantum syllogismẽ concluditur ex præmissis, sicut habens colorẽ disgregatiuum, visus est albus, homo est huiusmodi, igitur homo est albus. Et ista sunt eadem renunciatio, quæstio, propositio, præmissa, & conclusio, respectu quorum oratio est genus, tamen hęc nomina eidem conueniunt diuersis respectibus.

¶Definitio autem est oratio quid est esse significãs, id est, indicans, & dicens naturam rei. Hoc autem potest fieri dupliciter, vno modo per essentialia rei, & sic datur per genus, & differentias proximas, & tunc habet ꝓprie rationem definitionis. Et sic tota species definitur. Alio modo datur per proprietates accidentales: quia enim multa non habent differentias essentiales sicut ens. In habentibus aũt autem non sunt nobis notæ, ideo circumloquimur eas, & ꝓ proprietates accidentales declaramus rei naturam. Et tunc non habet rationem definitionis propriè, sed vocatur descriptio. Et sic potest competere omni rei, de qua potest haberi aliqua cognitio. Quamuis autẽ ſm philosophum definitio vocet terminus, & aliquo modo debeat dari sine copula, vt patet secundo posteriorum, nihilominus, quia datur ex genere, & differentia quantum ad definitionem propriè dictam, vel ex aliquibus loco generis, & differentiæ, quantũ ad descriptionẽ, & cum sit etiam aliqualiter pertinẽs ad genus orationis, iccirco inter complexa vtrũq; posui. Et ita patet omnium prædictorũ significantia, & differentia,

via, sc̃z orationis, quæ genus est ad cætera, & oĩm suarum specierũ, scilicet enunciationis, quæstionis, propositionis, præmissæ, & conclusionis.

¶Argumentum autem dr̃ ratio rei dubię faciens fidem secundum Boethiũ in topicis. Potest autem clariùs definiri, quia augmentum est oratio probatiua alicuius dubietatis. Est aũt argumentum ſpecies orationis, & genus respectu syllogismi enthimematis inductionis, & exempli. Omnibus autem istis modis potest aliquis argumentari ad propositum. Hic aũt videndũ est quoties dr̃ argumentum. Et dicendum est, quòd tribus modis. Vno enim modo dr̃ processus rationis a notis ad ignota. Et sic accipitur in dicta definitione, & quia totus processus syllogisticus habet virtutem ex medio, in quo continetur virtualiter ipsa tota conclusio breuiter, & succinctè, inde tractũ est nomen argumenti ad hoc, vt quædam breuis prælibatio futurę narrationis virtute eam continens, & succinctè argumẽtum dicatur. Et sic in Biblia sæpè accipit argumentũ, maximè in epistolis Pauli, vbi ante epistolã post proemium ponitur prælibatio, breuis, quæ dicit argumẽtum, & quia per processum rationis virtute medij, & virtute luminis naturalis fit manifestatio rei. Iõ ꝓtractũ est nomen argumenti ad lumen manifestans, sicut dicit apostolus Ephe. quinto, quia oĩa, quæ arguuntur a lumine manifestantur. Et ad istam manifestationem maximè repræhensiuam vitiorum, & sic dicitur ad Thi. 4. Argue, obsecra, increpa, &c.

¶Sillogismus est oratio in qua quibusdã positis, & concessis, sc̃z duabus prẽmissis, necesse est aliud euenire, scilicet conclusionem per ea, quæ posita sunt, & cõcessa. Quamuis aũt in syllogismo sint tres orationes, tñ dr̃ vna oratio, non vnitate indiuisibilitatis sicut punctus, sed vnitate perfectionis, & ordinis sicut, & mundus. Syllogismorũ aũt tria sunt genera, quia alius est demonstratiuus, sicut conclusionis, vt hic, oĕ animal rationale est risibile, omnis hõ est animal rationale, igitur omnis homo est risibilis, & de isto determinatur in libro posteriorum. Alius est dialecticus, vel topicus siue probabilis, vt hic. Comptus est adulter, Petrus est comptus, ergo est adulter. Et de hoc agitur in libro topicorum. Alius sophisticus siue elenchus, & iste ꝓcedit ex patentibus tñ sine existentia, vt omnis canis est latrabilis, cęleste sidus est canis, igitur cęleste sidus est latrabile, & de hoc agitur in li. elenchorum.

¶Enthymema est syllogismus truncatus, in quo infertur festinata conclusio. Et dr̃ ab en, quòd est in, & thymos, quòd est mens, quia opponens im mente retinet alteram præmissarum, vt hic. Socrates est homo, ergo est animal. Hic enim in mente retinetur maior propositio, hæc scilicet, omnis hõ est animal, qua posita esset perfectus syllogismus, sic: Omnis homo est animal, Socrates est homo, igitur Socrates est animal.

¶Inductio est progressio ab omnibus partibus simul sumptis, siue à singularibus sufficienter enumeratis ad vniuersale, vt hic Socrates currit, Plato currit, & sic de alijs, igitur omnis homo currit.

¶Exemplũ est ab vno simili ad aliud simile, progressio, vt hic, in naue regenda non Socrate. sed arte rector eligendus est, ergo, & in scholis regendus.

Dici per se, de omni, Dici de nullo, Reduplicatio.

PRæpositio per, habitudinem causæ designat, & interdum etiam situm, sicut existens solitarius dicit esse per se. Causæ autem habitudinem designat. Quandoq; quidem formalis, vt cum dicimus, quòd corpus viuit per animam. Quandoq; autem materialis, vt cum dicimus, quòd homo est corruptibilis per corpus. Quandoq; autem significat habitudinẽ causæ extrinsecæ, & præcisè efficientis, vt cum dicimus aqua calefcit per ignem. Sicut aũt præpositio per, denominat habitudinem causæ quando aliquid est causa eius, qđ est extrinsecus, & attribuitur subiecto, ita, quòd qñ subiectum, vel aliquid eius est causa, quòd attribuitur subiecta, ita quandoq; subiectũ eius est causa, quòd attribuitur rei, & hoc significat hoc, quod dico aliquid est causa per se. His suppositis patet, quomodo accipiũtur quatuor modi dicẽdi per se, quos Philo. primo posteriorum assignat. Primus est, qñ illud, quod attribuitur alteri est causa eius formalis, & hoc modo definitio, & partes definitionis essentialis dicuntur essentialiter de definito, primo modo dicendi per se, vt animal & rationale de homine. Secundus modus est, ꝙ hæc præpositio, Per, denotat habitudinem causæ materialis, prout scilicet illud, cui aliquid attribuitur est proprium subiectum ipsius, & specialiter accipiendo materiam in qua sc̃z Et quia subiectũ ponitur in definitione accidentis aliquando in abstracto, vt simitas est nasi curuitas. Aliqñ in concreto, vt simus, est nasus cuius. Iccirco generaliter secundus modus dicendi per se est, quando subiectum ponitur in definitione prædicti, quod est proprium accidens eius, & sic par, & impar ꝓ se dicunt de numero, & risibile de hoĕ. Tertius modus per se est, prout per se significat solitariũ qđ, vt cum dicimus Socrates est per se, & iste modum tolum conuenit primis substantijs, & partibus siue suppositis de genere substãtiæ, & iste modus est magis modus essendi, q̃ dicendi. Quartus modus dicendi per se est, qñ hæc suppositio per designat habitudinem causę efficientis, vt cum dicimus aqua calescit per ignem, & isti modi dicẽdi per se primus, secũdus, & quartus, sunt quædam conditiones eorum, quę contẽplatione dicũtur, tertius autem est magis modus essendi, quàm dicendi, vt dictum est.

¶Dici de oĩ est qñ nihil est sumere sub subiecto de quo non dicatur prædicatum, vt cum dr̃ oĕ animal est substantia: nihil enim potest sumi sub animali de quo substantia non dicatur. Econuerso autem dici de nullo, est qñ nihil est sumere sub subiecto à quo non remoueatur prædicatum, vt cum dr̃ nullum animal est lapis: ibi enim nihil est sumere sub animali, à quo non remoueatur prædicatum, quod est lapis.

¶Reduplicatio aũt est quædam conditio posita in propositione reddẽs causam quare prædicatum inest subiecto. Hæc autem habet fieri per hoc vocabulũ ſm quod vel inquantum, vel prout, vt cum dr̃ hõ inquantum est homo, vel hõ prout est hõ, vel homo, ſm quod hõ est rationalis. Et quia omnes tales reduplicationes eiusdem naturæ sunt, iccirco de conditione duplicationis in genere in vna solum exemplificando aliquid dicendum est. Sciendum ergo, quòd cum hoc, quod dico secundum quod, vel quamuis alia reduplicatio reduplicet illud, per quod prędicatum inest subiecto, & conuenit soli oportet, quòd aliquo modo illud, quod reduplicatur sit idem subiecto, & aliquando sit idem prædicato, sicut medius terminus in syllogismo affirmatiuo habet operationem ad prædicatũ sicut ad illud, quod sequitur ad ipsum: ad subiectum autem comparatur sicut illud, quod aliquo modo in subiecto includitur. Experimur autem, quod in subiecto ista includitur. ſ. substantia subiecti, & accidentia & causæ, & ideo ſm quodlibet istorum potest fieri reduplicatio in propositione: substantia autem subiecti est, & ipsum subiectum, & natura eius, & secundum quodlibet istorum potest fieri duplicatio, vt verbi gratia: potest enim homo per reduplicationem præce-

dentium aliquid attribuit rõne causarũ,& principiorũ, & sic quantũ ad cãm materialẽ dicimus, quòd hõ inquantũ cõpositus ex ꝓrijs est corruptibilis, quantũ ad cãm formalẽ,quòd hõ inquantum habet aĩam rõnalẽ est ad imaginẽ Dei.Quantũ ad causam efficientẽ dicimus,ꝙ Petrus inquantũ filius Socratis est eius hæres. Quantũ ad finalẽ dicimus,ꝙ hõ inquantũ est ad beatitudinem ordinatus,oportet,ꝙ sit immortalis quantũ ad animã. Si autẽ attribuitur homini aliquid ratione accidentium,sic dicimus,quòd hõ ℈m quod coloratur est visibilis.Si aũt aliquid attribuitur homini ratione suppositi,sic dicimus,quòd Socrates secundum quod Socrates est indiuiduum.In hoc igitur terminatur tota secunda pars libelli,in qua est de pertinentibus ad primas,& secundas intentiones.

Nomina, quæ diuinis conueniunt.

VUm res non nominemus nisi ſcm̃ qd̃ eas cognoscimus(sunt em̃ voces signa earum, quæ in aĩa sunt passionum, vt dr 1.Periher.)idcirco nunc videndũ est de noibus diuinis appropriatis.Sciẽdũ itaq;,ꝙ ois nostra cognitio ortum habet a sensu,cũ igitur Deus non cadit sub sensu, sed solum creaturæ,Deus in statu viæ cursu naturæ à nobis cognosci non põt,nisi ꝑ creaturas eo mõ, quo cã cognoscit ꝑ effectũ.Et hãc viã posuit Apostolus Roma.1. Inuisibilia Dei ꝑ ea,q̃ facta sunt intellecta conspiciunt sempiterna quoq; eius virtus,& diuinitas.scm̃ autem Dionysiũ.7.ca.de diui.noibus,tribus modis ꝑ creaturas venim⁹ in Dei cognitionẽ,ſ3 via causalitatis, eminẽtiæ,& remotionis Et huius rõ simul cũ sufficientia sic sumitur, quia esse creaturæ est ab altero,vnde secundũ hoc dicimus in causam,à qua est Hoc aũt põt esse dupliciter,aut quantũ ad illud,quod receptũ est,& sic ducimur ꝑ modũ causalitatis.Aut quantũ ad modũ recipiendi,& hoc dupliciter,ꝙa vel amouemus à Deo qcquid perfectionis est in creatura,& sic est via remotionis Et ſcm̃ ꝙ illud,quod est receptũ in creatura ꝑfectiũs,& nobiliũs est in Deo,& sic est via tertia.ſ. eminẽtiæ.Per viã ergo causalitatis Deũ cognoscimus sic arguendo Oẽ,quod hẽc esse ex nihilo op3,ꝙ sit ab aliquo aliquo,à quo suũ esse fluxit,sed oẽs creaturæ hñt esse ex nihilo,ꝙ patet ex earũ imperfectione,& possibilitate,ergo oportet,ꝙ sint ab aliquo vno primo non creato,& hoc Deũ dicimus.Et de hoc dicit glo. Ambrosij super epistolã ad Roma.ca.primo.Vt Deus,qui natura inuisibilis est,ét à visibilibus posset sciri,opus fecit, ꝙ opificem sui visibilitate manifestaret,vt per certum incertum posit sciri,& ille crederet Deus oim,qui hoc fecit,quod ab hoie impossibile est fieri.Per viam autẽ remotionis procedimus sic,quia vltra omne imperfectum oportet esse aliquid perfectum,cui nulla imperfectio admisceatur,sed omne corpus est quid imperfectum,quia est terminatum,& finitum suis dimensionibus,ergo vltra omne corpus oportet ponere aliquid quod non sit corpus,quod spiritum dicimus incorporeum.Omne autem corporeum est mutabile , & de sui natura est imperfectum:ergo vltra omnes spiritus mutabiles,scilicet animæ,& angeli, oportet esse aliquod ens incorporeum immutabile,& omnino perfectum,quod Deum dicimus.Et de hoc dicit Augustinus 8.de ciuit.Dei ca.8.Viderũt summi philosophi nullum corpus esse Deum,& ideo cuncta corpora transcenderunt quærentes Deum:viderunt enim quicquid mutabile est non esse summum Deum.omniumq; principium,& ideo omnem animam,mutabilesque species transcenderunt.Deinde viderunt omne,quod mutabile est non posse esse nisi ab illo , qui incommutabiliter,& simpliciter est.Intellexerunt ergo eum omnia omnia ista fuisse,& à nullo alio fieri potuisse.¶Per viã aũt eminentię in essendo sic procedimus, bonum, & melius dicuntur in comparatione ad optimum,sed in creaturis,& substantijs corpus inuenitur bonum,spiritus melius,in quibus tñ non est bonitas à semetipsis, igitur oportet dare aliquod optimũ,à quo sit bonitas in vtroq;,hoc est Deus Et de hoc dicit Augustinus libro sexto de ciuit.Dei,& est in glo.roma.pri.Considerauerunt philosophi quicqd est in substantijs,vel corpus esse,vel spũm,melius spũm esse,quàm corpus, sed longè melior est,qui fecit spiritum,& corpus , & hũc Deũ dicimus.Sic ergo patet quomodo in diuinorum cognitionem deueuimus,quia per creaturas , & per eas tripliciter,quia via causalitatis,via remotionis, & via eminentiæ.Et hæc tria sumuntur secundum tria in creaturis reperta.nam omnis creatura est ens productum de nihilo ab alio.Inquantum autem est ens , aliquã perfectionẽ importat:quia productũ ab alio causam efficientẽ hẽt,qa verò de nihilo vertibile est in nihil substracta influentia conseruantis.Via ergo eminẽtiæ inuestigandi Deum sumitur à prima conditione, via causalitatis sumitur à secunda,via remotionis sumitur à tertia.Quod aũt dr de cognitione diuinorũ, intelligendũ est de cognitione naturali , & per viam naturalis inuestigationis Per fidem autem, & lumen fidei aliter in cognitione diuinorum venimus , quia ꝑ dicta sacræ scripturæ credimus ex auctoritate dicẽtis, ꝙ est Deus,& sic ipsum credimus trinũin ꝑsonis, vnũ in essentia,quod nullo mõ possumns cognoscere ratione naturali.Et ita patet quomodo Deum cognoscimus in ratione naturali,& per fidem.

¶Communis distinctio est, quòd de re aliqua põt haberi duplex cognitio,scilicet quid rei,& quid nominis,vt ergo pateat hæc distinctio,notandum est,ꝙ põt capi,vel ex parte rei,vel ex parte nostri.Si ex parte rei, hoc põt esse tripliciter,vno mõ cõparãdo entia realia ad illa,quæ non habent entitatem realem,vt cælũ terra,& huiusmodi dicuntur non solum habere,quid nominis,sed ẽt quid rei.Non habentia autem realem entitatem,vt figmenta,priuationes,& huiusmodi dicunt habere solum quid nominis. Et talium fit notitia ũm ad quid nominis.i.quid est illud, quod significatur ꝑ nomen.Secundo modo potest distingui quid rei contra quid nominis accipiendo in eadẽ re,vt dicat quid rei illud,quod pertinet ad essentialia,quid aũt nominis illud,quod ꝑtinet ad accidentalia,ita quòd vtrũq; tam,qd rei,q̃ nominis accipiat realiter,tñ vnũ in essentialibus,aliud in accidentalibus.Et sic res dr cognosci quantum ad quid rei,quando cognoscitur definitio eius essentialis,quantum ad quid nominis qñ cognoscitur aliqua eius discreto solum accidentalis.Tertiò potest intelligi, vt dicatur res cognosci quantum ad quid rei,cognitione speciali distincta,& perfecta, quantum aũt ad quid nominis,qñ cognoscitur cognitione confusa generali,& imperfecta.¶Ex parte autẽ nostri potest intelligi etiam respectu illorum,quę verã entitatem habent tripliciter.Vno modo , vt dicatur fieri de aliqua re ex parte nostri quid nominis quando solum scitur quid significatur per nomẽ. Quid aũt rei qñ sciur sua quidditas seu natura perfectè.Sed potest intelligi hæc distinctio vt dicatur sciri de re quid nominis,quando solum scitur quid importatur per nomen, ignoratur tamen an talis res per nomen significata sit in rerum natura vel non.Quid aũt rei qñ scitur non solum quid importatur,per nomen, sed ẽt quod talis res per nomen significata est in rerum natura.Tertiò põt intelligi quid nominis ꝙ quid rei, vt diceret scire q̃d nois,qñ scit de re solũ,ꝙ est in rerum na-

natura, nescitur tamen quid est talis res. Et sic solũ res scit,ꝙ est res, aut diceret scire,qd rei,qñ sciret nõ solũ qa est,sed etiam,quid realiter, & qd essentialiter res ẽ vt si nõ solũ scirẽ,qa hõ est, sed qd est homo, qa animal rationale.Sic ergo patet, quòd potest intelligi distinctio de cognitione rei quantum ad quid rei,& nominis,& tam ex parte nostri,quàm ex parte rei.

¶Istis suppositis dicendum est, quid de Deo cognoscere possumus.Accipiendo itaq; qd nominis ꝑ eo,qd̃ est scire, quid per nomẽ importatur uel ꝑ cognitione confusa,uel pro cognitione quorundam,quæ per modum proprietatem accidentalium Deo insunt,uel pro cognitione actualis existentiæ,statim patet, ꝙ de Deo cognoscimus,quid nominis: nam de Deo cognoscim⁹ quid importatur per hoc nomen Deus,quia secundum Anselmum:illud,quo magis cogitari non potest. Cognoscimus etiam confusè quid est, quia substantia spiritualis omni imperfectione carens.Cognoscimus etiã quia bonus,iustus,& misericors. Cognoscimus etiam, quia est in rerum natura actu existens, nec solum fide, imo naturali ratione,& sic patet,quòd de Deo cognoscimus,quid est quantum ad quid nominis. Accipiendo autem,quid rei pro uera entitate,& talis entitas est in rerum natura uel pro quidditate & natura rei in ge nerali,sic de Deo scimus,quid est.Sed accipiẽdo qd̃ rei pro distincta,& perfecta cognitione rei,sic de Deo nescimus,quid rei, unde cum uenitur ad ꝑfectã cognitionẽ Dei,& distinctam,magis scimus,quid non est,quàm quid est propter,quod dicit Dionysius secundo capite cælestis hyerarchiæ,quòd negationes de Deo sũt ueræ affirmationes autem incompactæ. Magis tamen uenimus ad perfectam cognitionem, quid Deus est per fidem,quam per rationem: nam per fidem cognoscim⁹ Deum trinum,& unũ, ad quod nullo modo pertingit ratio naturalis. Sic ergo patet quomodo de Deo cognoscimus,quid nominis uel quid rei.Causa aũt quare in speciali non possumus cognoscere quid rei determinatè de Deo est,quia nullus effectus in determinatã & perfectam cognitionem causæ ducere potest,nisi totam uirtutem causæ coæquet.Deus autẽ nõ cognoscitur nisi sicut causa per effectus,qui nullo modo possũt uirtutem causæ adæquare,imo distant in infinitum. Ex quo sequitur,quòd de Deo,quid est,perfecta,& distincta cognitione scire non possumus.

¶ Deus autem ut priùs patuit per creaturas cognoscit multis modis,ſ. uia causalitatis, eminentiæ,& remotionis,ſequtur quòd omnibus modis istis in generali,& pluribus sub istis in speciali De⁹ a nobis sit nominabilis.Nominatur ergo nominibus ad causalitatẽ pertinentibus secundum quod sunt multi actus eius,& effectus,unde quia creat dicitur creator, quia saluat dicitur saluator,& sic de aliis.Nominamus etiam eum nominibus remouentibus imperfectionem,quæ respiciũt uiam remotionis,& dicimus , quod est increatus, immensus,infinitus, incommutabilis , & ut communiter talia nomina sunt negatiua. Nominamus etiam eũ nominibus respicientibus uiam eminentiæ,& dicimus eũ esse intelligentem,uolentem,sapientem,& omnipotentem. Et quodlibet modo istorum nominum in exprimendo pertinentia ad dictam maiestatem usus est Innocẽtius tertius,extra de sum.tri.& fi.catho.in capitulo Firmiter credimus,ut patet intuenti. Patet ergo qd̃ Deus ex creaturis potest multipliciter nominari.

¶ Nomen præterea dicitur propriè rei aliter conuenire,quando in re illa est illud realiter,ad quod significandum nomen est primò,& directè impositum , sicut ridere primò,& directè est impositum ad significandũ determinatum actum , qui in solo homine inuenitur. Nomen autem dicitur metaphoricè transumptiuè uel similitudinariè cõuenire alicui,quando res ad quam significandam nomẽ est primò,& indirectè impositum , non est in alio, sed est solum in illo quædam similitudo uel proportio,sicut in prato non est ille actus ad quem significandum ridere directè,& primò est impositum , sed in eo est,quædam similitudo uel proportio,qa floritio prati prætendit quandam iucunditatem , sicut risus signum est iucũditatis in homine.Ex hoc igitur patet quomodo aliquod nomen conuenit alteri rei proprie,uel metaphoricè.

¶ Ad qd̃ dico proprium potest sumi dupliciter.Vno modo prout diuidit contra commune, & sic hominis est proprium ridere,sentire autem non,sed est commune homini,& aliis animalibus. Alio modo potest accipi proprium,prout diuiditur cõtra metaphoricum , & sic ridere propriè inest homini,metaphoricè autem cõuenit prato. Quando ergo quæritur utrũm aliquod nomen Deo propriè conueniat,aut loquimur primo modo accipiendo proprium,prout diuiditur contra commune,& sic accipiendo proprium pro definitiuo,prout dicitur perfectio,& quasi definitio,ita quòd significet diuinam essentiam,& secundum propriam,& perfectam eius naturam, sic animal rationale est proprium homini,sic dicendum est,quòd non.Cuius est ratio qa Deum nominamus sicuti ipsum cognoscimus, & intelligimus,sed Deum non cognoscimus in speciali, & ꝑpriè quantum ad determinatam, & distinctã cognitionem,quod est definitiuè,ut priùs patuit , ergo &c. Nõ ergo proprium,prout diuiditur contra commune,cõuenit Deo absolutè loquendo,nec Deo aliquod nomẽ propriè conuenit accipiendo proprium,prout diuidit contra commune,& sub isto sensu loquitur Dionysius primo capitulo de diuinis nominibus dicens. Omnib⁹ autem incõprehensibilis est,& neq; sensus eius est,neq; fantasia,neq; opinio,neq; nomẽ,neq; sermo,neq; tacti⁹ neq; scientia.Et eodem modo loquitur auctor libri de Causis propositione quinta dicẽs.Causa prima supior est narratione,& deficiunt linguæ à narratione eius.Si autem accipiatur proprium prout diuiditur cõtra metaphoricum,sic dicendum est,quòd quædam propriè, quędam metaphoricè Deo conueniunt, ubi opus est duplici distinctione. Prima est , quòd nomina possunt considerari dupliciter,uel quantum rem ad significatã, uel quantum ad modum significandi.Secũda est,ꝙ nomina sunt in quadruplici differentia,quia quædam important imperfectionẽ in suo formali significato,sicut esse creatum, esse mortale, esse corruptibile, & huiusmodi.Alia uuut,quæ important exclusionem imperfectionis creaturarum,sicut infinitas excludit finitationẽ potentię mutabilis dependentia naturæ. Vel importãt perfectionem in tali gradu, qui nullo modo conuenit creaturæ, sicut omnipotens , æternus, & huiusmodi. Alia sunt,quæ importãt ꝑfectionẽ absolutè, nõ secũdũ aliquem modum determinatum Deo,uel creaturis, sicut esse cognoscere,& huiusmodi.Alia sũt,quę important perfectionem,sed cum determinato modo,ꝙ modus solum cõpetit creaturis, ut sentire,esse agnum,leonem , & huiusmodi. His suppositis si quæraẽ,an aliqua nomina Deo conueniant propriè,& quæ , dicendũ est iuxta primam distinctionem , ꝙ uel loquimur quãtum ad modum significandi,& sic nullum nomen cõuenit Deo propriè, quia omne nomen quantum ad modum significandi sequitur modum essendi repertum in creaturis,& quædam conueniunt creaturis, quæ nullo modo conueniunt Deo. Si autem loquamur quãtum ad significatum , sic respondendum est iuxta distinctionem secundam,quia uti loquimur de nominibus importantibus in formali significato imperfectionẽ , & talia nõ propriè,nec metaphoricè conueniunt Deo præcisè,ut

esse

esse mortalem,corruptibilem,& huiusmodi,ut de se patet.Dico autem præcisè,propter assumptam humanitatem in filio,ratio cuius conueniebat esse mortalem. Si autem loquamur de secundo genere nominũ,quæ scilicet important determinatã perfectionem modo determinato cõuenienti Deo soli,uel important exclusionem omnia perfectionis creaturæ,ut æternus,omnipotens,& huiusmodi quantum ad primum infinitus, immutabilis quantum ad 2m,sic dicendũ est,ꝙ hæc Deo propriè,& nõ metaphoricè,& soli conueniunt.Et hui⁹ ratio est,quia illa Deo propriè,& soli cõueniunt, quæ sunt imposita ad significandum directè,& primò illud quod in Deo solo est,& talia sunt huiusmodi, igĩ &c. patet discurrendo per singula.Si aũt loquamur de nominibus importantibus perfectionem absolutè, quæ sunt nomina tertii generis,ut intelligere, & huiusmodi.Sic dicendum est,quòd cum res significata per talia nomina directè,& realiter sit in Deo quòd,& talia propriè de Deo dicuntur. Et posset formari ratio eo modo quo priùs,amota dictione exclusiua solum. Si uerò loquamur de quarto genere nominum, quæ l. important determinatam perfectionem solis creaturis conuenientem,ut est sentire, esse agnum, esse leonem, & huiusmodi.Et sic dicendum est, quòd talia Deo conueniunt propriè, sed transumptiuè, quia res per talia nomina significata non est in Deo, sed aliqua eius similitudo, unde dicitur Deus similitudinariè sentire, qa cognoscit singularia:dicitur enim leo,qa est fortis,agn⁹, quia mansuetus,ignis quia uindicando iniquitatẽ consumit & sic de aliis. Ex his igitur patet in quodã generali,q̃ & quomodo nomina Deo, & diuinis ꝓpriè uel metaphoricè cõueniant. Et quod dictum est de nominibus intelligẽdo dicendũ de participiis,uerbis,& aliis dictionibus quantum ad dicta,& quantum ad dicẽda.

¶ Nomina præterea Deo,& creaturis cõuenientia nõ dicuntur prædicari uniuocè,nec purè prædicari equiuocè de Deo & creaturis,sed quasi medio modo,l. analogicè,& proportionaliter. Quid autem sit equiuocum, uniuocum,& analogum dictum est priùs, probatur ergo propositum tali ratione.Plus distat Deus, & creatura in entitate,in nobilitate,& perfectione, quàm substantia,& accidens,sed ratione distantiæ in entitate, in nobilitate,perfectione nihil commune substantię,& accidẽti dicitur uniuocè de eis prædicari,sed solum analogicè,ut patet quarto metaphi. propter quod ens cõmune utriq; analogicè dicitur,ergo multo fortiùs nomina,quæ Deo conueniunt, & creaturis non uniuocè sed analogicè de utroq; dicuntur. Et ita docet doctor communis in pluribus locis,& specialiter in prima parte q.3.articulo nono.

¶ Videndum est,nunc cum analogum per priùs dicatur de uno,quàm de alio,de quo per priùs dicãtur talia de Deo uel creatura Ad hoc dicendum,quòd oportet præmittere duplicẽ distinctionẽ.Prima est,quòd sicut priùs patuit,nomina quædam propriè, quædã metaphoricæ Deo conueniunt.Secunda, quòd in nominibus attenduntur duo, scilicet significatum, & modus significandi.Quo uiso dicendum, quòd omnia nomina, quæ solum mataphoricè Deo cõueniunt dicuntur de Creaturis per priùs,& quantum ad significatum,& quantum ad modos significandi, quia nomina talia dicta de Deo nihil aliud significant nisi similitudinem ad tales creaturas.Sicut enim ridere dictum de prato, nihil aliud significat, quàm quod pratum similiter se habeat in decore cum floret sicut homo cum ridet secundum similitudinem cuiusdam proportionis. Sicut nomen leonis dictum de Deo nihil aliud significat,quàm quòd Deus similiter se habet ut fortiter operet̃ in suis operibus sicut leo in suis operibus. per priùs autẽ conuenit nomen rei, quàm quod significet aliquam rei similitudinem, & ideo talia per priùs conueniunt creaturis,quàm Deo. Nomina aũt, quæ non metaphoricè sed propriè Deo cõueniunt, dicũtur quidẽ per pri⁹ de Deo quantum ad rẽ significatã,& ꝑ posteriùs de creatura, sed quantum ad modum significandi per priùs conueniunt,ut dicitur creaturæ,& per posteriùs Deo, ut bonitas,uita uirtus,& huiusmodi.Et ratio huius est quia huiusmodi perfectiones in creaturis non sunt nisi inquantũ à Deo emanant. Vnde quantũ ad modum significandi patet, quòd per priùs talia imponuntur à nobis creaturis,quas primò cognoscimus,unde modũ significandi habẽt,qui competit creaturis. Patẽt hæc ꝑ doctorem communem prima parte. q. 13. articulo 6.

¶ Nomina,quibus utimur in diuinis, quædam sunt uel conueniunt Deo ꝓcisè,uel Deo in supposito filii in assumpta humanitate.Et ita sunt duo modi in gñe nominum,quibus utimur in diuinis, ũtrũq; autem genus horum nominum subdiuiditur,quia talibus, quædam nomina dicuntur propriè,quædã metaphoricè.Quantum autem ad ista, quæ Deo præcisè sine humanitate assumpta conueniunt, & propriè est trimembris distinctio,secundum quòd tria sunt in diuinis de quibus talia nomina prædicantur.Secundum autem doctrinam Boetii & beati Aug.primo de tri.Quicquid est in diuinis,uel est essentia,uel notio,uel persona. Quid autem importet̃ per quodlibet istorum nomiuũ supra de quolibet dictũ est locis suis. Essentia autem una est, personæ tres,notiones quinq;. Nomina ergo,quæ diuinam essentiam significant uel aliquid ad essentiam pertinẽs dicuntur essentialia,ut substantia,bonitas, & huiusmodi. Quæ ad personas uel ad personam pertinent dicuntur personalia,ut pater,filius, & huiusmodi, quæ uerò ad notiones notionalia,ut paternitas filiatio &c.Nomina ergo essentialia prædicantur,& sonant in q̃d, ut q̃d est substantia, quid est natura &c. Nomina personalia prædicantur,& sonant in quis,ut quis est pater,quis filius,quis spiritussanctus.Nomina notionalia sonãt, & prædicantur in quæ,ut quæ est paternitas,quæ filiatio, & huiusmodi De istis ergo per ordinem est dicendum & primo de nominibus Deo conuenientibus sine humanitate assumpta, secundo de conuenientibus cum humanitate assumpta.

¶ Igitur quantum ad primum,quomodo substantiua nomina essentialia, quæ sunt abstracta, & hæc sunt illa,quæ abstractæ diuinam essentiam significant, ut essentia,bonitas,diuinitas,& huiusmodi dicantur indiuinis.Dicendum,quòd talia iuncta cum nominibus,uerbis,participiis,personalibus uel notionalib⁹ reddũt locutiones falsas.unde hæc est falsa,essentia est generata, uel generat,uel generatur,essentia est de essentia,uel essentia est apud essentiam.De istis autem nominibus,q̃ purè sunt essentialia est tenendum generaliter,ꝙ oẽ nomen essentiale prædicatur de qualibet persona per se, & de omnibus insimul singulariter, & non pluraliter, ut verbi gratia, pater est diuinitas, filius est diuinitas, spiritussanctus est diuinitas,& simul sunt una deitas,& una diuinitas; & non deitates,uel diuinitates.

¶ Nomina aũt essentialia concreta sunt, quę ad modum concretorum formas in supposito significãt quasi formã in subiecto,ut Deus,creator, & similia. Hæc aũt generaliter significant diuinam essentiã, sed qñq; supponunt pro essentia,quandoq; pro persona. Et de his generaliter est tenendum,quòd de qualibet persona singulatim,& de omnibus simul prædicantur in singulari,& non in plurali,ut pater est De⁹, filius est De⁹, spiritussanctus est Deus, & tres personæ sunt un⁹ De⁹ & non tres uel plures dij.

¶ Nomina uerò essentialia substantiua media inter abstracta,& concreta dicuntur illa,quæ habẽt modũ, formã,& significationẽ abstractorũ,sed usum, & officium concretorum,ut bonitas,sapientia, & huiusmodi. Et licet ista sint abstracta:supponunt tamẽ aliquando pro persona uel personis,ut sicut cũ dicimus, lumẽ de lumine,principium de principio, hic supponũt pro personis,ita cum dicimus sapientia de sapientia,& huiusmodi similia,Et hæc nomina sicut abstracta prædicãtur de qualibet persona,& de omnibus simul,non pluraliter,sed singulariter. Vñ cõuenienter dr̃, pater est sapientia,filius est sapientia,spiritussanctus est sapientia, & omnes tres una sapientia,non tamen plures sapientiæ.Et ita patet quomodo debemus uti substantiuis nominibus in diuinis,siue sint abstracta, siue sint concreta,siue media,quæ essentialia dicuntur.

¶ Nomina partitiua dicuntur, quæ aliquam distinctionem important,ut aliud,& huiusmodi, & de talibus tenendum est,quod in neutro genere,de nulla personarum dicuntur comparando unam ad aliam,ut nõ bene diceretur,pater est aliud a filio, quia denominaretur diuersitas in essentia:comparando tamen personas uel quamlibet uel omnes simul, uel etiam ipsam essentiam ad creaturas,potest prædicari partitiuum adiectiuum de eis neutraliter,ut bene dicit̃,pater, & filius, & spiritussanctus,& eorum quilibet in diuina esẽtia sunt aliud uel est aliud à qualibet creatura In masculino autem prædicantur de qualibet persona respectu alteri⁹, sed non respectu essentiæ, qa essentia non distinguitur à persona,unde bene dicitur, pater est alius a filio, & nominatur distinctio personalis,sed non bene dicitur, pater est aliud vel alius ab essentia.

¶ Nomina autem adiectiua numeralia sunt, unus, duo,tres,& cæ Istorum autem est duplex regula generalis. Prima est,quod in neutro genere significant diuinam essentiam,& prædicantur de omnibus simul singulariter,& non pluraliter,ut pater & filius,& spiritussanctus sunt unum uel una essentia, in fœminino uel in neutro. In masculinis autem sunt personalia, & prædicantur de uno in singulari,& de pluribus in plurali,ut pater est unus,& pater,& filius sunt duo,ita tamen, ꝙ ly duo neutraliter teneatur,quia aliter esset falsa: Secũda regula est,quòd talia adiectiua adiectiuè retenta sequuntur naturam suorum substantiuorũ, unde si substantiua sunt essentialia, & ipsa adiectiua similiter,& si sunt personalia,& adiectiua similiter, unde hæc est falsa,pater,& filius sunt unus,sed hæc est uera, sunt unus Deus.

¶ Nominum adiectiuorum essentialium, quæ non sunt partitiua uel numeralia, quędam significant diuinam essentiam nihil aliud connotando ut ens, bonum & huiusmodi,talia prędicantur masculinè,& neutraliter de persona qualibet sigillatim singulariter, & non pluraliter,ut pr̃ est ens,& bonus & non boni.De pluribus autem personis posset prædicari pluraliter masculinè,& nullo modo neutraliter. Et sic possumus dicere quòd pater, & filius sunt duo entes uel duo boni masculinè.Sed neutraliter non possumus dicere,quod sint duo bona uel duo entia,qa essentiæ distinctio nominaretur. Alia autem nomina important essentiam aliq̃d connotando, & quędam quidem positiuè,& quædam priuatiuè. Positiuè quidem dico, quia quædam connotant effectum in creatura, quædam quidem in habitu,& talia dicuntur de Deo ab æterno, & sic Deus dicitur ab ęterno iustus & misericors, & huiusmodi. Quædam connotant effectũ in actu,ut iustificans, miserans,& huiusmodi, & talia Deo cõueniunt, & de Deo dicuntur solum ex tempore.Connotantium autem respectum, quædam connotant respectum personæ ad personam,ut similis equalis, & talia personis ab æterno conueniunt,& prædicantur de qualibet persona singulatim singulariter,& non pluraliter,ut pater est similis filio,& non similes. De pluribus autem prædicantur pluraliter,unde bene dicitur pater,& filius sũt similes. Quædam autem important respectum ad creaturam, & connotant ut refugium, & hoc etiam connotando effectũ in creatura,& de istis satis dictum est. Quædam autem sunt nomina,quæ aliquid connotant priuatiuè, vt ęternus,quod nihil aliud est, quam ens carens fine, & principio. Immensus,quod denotat abnegationem mensuræ,& huiusmodi, & nihilominus significant diuinam essentiam. Et talia nomina dicuntur de Deo ab æterno,& conueniunt essentiæ,& personis, & prædicãtur simul,& diuisim acceptis singulariter,& non pluraliter,ut pater est æternus,filius est æternus,spiritussanctus est æternus.Vnde secundum Athanasium, nõ tres æterni,sed unus æternus.Patet ergo quomodo uti debemus nominibus essentialibus in diuinis tam substantiuis,quam adiectiuis Et quę dicta sunt pro maiori parte haberi per doctorem communem prima parte,quęstione tricesima nona in diuersis articulis.

¶ Nominum personalium est quadruplex differentia.Quædam enim dicuntur de una persona solum, & singulariter,ut pater respectu patris,filius respectu filii spiritussanctus respectu spiritussancti. Accipiendo spiritum sanctum proprio, & determinato nomine personę tertiæ in diuinis procedẽtis a duobus Quoddam est etiam nomen in diuinis, quod prædicatur de duabus ꝑsonis solis diuisim,& coniunctim tantum singulariter, & non pluraliter, ut hoc nomen principium spiritussancti conuenit patri,& filio ut dicitur,pater est principium spiritussancti, & pater & filius sunt principium, & non duo principia spiritussancti.Et etiam nomen in diuinis,quod dicitur de tribus personis simul,& nõ de una uel duabus solum,& dicitur singulariter,& nõ pluraliter, ut hoc nomen trinitas, ꝙ de nulla persona singulatim dici potest,sed de omnibus simul q̃d est nõ, qa importat essentiæ unitatem,& trium personarum pluritatem.Vnde secundum Isidorum trinitas dicitur triũ unitas.Alia noĩa sunt,quæ prædicant de singulis personis singulariter solis,& de pluribus pluraliter solis, ut persona suppositum & hypostasis,& huiusmodi. Vnde bene dicitur,pater est suppositum personæ Item bene dicitur, pater, & filius sunt duæ personæ non una persona,& sic de aliis.

